W., 10,000—20/9/98.

Croydon Public Libraries.

Central Reference Library.

Accession No. 8720 Class No. 9 354.41

Besides the class topic, other topics treated of in this book are as follows:—

Topic No.	Pages.	Topic No.	Pages.

This Volume is presented *by the Lords Commissioners of Her Majesty's Treasury*

*to*_____

and will, in the event of the Library being broken up, be returned to the Controller of Her Majesty's Stationery Office, Westminster.

(s)

BROMLEY LIBRARIES
3 0128 01873 7455


Digitized by the Internet Archive
in 2026

https://archive.org/details/registerofgreats0000jame_e5d8

THE REGISTER

OF THE

GREAT SEAL OF SCOTLAND.

SOLD BY

A. & C. BLACK,	EDINBURGH.
DOUGLAS & FOULIS,	,,
LONGMANS & CO.,	LONDON.
TRÜBNER & CO.,	,,
PARKER & CO.,	OXFORD.
MACMILLAN & CO.,	CAMBRIDGE.
A. THOM & CO.,	DUBLIN.

REGISTRUM MAGNI SIGILLI
REGUM SCOTORUM

THE REGISTER

OF THE

GREAT SEAL OF SCOTLAND

V. 3

A.D. 1513—1546

EDITED BY

JAMES BALFOUR PAUL, F.S.A. Scot.

AND

JOHN MAITLAND THOMSON, M.A.,

ADVOCATES.

PUBLISHED BY THE AUTHORITY OF THE LORDS COMMISSIONERS OF
HER MAJESTY'S TREASURY, UNDER THE DIRECTION OF
THE DEPUTY CLERK REGISTER OF SCOTLAND

H. M. GENERAL REGISTER HOUSE
EDINBURGH
1883.

8729

BROMLEY PUBLIC LIBRARIES
AL 5
CLASS
L 45.1
ACC.
01873 7455

PRINTED FOR HER MAJESTY'S STATIONERY OFFICE
BY NEILL AND COMPANY, EDINBURGH.

CROYDON PUBLIC LIBRARIES
CENTRAL

REGISTRUM MAGNI SIGILLI REGUM SCOTORUM

REGNANTE JACOBO QUINTO.

ANNO REGNI 1. ANNO DOMINI 1513.

1. Apud Striveling, 23 Sept.[1]

REX, — cum avisamento et consensu genitricis et tutricis sue testamentarie Margarete regine, et dominorum concilii,— concessit familiari suo servitori JACOBO REDHEUCH de Tulichiddill, compotorum rotulatori, heredibus ejus et assignatis pluribus aut uni,—terras, domos, et annuum redditum infra burgum de Edinburgh qui fuerunt quondam Johannis Cokburn burgensis ejusdem, et regi pertinuerunt ratione bastardie dicti Joh., absque legit. heredibus de corpore ejus defuncti, viz. domum infra tenementum quondam Petri Marche, tabernam domus anterioris tenementi Joh. Marche cum penu sive domo posteriori adjacen., officinam sive *le marchand buth* per dictum Joh. C. occupatam, ann. red. 23 sol. de terra dicti tenementi Joh. Marche; necnon omnia bona mobilia ejusdem Joh. C. :—TEST. *ut in aliis cartis consimilis date.* xix. 20.

2. Apud Edinburgh, 2 Oct.

REX &c.,—quia Tho. Otterburn burgen. de Edinburgh occisus fuit cum patre regis in campo bellico, ac pro favore erga Mariotam Broun sponsam dicti Tho. gesto,—concessit dicte MARIOTE BROUN, heredibus ejus et assignatis,—terras et annuos reddibus subscriptos infra burgum de Edinburgh, viz. terram vastam anteriorem et domum eidem proximo jacentem, quam dict. Tho. inhabitabat, juxta pretorium dicti burgi, in tenemento quondam Johannis Best, extenden. annuatim ad 11 mercas in firmis, unde exibant annuatim 9 merc. 8 sol. 8 den.; annuum redditum 10 sol. de terra quond. Willelmi Bigholme, infra tenementum supradict.; ann. red. 14 sol. de terra quond. Petri Foulare, in eodem tenemento; ann. red. 13 sol. 4 den. de terra et tenemento Ade Bell, ex parte australi dicti burgi; ann. red. 2 merc. de terra quond. Walteri Redpeth, ad inferiorem arcum dicti burgi; terram et locum habitationis ex parte boreali ejusdem burgi infra tenementum quond. Thome Yong, extenden. ad 8 merc., unde exibant 6 merc.; terram sive locum habitationis ex parte boreali dicti burgi, infra tenementum quond. Henrici Cant, extenden. ad 13 merc., unde exibant 8 merc.; extenden. in toto ad 13 merc. 2 sol.;—qui regi devenerunt ratione eschaete, quia dictus Tho. obiit in feodo eorundem per ipsum minime dispositorum; cum tamen rehabilitatus fuit per literas legitimationis Jacobi IV., vigore quarum

[1] This charter contains the following names of owners of adjoining tenements :—Wil. Cathkin, the archbishop of Glasgow, umquhile Wil. Halkerstoun.

dictus Tho. de suis bonis mobilibus, hereditariis et aliis, in legitima potestate sua ad prefatum campum bellicum disposuit, testamentum condidit et executores constituit;—quas terras, &c., excepta terra ultime scripta, prefata Mariota habuit in conjuncta infeodatione cum dicto suo sponso:—TEST. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

xix. 11.

3. Apud Perth, 25 Oct.[1]

REX dedit literas legitimationis HENRICO HEPBURN et ADAMO HEPBURN, filiis naturalibus quondam Ade H. de Craggis militis, qui obiit in servitio et sub vexillo regis ultimo defuncti in campo bellico apud Northumberland;—cum potestate quod alter eorum alteri succedere valeret. xix. 23.

4. Apud Perth, 3 Nov.

REX confirmavit et ad feodifirmam dimisit JOHANNI DOMINO OLIPHANT, et ELIZABETHE CAMPBELL ejus sponse,—dimedietatem terrarum de Petcathlie, in dominio de Methven, vic. Perth;—quam idem Joh. apud Edinburgh resignavit:—TENEND. dictis Joh. et Eliz. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et feodifirma, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscumque:—REDDEND. annuatim 10 mercas:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xix. 15.

5. Apud Perth, 3 Dec.[2]

REX &c., pro servitio regi Jac. IV. impenso, concessit DAVID ANDERSOUN, servitori suo, in vitali redditu,—terras de Powcak, extenden. ad 20 mercatas, et dimedietatem de Petcammo, ad 10 merc., in baronia de Teling, vic. Forfare; necnon 10 bovatas terrarum de Polgavy, vic. Perth;—cum potestate dicto David et ejus assignatis tenentes imponendi, &c.:—TEST. 1. 2. 3. 10. 11. 5. 6. 12. 8.

xix. 39. et xx. 17.

6. Apud Edinburgh, 18 Jan.[3]

REX, pro servitio sibi et matri sue regine impenso et impendendo, concessit CRISTINE RAA, in vitali redditu, assignatis ejus et subtenentibus,—terras de Garthingaber et Newtoun, in dominio de Menteth, vic. Perth;—que tunc pertinebant dicte regine in conjuncta infeodatione.

xix. 21.

7. Apud Edinburgh, 10 Feb.

REX concessit ANABELLE CAMPBELL, relicte quondam Thome Boiswell de Auchinlek, in vitali redditu,—6 mercatas terrarum antiqui extentus de Uver-Craikstoun et Nether-Craikstoun, 8 merc. ant. ext. de Keithstoun, et unam merc. ant. ext. de *le Thrid-part* per Jac. Campbell occupatam, in baronia de Auchinlek, vic. Are;—quas dictus Tho. in manibus Jac. IV. regis et senescalli Scotie apud Striveling personaliter resignavit; et quas idem rex dictis Tho. et Anabelle in conjuncta infeodatione contulit, prout in signatura desuper expedita et manu dicti regis subscripta contentum est;—et quia dictus Tho. in campo bellico contra Anglos commisso occisus fuit, sigillis super hujusmodi signatura minime expeditis, ordinatum est per concilii dominos, prefatas terras dicte Anabelle in vitali redditu et David Boisuell ejus filio et heredi hereditarie concedi.

xix. 27.

8. Apud Edinburgh, 4 Mar.

REX &c., confirmavit ANDREE CURROUR de Logymegle, et MARIOTE BLARE ejus sponse,—terras et baroniam de Logymegle, extenden. ad 5 libratas antiqui extentus, cum tenentibus, tenandriis et libere tenentium servitiis, vic. Perth;—quas idem And. in manibus regine resignavit:—TENEND. dictis And. et Mar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti And. quibuscumque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xix. 33.

---

[1] As a memorandum in Register.

[2] The former of the two entries in the Register is in the form of a memorandum.

[3] This and the following charter are entered in the Register as memoranda.

ANNO DOMINI 1514. ANNO REGNI 1.

9. Apud Striveling, 2 Apr.

REX &c., confirmavit cartam M. Georgei Striveling de Brekky,—[qua,—cum consensu Margarete Dalglesche sponse sue,—pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit filio suo secundario DAVID STRIVELING, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Balkasky, vic. Fyffe :—TENEND. de rege :—RESERVATO dictis Geo. et Marg. libero tenemento :—TEST. Jac. dom. Ogilvy de Erlye, M. Anthonio O. ejus fratre germano, Rob. Stewart de Latheris, David Stewart, David Strathauchin, Tho. Glendunneng, D. Wil. Thorntoun capellano notario publico :—Apud burgum de Montrose, 10 Jan. 1513] :—TEST. 1. 2. 13. 14. 15. 4. 5. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 8. 23. xix. 54.

10. Apud Striveling, 3 Apr.

REX &c., confirmavit ANDREE WARDLAW, et ISOBELLE BROUN ejus sponse affidate,—terras de Otterstoun, vic. Fyffe ;—quas eadem Isobella in sua pura viduitate resignavit :—TENEND. dictis And. et Is. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicte Isobelle quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xix. 41.

11. Apud Edinburgh, 4 Apr.[1]

REX,—cum consensu trium regni statuum in parliamento tento apud Edinburgh, 4 Apr. 1514,—ratificavit ROBERTO BORTHUIK—cartam feodifirme ei factam per Jacobum IV. regem, et in registro habitam,[2] de data 1 Mar. 1510,—super dimedietate terrarum dominicalium de Ballincreif, vic. Edinburgh, infra constabulariam de Hadingtoun. xix. 40.

12. Apud Edinburgh, 5 Apr.

REX, cum consensu trium regni statuum in parliamento, ratificavit Henrico abbati MONASTERII DE LUNDORIS, et conventui ejusdem,—cartam eis factam per Jacobum IV. regem, et in registro habitam,[3] de data 7 Nov. 1510, — super libera regalitate omnium possessionum eorum infra Scotiam ;—non obstan. annexationibus, &c., quibuscumque in parliamentis factis. xix. 47.

13. Apud Striveling, 7 Apr.

REX, cum avisamento matris sue, confirmavit WILLELMO LESLIE de Balquhane, et ELIZABETHE OGILVY ejus sponse,—terras de Syde cum molendino, Erlisfeild, Segateden et *le* Wrays, in comitatu de Mar, dominio de Garviauch, vic. Abirdene ;—quas idem Wil. resignavit: —TENEND. dictis Wil. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscumque:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xix. 45.

14. Apud Striveling, 17 Maii.

REX concessit WILLELMO TURING fratri germano Gilberti T. de Foverne, et ejus heredibus,—terras et baroniam de Foverne, viz. terras dominicales de F., cum molendino, *le* Myltoun et manerio de F., terras de Ballgirschaw et *le* Drummys, Ardoch cum Akynnishill, Petmulane, tres quartas partes de Litill Auchnakoy, terras de Over Tibertaw, cum multuris de Nethir T., et terras de Walterismure, vic. Abirdene; cum jure patronatus capellanie altaris S. Jacobi infra ecclesiam parochialem de Abirdene ;—quas dictus Gilb. in manibus regine resignavit: — RESERVATIS libero tenemento dicto Gilb., et rationabili tertia ejus sponse cum contingeret :—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xix. 46.

---

[1] This and the following charter are entered as memoranda in the Register.

[2] *Vide* Reg. Mag. Sig. (A.D. 1424-1513), No. 3546.

[3] The charter referred to is not to be found in the Register now extant.

15. Apud Striveling, 1 Jun.
REX confirmavit THOME DOMINO FRASER DE LOVET, et JONETE GRAY ejus sponse,—terras de Manys et Manysbank, in baronia de Kynnell, vic. Forfare;—quas idem Tho. in manibus regine resignavit:—Tenend. dictis Tho. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Tho. quibuscumque:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xix. 42.

16. Apud Edinburgh, 17 Jun.
REX &c., concessit THOME RAMSAY,—dimedietatem terrarum de Ester Softlau, vic. Roxburgh; cum officio serjandi infra dictum vic., dictis terris pertinen.;—quas Eliz. Fawlay resigavit:—Tenend. dicto Tho. et heredibus ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Roberto R. de Wilecluch ejus fratri, et heredibus ejus quibuscumque:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xix. 62.

17. Apud Edinburgh, 21 Jun.
REX confirmavit cartam Patricii Berclay de Grantulie,—[qua, pro 200 mercis sibi in bono auro et argento persolutis, vendidit D. PATRICIO GRANTULIE rectori de Glass, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Fowlisse, Corskquhie et Goveny, in baronia de Kynedward, vic. Abirdene:—Reddend. regi servitium debit. et consuet., necnon wardam et relevium cum contingerent:—Test. M. Alex. Hay rectore de Turreff, Jac. Gordoun, Wil. Leslie de Balquhane, Pat. Berclay filio et apparente herede Walteri B. de Tolly, Walt. Leslie de New-Leslie, Pat. Leslie burgen. de Abirdene, Geo. Abircrumby de Petmethane, Jac. Berclay, Alex. Mortymer:—cum subscriptione dicti Pat. B.:—Apud Grantulie, 10 Jun. 1514]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xix. 49.

18. Apud Edinburgh, 6 Jul.
REX &c., confirmavit cartam M. David Spens, rectoris de Flisk ac Universitatis S. Andree,—[qua, pro benemeritis &c., concessit JOHANNI SPENS studenti in collegio S. Andree, heredibus ejus et assignatis,—terras de Maretoun, in constabularia de Carale, vic. Fife:—Tenend. de rege:—Reservato dicto David libero tenemento:—Test. Tho. Spens filio et apparente herede Thome S. de Condy, Alex. Spens, Joh. Tailyour, Joh. Sawle, D. David Cristesoun capellano notario publico:—Apud S. Andream, 20 Jun. 1514]:—Test. 1. 2. 3. 15. 11. 16. 19. 20. 8. 24. xxv. 30.

19. Apud Edinburgh, 12 Jul.
REX &c., concessit PATRICIO HAMMILTOUN de Kincavill militi, et ejus heredibus,—8 bovatas terrarum de Strabrok, in baronia de S., vic. Linlithqw;—que fuerunt dicti Pat., tente in alba firma de quondam Georgeo Oliphant, filio et herede quondam Willelmi O. de Berydaill et Cristine Sutherland domine de Berydale sponse dicti Wil.; et post recognitionem dicte baronie in manibus Jacobi IV., et novam infeodationem ejusdem per Jac. IV. datam dictis Wil. et Crist., rex bis mandavit dicte Crist., post mortem dicti Wil., dictum Pat. infeodare, quibus mandatis dicta Crist. minime parere curavit:—Tenend. de rege pro tempore vite ipsius Crist., et postea de ejus heredibus baronibus de Strabrok, in libera alba firma:—Test. *ut in carta* 101. xix. 132.

20. Apud Edinburgh, 14 Jul.
REX, cum consensu matris sue, concessit HENRICO STEWART filio et apparenti heredi David S. de Rossith, et ejus heredibus,—terras et baronias de Rossith, vic. Fyffe, de Schandbody, vic. Clakmannane, et de Durrisdere, vic. Drumfreis; cum annexis, tenentibus, &c.;—quas dict. David personaliter resignavit:—Reservatis dicto David libero tenemento, et rationabili tertia ejus sponse cuicumque,—exceptis terris dominicalibus de Schankbody, Cragtoun et Garlatbank, que prius donate fuerunt in vitali redditu Margarete Ogilvy sponse dicti Hen.:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xix. 94.

21. Apud Striviling, 16 Jul.
REX, cum consensu matris sue, confirmavit cartam Johannis Frissale (burgensis de

Linlithqw), filii et heredis quondam Alexandri F. burgensis de L.,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JACOBO DUNBAR de Tarbart, heredibus ejus et assignatis, — binam partem terrarum de Arboll, in comitatu Rossie, vic. Invernes: —REDDEND. annuatim regi unam sectam ad placitum capitale vic. de Invernes, necnon wardam et relevium et maritagium cum contingeret:—TEST. M. Adam Otterburn burgen. de Edinburch, Tho. Dunbar, Gawino Dunbar, Alex. Crukschanke, Dunc. Jhonsoun, Wil. Huntar, Alex. M'Neile et Jac. Young notariis publicis: — Cum subscriptione manuali dicti Joh.:—Apud Edinburch, 10 Jul. 1514]:—INSUPER, si contingeret comitatum Rossie quibuscumque personis concedi, terre suprascripte cum rege in una libera tenandria remansure erant:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxii. 170.

22. Apud Edinburgh, 18 Jul.[1]

REX, cum consensu matris sue, confirmavit cartam Patricii dom. Lyndesay de Byris, Johannis L. de Petcruvy militis ejus filii et heredis apparentis, et M. David Seytoun rectoris de Fethircarne,—[qua, pro summa pecunie sibi et ad mandatum suum persoluta, vendiderunt THOME SCOTT filio Willelmi S. de Balwery militis, heredibus ejus et assignatis, — terras tertie partis de Wester-Casche, vic. Fiffe, cujus tertia pars unicuique dict. personarum spectabat ratione appreciationis earundem pro 160 mercis super Joh. Bikyrtoun de Casche recuperatis:—TENEND. de rege:—PRETEREA constituerunt David Berclay de Touch, Wil. Kirkcaldy de Grange, Wil. Malvile et Rob. Scott, conjunctim et divisim, ballivos suos ad sasinam dandam: —TEST. Wil. Lyndesay, D. And. Kilgour, Ric. Jhonsoun, Joh. Cuke:—Apud Edinburgh, 12 Jul. 1514]:—TEST. 29. 2. 25. 15. 26. 7. 6. 19. 20. 30. xxiii. 6.

23. Apud Edinburgh, 21 Jul.

REX concessit MARGARETE VEIR et HUGONI VEIR, executoribus quondam Roberti Carlile, et eorum heredibus,—1½ mercatas terrarum antiqui extentus de Rowchwen, in baronia de Glasintoun, vic. Vigtoun;—que fuerunt quondam Alexandri Stewart de Garules, et literis Johanni Adamsoun nuncio in hac parte vicecomiti directis, appreciate fuerunt apud Vigtoun 5 Aug. 1513 (valore ad 5 firmas annuatim cognito) pro summa 104 librarum 3 sol. 4 den., per dictum Alex. dictis Marg. et Hug. solvenda pro certis vaccis et bobus et aliis bonis dicti Rob. intromissis:—RESERVATO heredibus dicti Alex. jure regressus quandocumque dict. summam cum expensis persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xix. 70.

24. Apud Edinburgh, 28 Jul.

REX &c., confirmavit ANDREE WARDLAU de Varestoun, et ELIZABETHE LAUSOUN ejus sponse,—terras de Varestoun, in baronia de Renfrew, vic. Edinburgh;—quas idem And. resignavit: —TENEND. dictis And. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti And. quibuscumque, de rege tanquam senescallo Scotie:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xix. 61.

ANNO REGNI 2. ANNO DOMINI 1515.

25. Apud[2] . . . . . .

REX confirmavit cartam Patricii Makke de Torehous,—[qua concessit filio suo et apparenti heredi THOME MAKKE,—4

[1] Dated an. reg. 2, the *annus Domini* being left blank. As the charter is granted with the concurrence of the queen-mother, who in July 1515 had given place to the duke of Albany, and is witnessed by William Elphinston, bishop of Aberdeen (Witness No. 2), who died Oct. 1514, it is placed here conjecturally.

[2] It appears from the Register of the Privy Seal (lib. ii. fol. 11, and lib. v. fol. 54) that the warrant for this charter was granted 1 Dec. 1500; but it seems not to have been then carried out, and on 6 Apr. 1515 the Lords of Counsel ordered a charter to be expede of the date of the original warrant.

mercatas terrarum antiqui extentus de Torhous-Makke, vic. Wigtoun :—TENEND. de rege : . . . . .] . . . . . xix. 95.

26. Apud Edinburgh, 20 Jun.
REX,—cum avisamento Johannis ducis Albanie &c., gubernatoris et protectoris regni sui,—confirmavit cartam Willelmi Dog burgensis de Dunde,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WILLELMO DOMINO ROTHVEN, heredibus ejus et assignatis,—12 mercatas 10 sol. terrarum dimedietatis de *le* Mylquarter de Kynnard, in baronia de K., vic. Perth ; ac totum jus suum ad dict. terras :—TENEND. de rege :—TEST. Joh. Eviot de Balhussy, Pat. Wellis, Ric. Ramsay, Rob. Ker, burgen. de Perth, Joh. Andirsone, D. Joh. Marschel et D. Wil. Ramsay presbyteris ac notariis publicis :—cum subscriptione dicti Wil. D. :—Apud Perth, 4 Jan. 1513] :—NECNON cartam Andree Kynnard de eodem,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit eidem Willelmo dom. Rothven, heredibus ejus et assignatis,—30 solidatas terrarum dimedietatis quartarii molendinaris messuagii de Kynnard, in baronia de K., vic. Perth ;—que tota dimedietas, extenden. ad 10 libras annuatim, exceptis dict. 30 sol., appreciata fuit Willelmo Dog burgensi de Dunde propter certas summas ei per dictum And. debitas, et per dictum Wil. dicto domino vendita fuit, de rege tenenda per servitium warde:—TENEND. de rege:—TEST. Joh. Eviot de Balhoussy, Geo. Moncreiff de Tibirmellok, Joh. Peblis burgen. de Perth, Wil. Levingtoune, Lawrentio Leremonth, D. Jac. Rothven, Geo. Gray : —cum subscriptione dicti And. :—Apud Perth, 12 Jan. 1514] :—TEST. 1. 25. 13. 14. 4. 5. 26. 16. 17. 18. 19. 27. 28. 8. 23. xix. 51.

27. Apud Edinburgh, 20 Jun. [1]
REX &c., confirmavit cartam Willelmi dom. Rothven,—[qua concessit JOHANNI COMITI BUCHANIE, filio quondam Alexandri com. Buchanie et filie dicti Wil., —terras de Glencuthill et baroniam ejusdem, cum tenentibus &c., vic. Abirdene: —TENEND. dicto Joh. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscumque, de rege in feodo :—RESERVATO libero tenemento dicto Wil. :—TEST. Joh. Eviot de Balhousy, Tho. Murray in Tretoun, Alex. Maxtoun de Cultoquhay, Wil. Levingtoun, Joh. Rutheven de Ardonoquhy, Walt. Ruthven, Dominis Jac. Cuthbert, Jac. Ruthven, capellanis, Laurentio Leremonth notario publico : —cum subscriptione dicti dom. R. :—Apud Ruthven, 1 Feb. 1514] :—TEST. *ut in carta* 26. xix. 52.

28. Apud Edinburgh, 14 Jul.
REX &c., concessit JOHANNI CANT incole ville de Leith, heredibus ejus et assignatis, — tenementum terre in dicta villa ex parte australi aque ejusdem (inter terras heredum quondam Valteri Bartrem, terram Villelmi Clerk, et terram quond. Jonete Joffray, tunc Roberti Barcare) ;—quod pertinebat quond. Johanni Patersoun, tent. de abbate et conventu de Melrose in feodifirma pro 30 sol. annuatim, et post mortem dicti Joh. concessum fuit per dict. abbatem &c., quond. Agneti P. sorori dicti Joh. et Patricio Tailyeour filio dict. Agnetis, tenend. de regis patre ; et tunc regi pertinebat ratione forisfacture, ex eo quod dictus quond. Pat. absque licentia regis regnum Anglie ingressus est et in eodem tempore guerre ultra tempus prohibitum moram traxit, sive per mortem dicti Pat. sive cujusvis alterius tenentis ejusdem tenementi : — REDDEND. regi servitium debit. et consuet. ; et abbati &c. de Melrose annuum redditum et devoria debit. et consuet. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xix. 63.

29. Apud Edinburgh, 19 Jul.
REX &c., confirmavit ALEXANDRO COMITI DE HUNTLIE, et ELIZA-

[1] Dated A.D. 1514. Placed here in conformity with the regnal year, which agrees with the date of the confirmed charter, and with *Regist. Secreti Sigilli*, lib. v. fol. 6 verso.

BETHE GRAY COMITISSE DE HUNTLIE ejus sponse, — terras de Glenmuk, Obyne, Glentainyr, cum lacu et loco de Lochcanmore, ac terras de Touch et Cluny, cum fortalicio, viz. *le Pele* de Cluny, cum tenentibus &c., advocatione et donatione ecclesiarum et capellaniarum earundem, in comitatu et baronia de Huntlie, vic. Abirdene ;—quas idem Alex. personaliter resignavit : — TENEND. dictis Alex. et Eliz. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicte Eliz. quibuscumque :—TEST. *ut in carta* 32. xix. 59.

30. Apud Edinburgh, 19 Jul.

REX &c., concessit ELIZABETHE GRAY COMITISSE DE HUNTLIE, et ejus heredibus,—terras, &c. (*in carta* 30 *contentas*) ;—quas Alex. com. de Huntlie personaliter resignavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xix. 60.

31. Apud Edinburgh, 23 Jul.

REX &c.,—cum consensu dominorum ad articulos in parliamento electorum,—concessit familiari suo servitori ROBERTO BORTHUIK, magnalium suorum fundatori et fabricatori, ac KATHERINE BORTHUIK ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi,—pro servitio regi et gubernatori impenso et impendendo, —omnes terras de Ballincreif in quibus ipse Rob. per Jac. IV. non est infeodatus, cum firmis &c. earundem, usque ad regis perfectam etatem seu durante gubernatoris voluntate :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. [*Vide* Acta Parl. Scot. II. 388]. xix. 64.

32. Apud Edinburgh, 27 Jul.[1]

REX concessit JOHANNI COMITI ATHOLIE, et ejus heredibus,—terras de Drummacerf extenden. ad 5 libras, Balnavart ad 5 lib., Innerquhaden ad 5 lib., forestam et terras de Glengarry ad 8 lib., Balmoane ad 4 lib., Granych ad 53 sol. 4 den., *le* Port-tressit et *le* Ile de Lochtumel cum domo ejusdem ad 5 lib., duas Boespikis ad 8 lib., Carrik ad 2 lib., Kirktoun de Strouane nuncupat. *le* Clauchane ad 4 lib., Trenifoure et Blairquhatti ad 53 sol. 4 den., et Balnagard ad 5 lib., extenden. in integro ad 56 libratas 6 solidatas 8 denariatas terrarum, vic. Perth ;—que fuerunt Willelmi Robertsoun de Strowane, tente de rege, et quas David Cameroun nuncius vicecomes in hac parte appreciari fecit (20 Jul.) et dicto Joh. vendidit pro 1592 libris per eum super dictum Wil. obtentis :—RESERVATIS rationabilibus tertiis, vitali redditu et conjuncta infeodatione dominabus dict. terrarum pertinen. ; et dicto Wil., heredibus ejus vel assignatis, jure regressus quandocumque dictam summam &c., persolverent infra septennium : — INSUPER appreciatores 3 libratas terrarum de Fornay, per dictum Wil. de rege tentas, dicto David Cameroun assignaverunt pro ejus feodo, viz., pro 12 den. cujuslibet libre summe suprascripte :—TEST. 1. 25. 13. 14. 4. 5. 26. 16. 17. 18. 19. 27. 28. 8. 23. xix. 58.

33. Apud Edinburgh, 29 Jul.

REX &c., confirmavit JOHANNI DOMINO FORBES, et ELIZABETHE BERLAY ejus sponse,—terras et baroniam de Fudes, cum molendino, vic. Abirdene ;—quas idem Joh. personaliter resignavit : —TENEND. dictis Joh. et Eliz. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus dicti Joh. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xix. 65.

34. Apud Edinburgh, 10 Aug.[2]

REX &c., confirmavit cartam Alexandri Innes de eodem ac baronis de Abirkerdour,—[qua, pro summa pecunia sibi persoluta, vendidit ALEXANDRO DOMINO ABIRNETHY DE SALTOUN, heredibus ejus et assignatis,—terras de Quorskque, et tertiam partem umbralem de Knokkorth, in baronia de Abirkerdour, vic. Banff :— TENEND. de rege :—TEST. Tho. Urquhart vicecomite de Cromarte, Jac. Steuart in Auchinbadde, Jac. Innes filio dicti Alex.,

[1] The date in the Register is 20 Jun. The date in *Regist. Secreti Sigilli* (lib. v. fol. 3) has been preferred, as it agrees with the date of the appriz-ing mentioned.

[2] The place of granting is supplied from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. v. fol. 20.

D. Alex. Johnestoun vicario de Rothymay, M. Alex. Currour et M. And. Gray notariis publicis :—Apud Kynnardi, 1 Maii 1514] : —TEST. 1. 25. 14. 13. 15. 4. 5. 16. 18. 17. 19. 27. 31. 8. 23. xix. 71.

35. Apud Edinburgh, 20 Aug.
REX &c., concessit JACOBO INNES, filio et heredi apparenti Roberti Innes de Rotnakinze,—binam partem terrarum de Garmo, ac dimedietatem de Walterscot, in baronia de Innes, vic. Elgin et Fores ;—quas Wil. Ogilvy de Stratherne miles personaliter resignavit : — TENEND. dicto Jac. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, dicto Rob. et ejus heredibus quibuscumque : —RESERVATO libero tenemento dicto Rob., ex eo quod ipse easdem expensis suis emit a dicto Wil. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xix. 68.

36. Apud Edinburgh, 21 Aug.
REX &c., concessit JACOBO FOTHRINGHAME filio et heredi quondam Thome F. de Powry, et ejus heredibus quibuscumque,—terras de Ballodrane, vic. Forfare ;—quas David Maxuell de Polgavy resignavit :—RESERVATO libero tenemento Elizabethe Arbuthnot matri dicti Jac.:— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xix. 75.

37. Apud Edinburgh, 22 Aug.
REX &c., confirmavit ANDREE DOMINO AVENDALE, et MARGARETE HAMMYLTOUN ejus sponse,—terras de Glengevil, cum *le stedis* et *outsettis*, extenden. in integro ad 32 mercatas antiqui extentus, 4 mercat. ant. ext. de *le Thre Stanis*, in baronia de Avendale, ac 10 merc. ant. ext. de *le* Hessilldene, in baronia de Stanhouse et per annexationem in baronia de Avendale, vic. Lanark ;—quas idem And. personaliter resignavit : — TENEND. dictis And. et Marg. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti And. quibuscumque ;—absque ruptione baronie de Avendale :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xix. 66.

38. Apud Edinburgh, 30 Aug.
REX &c., confirmavit JOHANNI GRANT de Freuchy, et MARGARETE OGILVY ejus sponse,—terras de Mulben cum molendino, ac terras de Mekle Balnabroch, vic. Elgin et Fores ;—quas idem Joh. personaliter resignavit :—TENEND. dictis Joh. et Marg. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xix. 80.

39. Apud Edinburgh, 3 Sept.
REX &c., concessit ANDREE HALIBURTOUN filio et heredi apparenti Walteri H. de Mertoun, et KATHERINE CRANSTOUN ejus sponse,—terras de Lochflat, cum piscaria lacus de Mertoun, in dominio de M., (infra terras ville de M. eidem Walt. pertinen., et terras de Bemorside et Quhitrig), vic. Berwik ;—quas dictus Walt. resignavit :—TENEND. dictis And. et Kath. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti And. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xix. 92.

40. Apud Edinburgh, 5 Sept.
REX &c., cum consensu dominorum concilii, concessit familiari suo DAVID ANDERSOUN, in vitali redditu,—pro servitio sibi et patri suo impenso,—terras de Powcak et Petkemmo, vic. Forfare ; ac terras de Polgavy, vic. Perth ;—quas dictus David per alias literas sub magno sigillo prius habuit. xx. 18.

ANNO REGNI 3. ANNO DOMINI 1515.

41. Apud Edinburgh, 16 Sept.[1]
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Willelmi Maxwell de Telling militis,—[qua in puram elimosinam con-

[1] Dated *an. reg.* 2. Placed here in accordance with the A.D.

cessit uni capellano imperpetuum celebraturo in ECCLESIA SEU CAPELLA ANNUNCIATIONIS B.V.M. IN TELLING per se fundata,—annuum redditum 10 mercarum de terris suis de Petkemmok, in baronia de T., vic. Forfare ; et croftam de Kirktoun de T., extenden. ad estimationem 2 acrarum, per Rob. Roucht et Findlaum Andersoun occupatam, jacen. contigue ad croftam vicarii ecclesie parochialis de T. ex parte orientali dicte crofte et *ly* Kirktoun de T. predict., cum camera de lignis, lapidibus, calce et tegulis per se et filium suum D. Rob. Maxwell capellanum alias constructa, et orto ejusdem, cum alia domo prope dict. cameram &c., jacen. in *ly* Kirktoun predict.; cum 4 dietis glebarum ad focalia, pastura unius equi et 2 vaccarum in dictis terris de Kirktoun, et una dieta petarum in mora de *le* Myltoun de T. annuatim :—TEST. David Maxwell de Polgavy, Joh. M. ejus filio et herede apparente, D. Rob. Maxwell rectore de Ballummy, Joh. Makesoun, D. Wil. Roberti capellano ac notario publico :—Apud Telling, 16 Oct. 1512] :—TEST. 1. 25. 13. 14. 4. 5. 26. 16. 18. 17. 19. 27. 31. 8. 23. xix. 53.

42. Apud Edinburgh, 27 Sept.

REX &c., confirmavit cartam Roberti dom. Creichtoun de Sanchquhare ac domini baronie de Kynnoule,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WILLELMO DOMINO RUTHVEN, heredibus ejus et assignatis,—terras de Ballinblare, Monyvy et Ragulny, extenden. ad 10 libratas, vic. Perth :—TENEND. de rege : —TEST. M. Wil. Creichtoun rectore de Sanchquhare, Niniano Creichtoun, Wil. Lermonth, Joh. Dalmahoy, Karolo Cranstoun, Laurentio Lermonth et Alex. Young notariis publicis : —cum subscriptione dicti Rob. manuali :—Apud Edinburgh, 29 Jul. 1515] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xix. 72.

43. Apud Edinburgh, 28 Sept.

REX &c., confirmavit cartam Willelmi Scott de Balwery militis,—[qua,—pro summa pecunie sibi ad redemptionem suam a captivitate Anglorum persoluta,—vendidit M. Hugoni Spens in sacra theologia professori, M. Thome Ramsay in theologia licentiato, et M. Petro Capellane theologie bachalario, preposito et canonicis ECCLESIE COLLEGIATE S. SALVATORIS INFRA CIVITATEM S. ANDREE, et eorum successoribus,—terras bine partis de Westir Pitloure et Auchnary, in baronia sua de Strathmeglo, vic. Fyffe : —TENEND. de rege ;—absque demembratione dicte baronie : — TEST. Tho. Scott filio dicti Wil., Hen. Petcarn de Drongy, Tho. Berclay de Rynde, Joh. Allardes de Strithaquhy (Skathaquhy ?), Ric. Mychkesoun, Wil. Weland, D. David Clark, M. Rob. Lausoun, David Spens laico :—Apud S. Andream, 11 Sept. 1514] :—TEST. 1. 25. 14. 32. 11. 5. 16. 17. 19. 31. 27. 8. 23. xix. 56.

44. Apud Edinburgh, 29 Sept.

REX &c., confirmavit JOHANNI MOWBRAY de Bernbowgall militi, et ELENE SINCLARE ejus sponse,—occidentalem partem terrarum dominicalium de Bernbowgall (infra limites specificatos), vic. Linlithqw ;—quas idem Joh. resignavit : —TENEND. dictis Joh. et Helene et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xix. 69.

45. Apud Edinburgh, 10 Oct., anno gubernatoris 1.

REX &c.,—cum ex supplicatione Jacobi III. rectoria ecclesie parochialis de Leswaid, S. Andree diocesis, in ecclesiam collegiatam de Lestalrig autoritate Apostolica erecta esset cum creatione decanatus, &c., numero vero prebendariorum &c., voluntati regis relicto ; et Jacobus IV. octo prebendarios ibidem ordinasset, et fructibus rectorie S. Marie de Rosay in Buyt, Sodoren. dioces., capellaniaque S. Triduane, et 20 libris annui redditus novi operis regalis in Leith dotasset, —igitur, e consensu dominorum concilii,

ac M. Patricii Covintre in decretis et sacra theologia bacchalarii, decani dicte ecclesie, —literis Georgeo abbati S. Crucis et Johanni abbati de Newbottill, commissariis Innocentii Pape, directis,—ECCLESIAM COLLEGIATAM S. TRINITATIS ET B. V. M., infra limites ecclesie parochialis DE LESTALRIG situatam dotavit, fundavit, ampliavit et ordinavit pro uno decano, 8 prebendariis et 2 pueris cantu peritis, secundum tenorem constitutionum subsequentium, viz :—decanus habebit pro sua sustentatione rectoriam de Leswaid, necnon 10 libratas terrarum nuncupat. Kirkhill, infra parochiam de Strabrok, pro gleba, mansumque et ortum dicto collegio contiguos ; et sustentabit ipsum collegium in tecturis, fenistris vitreis, luminaribus, libris, calicibus, &c., una cum sustentatione 2 puerorum, ac etiam chorum ecclesie parochialis de Leswaid ;—primus vero prebendarius vocabitur operis regalis de Leith, erit in cantu et discantu admodum peritus, in organisque lusor satis instructus, habebitque 20 libras annui redditus operis supradicti, cum camera et orto ac scola cantationis, et sustentabit 2 pueros in choro administraturos &c., pro quorum sustentatione decanus solvet 8 libras annuatim ;—secundus prebendarius vocabitur sacrista, habebitque sextam partem rectorie de Rosay in Buyt, et 4 libras de thecis decani, una cum camera et orto ;—tertius, quartus, quintus, sextus, septimus prebendarii, vocabuntur de Buyt secundo, tertio, quarto, quinto, sexto, et habebunt sextam quisque partem rectorie de Buyt cum camera et orto, eruntque in cantu et discantu periti ;—octavus prebendarius, intitulandus insule S. Triduane, habebit 8 libras annui redditus operis regalis de Leith, ac 3 lib. 6 sol. 8 den. quorundam tenementorum in vico Canonicorum prope Edinburgh, necnon oblationes altari S. Triduane factas, cum camera et orto, pro quibus inferiorem insulam dicti collegii et altare S. Triduane inibi situatum in ornamentis &c. sustentabit, eritque in cantu et discantu peritus ; —item, cum bone memorie M. Joh. Frasser primus decanus dicti coll. et depost episcopus Rossen. unam capellaniam in dicto colleg. super tenemento per se constructo in vico Canonicorum fundasset, et in prebendam erigend. ordinasset, voluit rex dict. capellaniam, post cessum aut decessum D. Georgei Newtoun dict. capellanie possessoris, creari in prebendam Rossensis episcopi :—TEST. 1. 25. 14. 13. 15. 4. 5. 16. 19. 27. 8. 23. xix. 122.

46. Apud Edinburgh, 14 Oct.

REX &c., concessit ROBERTO BERTOUN commoranti in Leith, et ELIZABETHE CRAUFURDE ejus sponse,—terras de Bavillaw, cum tenentibus &c., vic. Edinburgh ;— que fuerunt quondam Johannis Forestare de Nudry militis, de rege tente per servitium warde, et in manibus Jacobi IV. recognite fuerunt ob alienationem majoris partis earundem absque consensu ; et dict. Rob. cum consensu dicti Joh. cum thesaurario composuit pro infeodatione sibi danda, et 200 libras persolvebat ; et tunc cum Johanne F. de N., filio et herede dicti Johannis, pariformiter concordavit : —TENEND. dictis Rob. et Eliz. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Rob. quibuscumque :—TEST. *ut in carta* 43. xix. 57.

47. Apud Edinburgh, 15 Oct.

REX &c., ratificavit cartam Jacobi IV.,—[qua confirmavit JACOBO RUTHERFURD, et heredibus ejus inibi talliatis,—terras et dominium de Edyarestoun, dimedietatem terrarum et baronie de Hownome (viz. terras et villas de Swynsid, Caphope, Fillogir et Cunzearetoun), terras et baroniam de Brounedoun (viz. Elphinshop et Eddillishede), 10 libratas terrarum et ville de Maxtoun, cum jure patronatus et donatione ecclesie de Bethiroule, vic. Roxburgh ;—quas idem Jac. resignavit :—Apud Edinburgh, 15 Jan. 1492, an. reg. 5] :—NECNON aliam cartam ejusdem regis, —[qua confirmavit cartam quondam Willelmi Douglas de Caveris factam Jacobo Rutherfurd de eodem, et heredibus ejus in dicta carta talliatis,—super terris dominii

et libertatis de Rutherfurd, ac 100 solidatis terrarum de Wellis, in baronia de Caveris, vic. Roxburgh, de dicto Wil. tenendis ;—quas idem Jac. resignavit :—Apud Edinburgh, 10 Jan. 1492] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xix. 74.

48. Apud Edinburgh, 16 Oct.

REX &c., concessit M. JOHANNI SWYNTOUN filio Johannis Swintoun de eodem, et ejus heredibus,—terras de Cranschawis, Thorniburn, Howbog et Doukhous, cum molendinis earundem, vic. Beruik ;—quas dictus Joh. senior personaliter resignavit :—RESERVATO libero tenemento dicto Joh. seniori :—INSUPER voluit rex quod unica sasina capienda apud maneriem de Cranschawis pro omnibus dictis terris sufficeret, ex eo quod omnes erant de dominio de C. et contigue adjacebant:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xix. 73.

49. Apud Edinburgh, 20 Oct.[1]

REX &c., confirmavit cartam quondam Archibaldi com. Angusie, dom. Dowglace, — [qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit DAVID MALVILE burgensi de Edinburgh, et ELIZABETHE WARDLAW ejus sponse,—terras ville orientalis de Dunsyare, extenden. ad 12 mercatas antiqui extentus, in baronia sua de Boithuile per annexationem, vic. Lanark :—TENEND. dictis Dav. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et post eorum decessus Jacobo M. juniori filio dictorum D. et Eliz., et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti D. quibuscunque :—REDDEND. baroni de Boithuile unum den. albe firme :—TEST. M. Gawino Douglas filio dicti Arch. ac preposito ecclesie collegiate B. Egidii de Edinburgh, M. Tho. Boyd rector de Carmichell, M. Wil. Berelay, D. Wil. Broun capellano, Joh. Arnot, Jac. Yong et Joh. Gray notariis publicis :— cum subscriptione dicti Arch. manuali :—Apud Edinburgh, 17 Feb. 1509] :—INSUPER, intelligens quod dict. David fuit fidelis ligeus, et ab omnibus lese majestatis criminibus, de quibus Arch. com. Angusie ejus dominus superior delatus est, omnino innocens, voluit quod dict. David, &c., in possessione dictarum terrarum non lederentur ob quamcunque culpam dicti Arch., tunc stantis sub processu forisfacture :—TEST. 1. 25. 14. 32. 4. 16. 33. 17. 19. 27. 31. 8. 23. xix. 55.

50. Apud Edinburgh, 26 Oct.[2]

REX &c., concessit JOHANNI DOMINO FLEMYNG, et ejus heredibus,—terras et baronias de Bigar et Thankertoun, cum tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Lanark ;—quas Margareta Stewart domina Flemyng, olim reputata sponsa dicti Joh., personaliter resignavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xix. 81.

51. Apud Edinburgh, 4 Nov.

REX &c., confirmavit cartam Johannis Gordoun de Lochinver,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit filio suo carnali ROBERTO GORDOUN de Glen militi, heredibus ejus et assignatis,—3 mercatas terrarum de Torscrauchane antiqui extentus in proprietate, ac 12 mercat. ant. ext. de Dalbaty in tenandria, cum molendino granorum de D., in dominio Gallwydie, senesc. Kirkcudbricht, vic. Drumfresse :—REDDEND. regi communem sectam in curia senesc. de Kirkcudbryth, ac vardam et relevium cum contingeret :—TEST. Tho. Makdowell de Mondork, Alex. Mure, Wil. Bell, Wil. Hogart, Jac. Gordoun, D. Donaldo Moffet capellano, D. Joh. Coltart vicario de Balmaklelane :—Apud Kenmore, 10 Nov. 1515 (*sic*)] :—NECNON aliam cartam ejusdem Joh.,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit eidem Roberto Gordoun, heredibus ejus et assignatis,—terras de Acheinch,[3] Auchtschillingland et *le* Ferteir ejusdem, ant. ext.,

---

[1] The day of the month is taken from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. v. fol. 43.

[2] Dated A.D. 1516. Placed here according to the regnal year, which is confirmed by *Regist. Sec. Sig.*, lib. v. fol. 38.

[3] "Insula et terre de Auchy Inche," in introductory clause.

in parochia de Balmacleland, senesc. Kirkcudbryth, vic. Drumfreis: — REDDEND. annuatim regi unam sectam in curia senesc. de Kirkcudbrycht, ac vardam et relevium cum contingerent:—TEST. Gilb. Makge filio et herede Nicholaii M. de Balmageth, Alex. Mure, D. Gawino Foulertoun capellano ac notario publico:—Apud manerium de Kenmore, 5 Sept. 1515]:—TEST. 1. 25. 14. 34. 15. 4. 5. 16. 33. 17. 19. 31. 27. 8. 23. xix. 83.

52. Apud Edinburgh, 23 Nov.

REX &c., confirmavit JOHANNI SEYTOUN, et JONETE TURNBILL ejus sponse, — quartam partem terrarum et molendini de Cargunnok, 3 libratas terrarum baronie de Plane, vic. Striveling; ac dimedietatem septime partis terrarum de Fordale, vic. Fiffe;—quas eadem Joneta resignavit:—TENEND. dictis Joh. et Jon. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicte Jon. de corpore procreandis, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscumque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xix. 76.

53. Apud Edinburgh, 2 Dec.

REX &c., confirmavit cartam [1] regis Jacobi IV.,—[qua, pro amore et favore, concessit MARGARETE BOYD, filie Archibaldi B., in vitalem redditum,—terras et villam de *le* Corshill extenden. annuatim ad 6 mercas, *le* Clerklandis ad 6 merc., cum molendino earundem, Cuttiswra ad 40 sol., Ormishauch ad 5 merc., Hareschaw ad 5 merc., et dimedietatem de Blaklaw ad 5 merc., in dominio suo de Steuartoun, vic. Are;—quas dicta Marg. prius habuit per donationem regis in minore etate sibi factam:—REDDEND. annuatim unum den. argenti nomine albe firme:—TEST. Wil. episc. Abirdonen. secreti sigilli custode, Geo. com. de Huntlie dom. Badyenauch cancellario, Arch. com. de Ergyle dom. Campbell et Lorne magistro hospitii, Pat. com. de Bothuile dom. Halis, Alex. dom. Hume magno camerario, Joh. dom. Drummond justiciario, Rob. Lundy de Balgony milite thesaurario, M. Ric. Mureheid decano Glasguen. secretario, M. Walt. Drummond decano Dunblanen. rotulorum et registri ac concilii clerico:—Apud Edinburgh, 27 Dec. 1498, an reg. 11]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xix. 78.

54. Apud Edinburgh, 10 Dec.

REX &c., confirmavit cartam Donaldi de Insulis de Lochalch militis,—[qua, pro bono servitio, concessit HECTORI MONRO de Foulis, et ejus heredibus,—piscariam suam de Kelysockell, viz. 6 *le Cobilgangis* super aquam de K., vic. Invernys; cum potestate ad tractand. eorum rethia super terris suis de Farincoscare jacen. inter *le* Schyne et Caslay:—REDDEND. annuatim dicto Don. unum den. albe firme:—TEST. Eugenio Alanesoun capitaneo de Clanchamerone, M. Joh. Monro vicario de Urchart, Niniano Thomesone, Alex. Monro, Lauchlano Morwar, Alex. Makneill et Jac. Young notariis publicis:—cum subscriptione dicti Don.:—Apud Edinburgh, 3 Nov. 1515]:—TEST. *ut in carta* 101. xix. 133.

55. Apud Edinburgh, 18 Dec.

REX &c., tanquam senescallus Scotie, confirmavit HUGONI COMITI DE EGLINTOUN dom. Montgomery, et ELENE CAMPBELL ejus sponse,—20 libratas terrarum antiqui extentus de Estwod, tam proprietatem quam tenendrias, cum turre, fortalicio et manerio earundem, in baronia de Renfrew, vic. ejusdem;—quas idem Hugo personaliter resignavit:—TENEND. dictis Hug. et Elene et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et post ipsorum decessus legitimis et propinquioribus heredibus dicti Hug. quibuscumque;—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xix. 86.

56. Apud Edinburgh, 11 Jan.

REX &c., confirmavit cartam Johannis Seytoun et Jonete Trumbill ejus sponse, partionariorum de Gargunnok et Fordall,—

[1] No 2471 of the previous volume of this Register.

[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendiderunt WILLELMO SPITTALE de Luquhat, et ELIZABETHE SEYTOUN ejus sponse,—dimedietatem septime partis terrarum et molendini de Fordall, in baronia de F., vic. Fyffe :—Tenend. dictis Wil. et Eliz. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscumque, de rege ; cum jure patronatus et donatione capelle S. . . . . alternatim cum vacaret :—Test. M. Alex. Seytoun vicario de Bothelny, Joh. Seytoun de Balbirny, David Cokburne de Tretoun, Mich. Blyth, Joh. Andersone :—Apud Edinburgh, 10 Dec. 1515] :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xix. 93.

57. Apud Edinburgh, 14 Jan.

REX &c., confirmavit cartam Johannis Gordoun de Lochinver,—[qua concessit filio suo carnali WILLELMO GORDOUN, et JONETE BALLIE ejus sponse,—5 mercatas terrarum antiqui extentus de Larglegastell et Markleif, vic. Wigtoun :—Tenend. dictis Wil. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscumque, de rege:—Test. Rob. Gordoun de Glen milite filio et herede apparente dicti Joh., Alex. Gordoun de Auchreoch, Tho. Makdowell de Mondork, Wil. Mure, Alex. Gordoun, Alex. Mure, Wil. Bell, D. Donaldo Moffet capellano : —Apud Kenmore, 10 Jan. 1515] :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xix. 96.

58. Apud Edinburgh, 14 Jan.

REX &c., confirmavit cartam Johannis Sinclare de Auchingilbert,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WILLELMO GORDOUN filio carnali Johannis G. de Lochinver, et JONETE BALLIE ejus sponse, — $2\frac{1}{2}$ mercatas terrarum de Auchingilbert, $2\frac{1}{2}$ merc. de Kererlauchlin, et $2\frac{1}{2}$ merc. de Caringarauch, antiqui extentus, vic. Wigtoun :—Tenend. dictis Wil. et Jon. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Wil. quibuscumque, de rege :—Test. Gilb. Makgie de Balmagie, Wil. Murehede, Alex. Mure, Joh. Young, Wil. Bell, Joh. Makbirnye, D. Adam Walcare capellano :—cum subscriptione dicti Joh. S. :—Apud Ruscheu, 4 Aug. 1515] :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xix. 97.

59. Apud Edinburgh, 18 Jan.

REX &c., confirmavit cartam Gilberti com. de Cassillis dom. Kennedy, ballivi de Carrik,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit EGIDIE BLARE relicte Jacobi Kennedy de Rowe, heredibus ejus et assignatis,—annuum redditum 10 librarum de terris et baronia sua de Dunouer, in comitatu de Carrik, vic. Are :—Reddend. annuatim dicto comiti unum den. albe firme :—Test. Alex. Kennedy de Garwanemanis, Jac. Kennedy, Tho. Corry de Kelwod, Joh. Mure, D. Joh. Kennedy capellano prebendario de Maybole, M. Uthredo Adunwell de Daquhoquen notario publico :—Apud Cassillis, 5 Jan. 1515] : — Test. *ut in aliis cartis* &c. xix. 90.

60. Apud Edinburgh, 26 Jan.

REX &c.,—post lites inter Pat. Chene et Alex. Chene fratres carnales, filios quondam Johannis C. de Essilmont militis, motas et in curia Romana diu continuatas, quis ipsorum succederet dicti Joh. ac quond. Henrico C. fratri suo domino feodi de Essilmont, — cum dicti Pat. et Alex. concordiam iniissent quod hereditates equaliter inter ipsos dividerentur, quequidem fuerunt dicti Hen. in feodo et dicti Joh. in libero tenemento, et in manibus regis existebant ob nonintroitum veri heredis, — igitur concessit dicto PATRICIO CHENE, et ejus heredibus,—terras dominicales de Essilmont, cum fortalicio et manerio earundem, terras de Craghede, Carnhill, Crostane et *le* Auld Milntoun cum molendino de E., tertiam partem ac tres quartas partes alterius tertie partis de Chapeltoun de E., et dimedietatem terrarum ville de Forthry de E., vic. Abirdene :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xix. 84.

61. Apud Edinburgh, 30 Jan.
REX &c., confirmavit ROBERTO LAUDER de eodem, et CRISTINE HAMMYLTOUN ejus sponse,—terras de Murecleuch, vic. Beruik ;—quas idem Rob. personaliter resignavit :—TENEND. dictis Rob. et Cris. ac ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Rob. quibuscumque : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xix. 89.

62. Apud Edinburgh, 30 Jan.
REX &c., tanquam senescallus Scotie, ad feodifirmam dimisit ADE WALLACE, et ejus heredibus,—terras de Spittale-schelis, in baronia de Kile-stewart, vic. Are ;—concessit etiam eidem Ade et heredibus,—officium custodis et gubernatoris domus et hospitalis de Kilecaise, et balliatus ejusdem et terrarum eidem hospitali pertinen. ;—quas et quod Hugo W. de Newtoun frater dicti Ade resignavit :—REDDEND. annuatim 8 mercas, ac 16 *le thrafis* straminum :—RESERVATO libero tenemento dict. Hugoni : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xix. 98.

63. Apud Edinburgh, 6 Feb.
REX &c., concessit familiari suo WILLELMO OGILWY de Stratherne militi, thesaurario suo, et ejus heredibus,—superioritatem terrarum et dominii foreste de Boyne, vic. Banff ;—quam Alex. com. de Huntlie in favorem dicti Wil. propter pecuniarum summas sibi solutas personaliter resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xix. 87.

64. Apud Edinburgh, 6 Feb.
REX &c., confirmavit cartam Jacobi Farnlie de Braid,—[qua concessit filio suo ARCHIBALDO FARNELIE, et ejus heredibus,—terras et baroniam de Braid, cum tenentibus &c., vic. Edinburgh:—TENEND. de rege:—RESERVATIS libero tenemento dicto Jac., et rationabili tertia Elizabethe Hog sponse sue cum contingeret, necnon dicte Eliz. vitali redditu unius pecie terre ad partem orientalem terrarum de B.:—TEST. Hen. Congiltoun de eodem, Joh. Inglis mariscallo regis, Joh. Creichtoun de Burnstoun, Ric. Congiltoun filio et herede apparente dicti Hen., David Warnok, Rob. Farnely, Hen. Farnely, Wil. Lawder, Alex. Makneile et Jac. Young notariis publicis:—cum subscriptione dicti Jac. F.:—Apud Edinburgh, 26 Feb. 1516]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 27.

131. Apud Edinburgh, 28 Feb.

REX &c. (pro bono servitio, et ob favorem compositionis 600 mercarum thesaurario solute), concessit ANDREE MAKDOWEILL, et ejus heredibus,—terras de Spottis, extenden. ad 23 mercatas antiqui extentus, cum molendino, in senesc. Kirkcudbricht, vic. Drumfreys;—que fuerunt dicti And., tente de Johanne Gordoun de Lochinver, et (una cum terris de Torscraichane que fuerunt dicti Joh. in proprietate) in manibus Jacobi IV. recognite fuerunt;

et quas integras terras dictus Jac. IV. dicto Joh. per signaturam manu sua subscriptam concessit, cum licentia ad infeodandum dictum And.; et medio tempore dictus rex unam pretensam infeodationem fecit dict. terrarum de Spottis Patricio Sincleir tunc suo familiari; quam infeodationem domini concilii, dictis Pat. et Joh. per procuratores suos Joh. Sinclere de Dridane et Rob. Gordoun de Glen milites comparentibus, adnullarunt, et ordinaverunt dictum Joh. ad intrandum et dict. And. infeodandum; quod dictus Joh. minime fecit, et ideo superioritatem amisit:—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia senesc. de Kirkcudbricht, necnon wardam &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 7.

132. Apud Edinburgh, 2 Mar.[1]
REX confirmavit ROBERTO LOGANE de Restalrig militi, et ELIZABETH HEPBURN ejus sponse,—terras de Gogar, in baronia de Restalrig, vic. Edinburgh;—quas idem Rob. resignavit:—TENEND. dictis Rob. et Eliz. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Rob. quibuscumque. xx. 24.

133. Apud Edinburgh, 7 Mar.
REX &c., confirmavit cartam M. Roberti Forman decani Glasguen. ac domini terrarum subscript.,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ALEXANDRO COMITI DE HUNTLIE, et ELIZABETH GRAY ejus sponse,—terras de Logy, Dawane et quartam partem de Westoun, in comitatu de Mar, vic. Abirdene:—TENEND. dictis Alex. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscumque, de rege:—REDDEND. annuatim unum den. albe firme:—TEST. Jac. dom. Ogilvy de Erlie, Pat. dom. Gray, Alex. Banerman de Wattirtoun, M. Rob. Monnorgund rectore de Esse, Walt. Ogilvy, Joh. Gardin:—una cum sigillo proprio armorum dicti Rob.:—Apud Edinburgh, 2 Mar. 1516]:—TEST. 1. 25. 38. 4. 16. 42. 36. 27. 30. 8. 23. xx. 21.

134. Apud Edinburgh, 10 Mar.
REX &c., concessit LAUCHLANNO MACCLANE de Doward, et ejus heredibus,—4 mercatas terrarum de Scalpa, in dominio Insularum, vic. Invernis;—regi pertinen. tanquam eschaeta per decessum Archibaldi Huchonsone bastardi sine legit. heredibus de corpore ejus:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 50.

135. Apud Edinburgh, 10 Mar.[2]
REX &c., concessit DAVID PETBLADO filio et heredi Petri P. de eodem, et ejus heredibus,—terras de Petblado, cum tenentibus &c., vic. Fyffe;—quas dict. Pet. resignavit:—RESERVATO libero tenemento dicto Pet.;—absque prejudicio juris cujuscumque alterius:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 60.

136. Apud Edinburgh, 13 Mar.
REX &c., confirmavit cartam Jacobi Muschat de Tolgarth,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI STRIVILING de Keir militi, et MARGARETE FORESTER ejus sponse,—terras de Lochfeild, cum piscatura lacus ejusdem, necnon terras de Calyequhat et Annand Estir, in senesc. de Menteth, vic. Perth:—TENEND. dictis Joh. et Marg. ac ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, Luce Striviling et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., Wil. S. fratri dicti L. et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscumque gerentibus arma et cognomen, de rege:—TEST. Geo. Schaw de Lauchill, David Balfoure, Eduardo Spittall notario publico, Tho. Millar, Hen. Finglas:—cum subscriptione

[1] As a Memorandum in Register.
[2] Dated A.D. 1517. Placed here according to the regnal year, which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. v. fol. 110 verso.

dicti Jac. :—Apud Kere, 13 Mar. 1516]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 61.

137. Apud Edinburgh, 20 Mar.[1]
REX concessit CLEMENTIE LANCELONE Gallice, hereditarie, — terras *le* Plewch-landis nuncupat., extenden. ad 4 libratas, et 4 terras husbandias ad alias 4 libratas, in terris dominicalibus de Hawsintoun, vic. Berwik ;—regi pertinen. ratione eschaete per justificationem quondam Alexandri dom. Hume. xx. 70.

138. Apud . . . . . .
REX &c., cum consensu trium regni statuum in parliamento, confirmavit cartam Patricii Painter abbatis de Cambuskinneth, secretarii regum Jac. IV. et V., magistri domus et ecclesie S. Marie prope burgum de Montrose,—[qua,—ob sumptus suos dicte ecclesie impensos, consanguineis et parentibus suis succurrere volens,—ad feodifirmam dimisit DAVID PAINTER juniori,—terras dicte ecclesie, viz. Newmannis-wallis prius pro 6 mercis alienatas, 60 acras de Clasched cum acra prope Balkelie, quamlibet acram prius pro 12 denariis alienatam, ex parte boreali burgi de Montrose, vic. Forfar ; et Spittalschellis cum agello de Denesyde, vic. Kyncardin : — TENEND. dicto Dav. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, David P. seniori, ex eodem patre dicti Pat. fratre, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Wil. P. *alias* Lamb nepoti dicti Pat. ex sorore sua, tunc vero filio suo adoptivo, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Pat. cognomen et arma de P. gerentibus, quibus def., aliis suis legitimis propinquioribus heredibus et consanguineis cujuscumque cognominis existerent, dummodo cognomen et arma de Painter assumerent :—REDDEND. annuatim magistro dicti hospitalis pro Newmannis-wallis 6 libras 13 sol. 4 den., et vicario dicte ecclesie pro qualibet acra dict. 60 acrarum 30 den., extenden. in toto ad 7 lib. 7 sol., necnon dicto magistro pro Spittallschelis &c. 10 mercas :—TEST. M. Alex. Mylne canonico et officiali Dunkelden., M. Jac. Lyne canonico ejusdem ac rectore de Durris, M. Jac. Knollis canonico Rossen., Alex. Levingstoun, Hen. Galbrath vicario de Kynnell :—Apud Edinburgh, 10 Aug. 1516] . . . . . [*Vide* Acta Parl. Scot. II. 392]. xx. 71.

139. Apud Edinburgh, 23 Mar.
REX &c., concessit ISOBELLE GRAY domine de Dudop, heredibus ejus et assignatis,—84 mercatas 6 solidatas 8 denariatas terrarum baronie de Kelly et terrarum dominicalium ejusdem, vic. Forfare ;—que fuerunt Willelmi Ouchtirlowny de Kelly, et per Dunc. Richardsone nuncium, vicecomitem in hac parte, pro summa 282 librarum cum duplo ejusdem, extenden. in integro ad 846 mercas, regi appreciate fuerunt ; pro quibus 282 lib. dictus Wil. devenit plegius quondam Willelmo Ogilvy de Stratherne militi, thesaurario, regis nomine, pro David dom. Lindesay pro nonnullis remissionum compositionibus in ultimo itinere justiciarie tente apud Dunde solvendis ad festum S. Michaelis ult. elapsum sub pena dupli, &c., et dicta Isobella de dict. summa thesaurario satisfecit :—et voluit rex quod dictus Wil., heredes ejus vel assignati, regressum haberent quandocumque dict. summam &c. persolverent infra septennium :—TEST. l. 25. 38. 15. 4. 16. 36. 27. 30. 8. 23. xx. 22.

ANNO DOMINI 1517. ANNO REGNI 4.

140. Apud Edinburgh, 26 Mar.
REX &c., confirmavit cartam Isobelle Gray domine de Dudop, relicte quondam Ade Creichtoun de Ruthvennis militis,—[qua, in sua viduitate, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI STRIVILING de Kere militi, heredibus ejus et assignatis,—dimedietatem suam terrarum

[1] A sa memorandum in Register. Dated A.D. 1517, and placed here according to the regnal year. See note to No. 126.

ac molendini de Inveralloun, cum piscationibus earundem super aquas de Keth (Teth) et Forth, vic. Striviling :—TENEND. de rege:—TEST. M. Rob. Monorgund rectore de Essy, D. Malc. Mortmer, Wil. Striviling, D. Valt. Sutherland notario publico;—cum subscriptione dicte Is. :—Apud Edinburgh, 13 Mar. 1516]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 62.

141. Apud Edinburgh, 28 Mar.[1]
REX concessit M. JOHANNI CAMPBELL thesaurario suo,—terras de Thorntoun, cum molendinis, turre et fortalicio earundem, infra vic. Edinburgh et constab. de Hadingtoun;—regi pertinen. ratione eschaete per justificationem quondam Alexandri dom. Hume. xx. 28.

142. Apud Edinburgh, 28 Mar.[2]
REX &c., confirmavit cartam quondam Alexandri Mowat de Stanehouse,—[qua concessit (quondam) JOHANNI MOWAT filio suo et heredi apparenti, et heredibus ejus quibuscumque,—terras de Stanehouse, in baronia de S., vic. Lanark; terras de Brochtoun, Winkistoun et Burofeild, cum tenentibus et tenandriis, vic. Peblis :—TENEND. de rege :—RESERVATIS sibi libero tenemento, et rationabili tertia uxori sue cuicumque cum contingeret:—TEST. Jac. Symontoun filio et apparente herede Johannis S. de eodem, Wil. Inglis de Langlandhill, Pat. Mure de Annastoun, Joh. Makmoran, Joh. Hoddome, Tho. Sibbald :—Apud Edinburgh, 2 Mar. 1506]:—INSUPER, quia dict. Alex. obiit in servitio Jacobi IV. sub ejus vexillo, rex dictas terras quitteclamavit MARGARETE MOWAT filie et heredi dicti Joh., qua deficiente, heredibus ipsius Joh. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 48.

143. Apud Edinburgh, 30 Mar.[3]
REX concessit ANTHONIO DARCEYS militi, hereditarie,—41 terras husbandias ville de Hume, cum terris dominicalibus *le* Manis de H., extenden. annuatim ad 61 libratas, cum castro de H., molendinis, cotagiis, domibus et hortis, in baronia de H., vic. Beruik;—regi pertinen. ratione eschaete per justificationem quondam Alexandri dom. Hume. xx. 31.

144. Apud Edinburgh, 30 Mar.[4]
REX confirmavit ALEXANDRO COMITI DE HUNTLIE, et ELIZABETH GRAY ejus sponse,—terras et dominium de Gordoun, Huntlie et Fogo, cum tenentibus &c., jure patronatus capellanie de Huntlie nuncupate *le* Chantory, in dominio de Gordoun, vic. Beruik;—quas idem Alex. in manibus gubernatoris personaliter resignavit :—TENEND. dictis Alex. et Eliz., ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscumque. xx. 26.

145. Apud Edinburgh, 31 Mar.
REX &c., confirmavit cartam Herberti Corry de Newby,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit consanguineo suo THOME CORRY de Keldwod, heredibus ejus et assignatis,—terras dominii sui de Newby, cum turre, fortalicio, manerio, molendino, astricta multura earundem, cum piscariis de Newby et de le New-Scarris, cum sabulo de Edin (per metas specificatas), terras de Barmenkirk, Croftheidis, Howismyll, et Mylfeild et Hawmedow, 10 libratas de Stabiltoun antiqui extentus, 40 solidatas de Robgill ant. ext., cum piscariis de Stabiltoun, 2 mercatas 6 sol. 8 den. de Cummyrtreis (ant. ext.) cum piscariis earundem, 2 merc. 6 sol. 8 den. de Ellirbek ant. ext., 10 merc. de Myddilby ant. ext., 3 merc. de Galzaneleis ant. ext., 13 sol. 4 den. de Hydewod ant. ext., 5 lib. de Preistis-wodsyde ant. ext., cum *le saltcottis* et piscariis earundem, 13 sol. 4 den. de Ruvale ant. ext., in senesc. de Annanderdale

[1] As a Memorandum in Register. See note to No. 126.
[2] Dated A.D. 1516. Placed here according to the regnal year.
[3] As a Memorandum in Register. See note to No. 126.
[4] As a Memorandum in Register.

vic. Drumfreis:—TENEND. de rege tanquam domino de Annanderdale : — RESERVATIS sibi libero tenemento, et rationabili tertia Ezote Murray uxori sue :—TEST. David episc. Candidecase et capelle regie Strivelingen. ac commendatario perpetuo monasterii de Toungland, Gilb. com. de Cassillis dom. Kennedy &c., M. Jac. Hay postulato de Dundrinnane, M. Hen. Wemys officiali Candidecase, M. Joh. Wemys vicario de Dalmellintoun, D. Geo. Blair vicario de Daly ac notario publico :—Apud Edinburgh, 18 Feb. 1516] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 30.

146. Apud Edinburgh, 1 Apr.

REX concessit JOHANNI GRERSONE de Lag, tanquam heredi et successori retornato quondam Cuthberti G. de L. ejus patrui, et ejus heredibus,—terras de Messingeris-landis et Grenain, vic. Drumfres ;—que fuerunt dicti Cuth., et in manibus Jacobi IV. ob alienationem majoris partis earundem recognite fuerunt; et dictus Cuth. cum thesaurario composuit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 29.

147. Apud Edinburgh, 1 Apr.

REX confirmavit PATRICIO CULLES de Balnamone, et KATHERINE ejus sponse,—dimedietatem terrarum de Balfour, quartam partem de Balconell, dimed. de Rome, Birkethill et Smyddehill, in baronia de Balnamone, vic. Forfair ;—quas idem Pat. in manibus tutoris regis resignavit :—TENEND. dictis Pat. et Kath. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Pat. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 41.

148. Apud Edinburgh, 1 Apr.

REX &c., concessit GEORGIO LESLEY COMITI DE ROTHES dom. Lesly, et MARGARETE CREICHTOUN ejus sponse affidate per verba de futuro cum carnali copula inde secuta,—terras de Halltacis, Hill-tacis, molendinum de Tacis, terras de Ballinderane, Hechame, Logy, terras dominicales *le* Manys de Ballinbreich, molendinum de Ballinbreich cum terris ejusdem, quartam partem terrarum dominicalium de Lesly nuncupat. *le* Estir-quarter, quartam partem de Ballingall ;—que fuerunt quondam Georgii com. de Rothes, et pro 1065 libris 6 sol. 8 den. regi appreciate fuerunt, et quondam Andree Bertoun in vitali redditu et Alexandro B. ejus filio in feodo pro dict. summa vendite fuerunt ; quam summam dicta Marg. dicto Alex. et Roberto B. ejus curatori persolvebat, cum 200 mercis ultra:—TENEND. dictis Geo. et Marg. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis (matrimonio inter ipsos solempnizato et stante legitimo, vel per dispensationem si opus foret legitimato), quibus deficientibus, dicte Marg. heredibus ejus et assignatis prout ipsa instituere vellet, et tenend. quousque dict. summa eis persoluta foret, et postea dicto Geo. et ejus heredibus reversuras ;—concessit etiam dicto Georgio, filio quondam Willelmi L. et heredi dicti quond. Geo. ejus patrui, et heredibus ejus masc. arma et cognomen de L. gerentibus in tallia, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus ejus heredibus quibuscumque,—terras, baroniam et castrum de Ballinbreich, cum molendinis, piscariis, silvis, parcis viz. *le parkis*, tenentibus &c., advocationibus &c., jure patronatus ecclesie de Flisk, prebende de Abirnethy nuncupat. Forevinschip, et capellanie de Glenduky, vic. Fiffe ; terras et baroniam de Carny, cum molendino, et advocatione ecclesie S. Medoci, vic. Perth ; terras et baroniam de Fethis, vic. Forfare ; terras et baroniam de Quisny et Fowlis-Mowete, cum molendinis, annexis, tenentibus &c., cum jure patronatus ecclesie de Quisny, vic. Abirdene ; terras et baroniam de Rothes, cum castro, molendinis, piscationibus super aqua de Spey, tenentibus &c., silvis, liberis forestis, cum jure patronatus ecclesie de R. et capellanie infra castrum de R., vic. Elgin ; terras et baroniam de Rothinormay, cum molendinis, tenentibus &c., vic. Abirdene ; terras de Kildethis, vic. Invernes ; ac tertiam partem terrarum et baronie de Dunlopy, vic. Forfare ;—que fuerunt dicti quond. Geo., et pro alienatione

majoris partis ipsarum in manibus Jacobi IV. recognite fuerunt, et appunctuate fuerunt dicto quond. Geo. restitui, de quo dictus rex signaturam subscripsit et diversas summas in partem compositionis promisse recepit;—necnon terras et baroniam de Tacis, cum molendino, annexis, tenentibus &c.;—quas dictus quond. Geo. resignavit;—necnon terras de Kennoquhy, Drummard, Ochtirmerny, Lalethin, Awdy et Kinmux, cum 40 solidis annui redditus de Kennoquhy et 5 mercis ann. red. terrarum de Estir Lathrisk vocat. *le* Riggis, vic. Fiffe;—que fuerunt reputate tenandrie baronie de Leslie, et defectu sasine desuper ostense adjudicate fuerunt fuisse in manibus regis per 50 annos et ultra;—necnon terras et baroniam de Balmane et Wodfeild cum molendinis, annexis, tenentibus &c., vic. Kincardin;—que fuerunt dicti quond. Geo. in proprietate et tenandriis, et in manibus regis per 25 annos fuisse comperte fuerunt ratione nonintroitus;—et dictus Alex. Bertoun jus suum ad terras de Tacis &c., renunciavit; et rex omnes dict. terras incorporavit in unam liberam baroniam de Ballinbreich; et pro servitio per dict. quond. Geo. et Wil. (qui obiit cum Jacobo IV. sub ejus vexillo in campo bellico apud Brankstoun in Northumbria) et per dict. Geo. tunc comitem impenso et impendendo, easdem quitteclamavit:—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Fiffe, cum wardis &c.; proviso quod inhabitantes terras extra vic. de Fiffe comparerent in itineribus justiciarie vicecomitatuum ubi terre jacent:—cum licentia ad infeodandum tenentes:—TEST 1. 43. 25. 15. 4. 16. 36. 27. 44. 45. xxii. 195.

149. Apud Edinburgh, 8 Apr.[1]
REX confirmavit DAVID SPENS de Wolmerstoun, et MARGARETE STEWART ejus sponse,—terras de Pettincrefe, vic. Fiffe;—quas idem David in manibus gubernatoris resignavit:—TENEND. dictis Dav. et Marg. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Dav. quibuscumque.
xx. 34.

150. Apud Edinburgh, 16 Apr.
REX &c., confirmavit et ad feodifirmam dimisit ALEXANDRO KINCRAGI de Auld-Lundoris, et ELIZABETHE BALLONE ejus sponse,—terras de Auld-Lundoris, cum 2 ortis, 3 cotagiis, et brasina viz. *le Breuland* earundem, in dominio et vic. de Fyffe;—quas idem Alex. resignavit:—TENEND. dictis Alex. et Eliz. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et post ipsorum decessus heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Alex. de corpore legit. procreatis, quibus def., seniori heredum fem. absque divisione:—REDDEND. annuatim 40 libras, 24 bollas avenarum, 32 capones et 64 pultrias; necnon duplam firmam ad primum introitum heredum, cum maritagiis cum contingerent; ac edificando et sustentando mansionem sufficientem, cum aula, camera, coquina, horreo, bostari, columbariis, pomariis, ortisque &c.; cum prohibitione alienandi absque consensu; necnon solvend. multuras prius debitas:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xx. 45.

151. Apud Edinburgh, 19 Apr.
REX &c., confirmavit JOHANNI BERTRAHAME, et AGNETI WARDLAW ejus sponse affidate,—quartam partem terrarum de Westir Bynning, et tertiam partem molendini earundem, vic. Linlithkow;—quas idem Joh. personaliter resignavit:—TENEND. dictis Joh. et Ag. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscumque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xx. 44.

152. Apud Edinburgh, 27 Apr.
REX &c., concessit JACOBO LOGANE in Leith, et JONETE CRAUFURD ejus sponse,—terras de Crawmond-regis sub-

[1] As a Memorandum in Register.

script., viz. How-medo *le* Baukis, terras occidentalis finis ville de C. contigue adjacen. cum *le* Skynnaris-landis, ac terras de Craghous, vic. Edinburgh ;—que fuerunt Katherine, Cristine, Alisone et Libere Newlandis, sororum et heredum quondam Johannis N. de Craghous ; et quas dicta Kath. cum consensu Johannis Johnstoun sponsi sui, et cetere sorores resignaverunt; et quas rex in unam liberam tenandriam de Craghous incorporavit :—TENEND. dictis Jac. et Jon. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Jac. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 37.

153. Apud Edinburgh, 30 Apr.[1]
REX &c., confirmavit cartam Augnetis Langmure, unius heredum terrarum subscript.,—[qua,—cum consensu Nicholaii Edyare dom. de Inglistoun sponsi sui,—pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WILLELMO CUNYNGHAME juniori filio et heredi apparenti Willelmi C. de Craganis, et EGIDIE CAMPBELL ejus sponse,—suam partem terrarum de Auchinbotho-Langmure, in baronia et vic. de Renfrew :—TENEND. dictis Wil. et Egid. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibus eorum et assignatis, de rege tanquam senescallo Scotie :—cum clausula warantizationis a wardis &c. :—TEST. Joh. Lang, Joh. Blak, Joh. Howe, Joh. Park, D. Joh. Moderwell notario publico:—Apud Craganis, 20 Jan. 1514]:—TEST. 1. 25, 13, 15. 26. 16, 36.27. 21. xx. 19.

154. Apud Edinburgh, 30 Apr.
REX &c., confirmavit cartam (Johannis) Ros de Auchlossin,—[qua, pro servitiis &c., concessit filio suo NICHOLAYO ROS, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Auchlossin, viz. tres quartas partes de A., terras de Carnbaddye et molendinum de A., cum tenentibus &c., vic. Abirdene :—TENEND. de rege:—RESERVATIS dicto Joh. libero tenemento, et Eliz. Irvin sponse sue rationabili tertia cum contingeret; et eidem Eliz. dimedietate occidentali inferioris ville de Carnbaddye et binis partibus residue de C., per conjunctam ejus infeodationem :—TEST. D. Alex. Irvin de D(r)umme milite, David Strauchin de Thornetoun, Ric. Irvin, Alex. Irvin:—Apud Thornetoun, 23 Mar. 1516]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 56.

155. Apud Edinburgh, 1 Maii.
REX &c., concessit THOME MENZEIS, filio et heredi apparenti Gilberti M. de Findoun,—terras de *le* Myddiltoun de Petfodellis, Estirtoun et Westirtoun de P., cum piscationibus earundem super aqua de Dee, vic. Abirdene ;—quas terras de Myddiltoun dictus Gilb. resignavit, et quas ceteras terras Mariota Reid de Petfodellis, sponsa affidata dicti Tho., cum expresso consensu Johannis Mar burgensis de Abirdene curatoris sui, resignavit in favorem dicti Tho., eidem conferen. nomine dotis et tanquam mobile pro maritagio ;—et quas omnes rex incorporavit in unam liberam baroniam de Petfodellis, et voluit quod *le* Myddiltoun de P. foret principale messuagium :—TENEND. dicto Tho. et heredibus ejus de corpore inter ipsum et dict. Mariotam procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Tho. quibuscumque :—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Abirdene, necnon wardam &c.:—RESERVATO libero tenemento dicte Mariote :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 36.

156. Apud Edinburgh, 1 Maii.
REX,—quia literis directis Wil. Schewes clavigero vicecomiti in hac parte ad distringend. Pet. Spens de Hardenis, Jac. S. et Wil. S., fratres, pro 500 mercis 24 sol. super ipsos per Joh. Volff de Waldaly, Eliz. Manderstoun ejus matrem, Wil. Litstar, Geo. Grenelaw, And. Sandersoun, Joh. Yong et Tho. Scott, tenentes dicti Joh. V. obtentis, terre subscripte, per dict. Wil. Spens de rege tente in alba firma pro 2 sol. annuatim, ad 200 mercas appreciate fuerunt et dicto Joh. V. in partem solu-

[1] Dated A.D. 1516. Placed here according to the regnal year.

tionis vendite; — igitur concessit dicto JOHANNI WOLFF, et ejus heredibus,— 2 terras husbandias in villa et territorio de Pincartoun, infra dominium de Dunbar et comitatum Marchie :—et voluit quod dict. Wil., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocumque dictam summam &c., persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 46.

157. Apud Edinburgh, 2 Maii.[1]
REX ad manum mortuam confirmavit cartam quondam Johannis com. Craufurdie dom. Lyndesay,—[qua in puram elimosinam concessit D. Johanni Carmannoch et ejus successoribus capellanis altaris B.V.M. et Trium Regum infra ECCLESIAM PAROCHIALEM BURGI DE DUNDE, fundat. per Geo. Dunkelden. episc. nuper defunctum,—annuum redditum 10 librarum de terris et baronia de Kirkbuddow, *Hole* et molendino earundem, vic. Forefare;— pro summa pecunie sibi per dictum Geo. persoluta . . . . .] . . . .
xx. 3.

158. Apud Edinburgh, 2 Maii.[2]
REX concessit PHILIPPO NESBIT de eodem,—dimedietatem terrarum de Manderstoun, extenden. ad 10 libratas, vic. Beruik;—quam idem Phil. habuit in vitali redditu de quondam Alexandro Hume de eodem, et que totales terre de M. regi devenerunt ratione forisfacture quondam Alexandri dom. Hume. xx. 35.

159. Apud Edinburgh, 2 Maii.
REX &c., pro servitio impenso et impendendo, concessit DAVID HUME de Wedderbur(n)e, heredibus ejus et assignatis, —dimedietatem terrarum de Manderstoun, vic. Berwik;—que totales terre regi devenerunt ratione eschaete per justificationem quondam Alexandri dom. Hume :—proviso quod dict. Dav. &c. prompte obedirent et fidele servitium gardiano orientalium marchiarum impenderent; et hoc absque prejudicio juris cujuscunque alterius: — TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 53.

160. Apud Edinburgh, 3 Maii.
REX &c., ad feodifirmam dimisit MICHAELI SCOTT, filio et heredi quondam Roberti S. in Aikwod, et ejus heredibus,— terras et locum forestarium de Aikwod, in dominio foreste de Ettrik, vic. Selkirk;— que prius quondam Alexandro dom. Hume assedate, tunc regi devenerunt ratione forisfacture dicti Alex.:—TENEND. de matre regis regina Margareta, domina dicte foreste per conjunctam infeodationem, et post ejus decessum de rege :—REDDEND. annuatim 26 libras 13 sol. 4 den., cum dupla ejusdem ad introitum cujuslibet heredis, et maritagio heredum masc. et senioris heredum fem., qui solum in dict. terris successuri erant; et hoc absque prejudicio juris dicte regine :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 55.

161. Apud Edinburgh, 6 Maii.[3]
REX concessit JACOBO SINCLERE, hereditarie,— terras de Toderiklaidis et Fulschotlaw, extenden. ad 5 libratas, vic. Berwik;—regi pertinen. ratione eschaete per justificationem quondam Alexandri dom. Hume. xx. 47.

162. Apud Edinburgh, 7 Maii.
REX &c., concessit JACOBO GLASGUENSI ARCHIEPISCOPO, cancellario, heredibus ejus et assignatis,— terras et dominium de Kello, cum annexis, advocationibus ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Berwik;—quas Joh. Betoun, filius et heres quondam David B. de Creich, personaliter resignavit, in recompensationem expensarum per dictum Jac. ad utilitatem suam factarum : — REDDEND. annuatim unum den. albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 59.

163. Apud Edinburgh, 11 Maii.
REX &c., confirmavit cartam Jonete Gordoun filie et heredis quondam Alexandri

---

[1] The date is supplied from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. v. fol. 115.

[2] As a Memorandum in Register See note to No. 126.

[3] As a Memorandum in Register. *Vide* note to No. 126.

G. militis,—[qua, in sua pura virginitate existen. in etate 21 annorum, vendidit ROBERTO GORDOUN de Glen militi, heredibus ejus et assignatis,—19 mercatas terrarum de Kenmoir et Lagane, cum molendino, turre et fortalicio de K., antiqui extentus, necnon 20 merc. de Balmaclellane et *le* Park ant. ext., cum molendino de B., unitas in una libera baronia de Kenmoir, in senesc. Kyrkcubrith; ac 20 libratas 15 solidatas ant. ext. terrarum dominicalium de Stechell, 6 librat. orientalis tertie partis de Stichell eisdem adjacentes, in baronia de S., vic. Roxburgh; cum tenentibus &c. earundem;—pro maritagio suo regi Jac. IV. pertinen. et dicto Rob. vendito, et tunc per eum sibi iterum vendito, pro 2700 mercis per dict. Rob. regi persolutis pro suo maritagio, et pro infeodatione sua in vitali redditu in 20 libratis terrarum ant. ext., sibi 80 libras annuatim persolvere valentibus, pro 1620 mercis sibi per dict. Rob. ratione contractus inter se et ipsum celebrati persolutis, ac pro diversis summis per dict. Rob. pro se persolutis et thesaurario persolvendis:—REDDEND. annuatim regi unum den. albe firme:—RESERVATO Johanni Gordoun de Lochinver, patri dicti Rob., libero tenemento terrarum predict. infra senesc. Kirkcudbrycht jacentium:—TEST. M. Jac. Hay postulato de Dundrynane, David Malvile preposito de Edinburgh, Jac. Prestoun, Joh. Ireland, Wil. Clerk, Edw. Kinkaid, ballivis ejusdem, M. Jac. Heriot officiali S. Andree infra archidiaconatum Laudonie, M. Adam Otterburne clerico communi dicti burgi, Wil. Schaw de Polkamet, Adam S. ejus filio, Tho. Makdowell de Mundork, Jac. Johnestoune, Hen. Wilsone, burgensibus dicti burgi:—cum subscriptione dicte Jon. manuali, et sigillo Jacobi com. de Murray fratris sui, et sigillo communi ad causas burgi de Edinburgh:—Apud Edinburgh, 10 Maii 1517]:—INSUPER consensit restitutioni per dictam Jon. dicto Rob. inibi facte de terris de Stichell, ac earum incorporationi reliquis terris de S.:—REDDEND. secundum tenorem carte per Jac. IV. quondam Alexandro Gordoun et Eliz. Stewart ejus sponse desuper facte post resignationem Johannis G. de Lochinver:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xx. 38.

164. Apud Edinburgh, 12 Maii.[1]

REX &c., confirmavit PETRO CREICHTOUN de Nachtane militi, et JONETE HAY domine de Nachtane ejus sponse,—terras dimedietatis baronie de Nachtane, cum turre, fortalicio, molendinis, piscariis, annexis, tenentibus &c., vic. Fiffe;—quas eadem Joneta personaliter resignavit:—TENEND. dictis Pet. et Jon. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicte Jon. quibuscumque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 14.

165. Apud Edinburgh, 13 Maii.

REX concessit WILLELMO OUCHTIRLONY de Kelle, et ejus heredibus,—terras de Lochle et Inchgrommell extenden. ad 8 mercatas, Glenmark et Gleneffok ad 13 merc., *le* Kyrktoun de Lochle et *le* Hailhouse ad 9 merc., Dulbrak et Kindrochat ad 11 merc., Auchquhryne et Lenmore ad 21 merc., et Corcarncorse per Joh. Gold occupat., et Tullihisno ad 16 merc., Discaphy et Schennow ad 7 merc., extenden. in integro ad 85 merc., in baronia de Glennesk, vic. Forfair;—que fuerunt Alexandri com. Crawfurd, de rege tente per servitium warde, et dicto Wil., 2 Maii 1517, appreciate fuerunt et vendite pro ejus relevio, quia 84 mercate 6 sol. 8 den. terrarum dicti Wil. de *le* Manys de Kelle regi appreciate fuerant pro summa 282 librarum, per dictum Alex. et David Lindesay filium ejus et heredem apparentem regi debita, et pro duplo ejusdem, pro quibus dictus Wil. devenit plegius:—et voluit rex quod dictus Alex. et ejus heredes haberent

[1] Dated A.D. 1516. Placed here according to the regnal year, which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. v. fol. 107 verso. In the register follows (xx. 15), "Carta Patricii dom. Lyndesay de Byris," but only the heading and first line have been engrossed.

regressum quandocumque dictam summam &c. persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 42.

166. Apud Edinburgh, 22 Maii.
REX &c., concessit ALEXANDRO OGILVY de Deskfurd,—terras et baronias de Finlater, Deskfurd, Kethmore, liberam forestam de Glenfidich, tertiam partem de Inverkeroch, terras de Auchinstank, Balkery, Drumnaketh, Blareschenoch, Bauchlaw, cum piscationibus earundem super aqua de Dovern, terras de Sandlach cum piscationibus super eadem aqua, terras de Castelfeld et officium constabularie de Culane, cum castris et fortaliciis de Finlater et Auchindoune, molendinis, annexis, tenentibus &c., vic. Banff; dimedietatem terrarum et molendini de Auchlevin, cum octava parte de Ardun et piscationibus aque de Ithane, vic. Aberdene; dimed. terrarum et molendini de Balhall, et quartam partem terrarum et baronie de Menmure, vic. Forfare;—que quidem terre de Drumnaketh fuerunt Agnetis Gordoun, relicte quondam Jacobi Ogilvy patris dicti Alex., in conjuncta infeodatione, et dicti Alex. hereditarie; et quas dicta Agnes quoad suum bassum feodum resignavit; (et quas ceteras terras, una cum feodo de Drumnaketh, idem Alex. personaliter resignavit); et quas omnes terras &c., rex incorporavit in unam liberam baroniam de Ogilvy, et ordinavit quod castrum de Finlater principale messuagium esset, et castrum de Ogilvy nominaretur :—TENEND. dicto Alex. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Jac. O. fratri ejus germano et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Joh. O. fratri ejusdem et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Pat. O. fratri ejusdem et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Geo. O. fratri ejusdem et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Gilb. O. patruo ejusdem et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Joh. O. fratri dicti Gilb. et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., M. Alex. O. in Glassauch et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Walt. O. filio et heredi quondam Georgii O. domini feodi de Boyne et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Joh. O. filio et heredi quondam Willelmi O. de Straitherne militis et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Alex. cognomen et arma de O. gerentibus quibuscumque, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscumque :—REDDEND. annuatim pro Finlater, Blareschenach et Castellfeild servitium albe firme et feodifirme debit. et consuet., et pro ceteris terris &c. infra vic. de Banff tres sectas ad tria placita capitalia dicti vic., necnon wardam &c.; pro terris infra vic. de Aberdene et Forfair unam sectam curiarum dictorum vic., cum wardis &c. :—TEST. 1. 43. 25. 15. 26. 42. 36. 27. xx. 43. et xxii. 200.[1]

167. Apud Edinburgh, 24 Maii.
REX &c., confirmavit cartam Johannis com. de Lenax, dom. Dernelye,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit MICHAELI HAMMILTOUN [2] filio et heredi apparenti Gilberti H., et MARIOTE BORTHUIK ejus sponse,—dimedietatem terrarum suarum de *le* Inche de Bathcat, per dictum Mich. occupat., vic. Linlithqw :—TENEND. dictis Mich. et Mar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Mich. quibuscumque : — REDDEND. dicto Joh. 8 mercas nomine annualis redditus feodifirme : — TEST. M. Rob. Maxwel rectore de Torboltoun, Wil. Maxwel, M. Valt. Maxwel, Joh. Crawfurd, Joh. Dikesone notario publico :—cum subscriptione manuali dicti com. :—Apud Edinburgh, 20 Nov. 1517 (*sic*)] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 58.

168. Apud Edinburgh, 25 Maii.
REX &c.,—quia Jacobus IV. assedavit terras suas de Uchtermuchty, in dominio et

[1] The bracketed words in the *quequidem* clause are taken from the latter copy; the former copy omits them, and has only the usual vague reference in the testing clause, the list of witnesses being supplied by the latter copy.

[2] In one clause called *Nicholas*.

vic. de Fyffe, in feodifirma tenentibus inhabitantibus earundem, in augmentationem rentalis sui ad duplicem firmam vel ultra, et, cum avisamento concilii, ordinavit villam et terras de U. in liberum burgum creasse, et ante consummationem ejusdem diem clausit extremum,—igitur ad feodifirmam dimisit TENENTIBUS DE UCHTERMUKTY predictis, et ipsorum cuilibet pro ejus parte secundum tenorem novi rentalis, et eorum heredibus,—terras de U., viz. *le* South-quarter, North-quarter, Bondhalf, Gervesland, Marisland, *le* Cotlandis et Smyddilandis;—necnon, cum avisamento supradict., pro favoribus erga dict. tenentes et pro incremento edificiorum &c. pro hospitatione ligeorum, creavit villam et terras de Uchtermukty,—in liberum burgum regalem, BURGUM DE UCHTERMUKTY nuncupand.; — concessit etiam quod essent inibi burgenses et potestatem haberent eligendi ballivos &c., et tenendi pretorium, crucem foralem et forum die Mercurii singulis ebdomadis, necnon nundinas publicas die S. Servani annuatim et per octavas ejusdem; cum theoloneis, &c.; cum potestate emendi et vendendi &c.: — REDDEND. firmas &c. debit. et consuet., et duplam feodifirmam ad primum introitum heredum; ac etiam quilibet pro parte sua edificand. et sustentando mansiones sufficientes cum aulis, cameris, horreis, bostaribus et stabulis pro hospitatione ligeorum, cum ortis, pomariis, columbariis, sepibus, arborum plantationibus &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 51.

169. Apud Edinburgh, 25 Maii.

REX &c., ad feodifirmam dimisit JOHANNI LIDDALL de Halkerstoun, et ejus heredibus,—terras et locum forestalem de Tinnis, cum turre et fortalicio earundem, in dominio de Ettrik, vic. Selkirk;—regi pertinen. ratione forisfacture quondam Alexandri dom. Hume:—TENEND. de matre regis pro ejus vita, et postea de rege:—REDDEND. annuatim 50 libras, et duplicando feodifirmam ad introitum heredum:—absque prejudicione dicte regine:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 54.

170. Apud Edinburgh, 25 Maii.

REX &c., ad manum mortuam confirmavit cartam Johannis Cant burgensis de Edinburgh ac dom. terrarum subscriptarum,—[qua,—cum consensu Agnetis Kerkettill sponse sue, necnon D. Joh. Craufurd capellani qui dictas terras de dicto Joh. tenuit,—in puram elimosinam concessit Josine Henrisoun ceterisque consororibus Ordinis S. Dominici S. KATHERINE DE CENIS vulgariter nuncupat., in loco earum apud ecclesiam S. Johannis Baptiste super terras dicti Joh. Craufurd fundat. Deo servientibus, earumque successoribus,—18 acras terrarum arabilium edificatarum et vastarum messuagii B. Egidii, jacen. inter ceteras suas terras de Sanct-Gelis-grange et terras communis more Edinburgi, vic. Edinburgh; cum jure patronatus, proficuo &c., dicte ecclesie per dictum Joh. Craufurde fundate;—quas dictus Joh. Craufurd personaliter resignavit:—REDDEND. annuatim 10 mercas capellano altaris S. Stephani in ecclesia metropolitana Glasguen.; necnon cantando altam missam &c.:—RESERVATO libero tenemento dicto Joh. Crawfurde:—TEST. F. Joh. Adamsoun provinciali Fratrum Predicatorum infra Scotiam, F. Quintino Mure, M. Pat. Lausoun, D. Joh. Jaksone, D. Phil. Derling et D. Joh. Linlithqw, capellanis, Wil. Smeithberde, Wil. Kennedy, Rob. Patersoun, Joh. Foulare notario publico:—Apud burgum de Edinburgh, 17 Apr. 1517]:—INSUPER ratificavit omnes cartas &c., dictis Sororibus factas:—TEST. 1. 25. 38. 15. 26. 16. 36. 27. 8. 41. xx. 78.

171. Apud Newwerk, 2 Jun.

REX &c., ad manum mortuam confirmavit cartam David Strathauchin de Thornetoun,—[qua,—in augmentationem capellanie per se et quondam Joh. S. de T. patrem suum fundate,—in puram elimosinam concessit D. Alexandro Young et ejus successoribus capellanis ad altare B. V. M. in insula per dictos Joh. et Dav. edificata ex parte australi ECCLESIE PAROCHIALIS DE ABIRLUTHNOT, pro anima sua, Margarete Hay sponse sue &c., celebraturis,—annuum redditum 43 solidorum 4 den. de terris, toftis et croftis

subscript., viz. le Denecroft et Vester-Calsay-croft, in villa et ostilaria de Kinca(r)din in Mernys, vic. ejusdem (inter terras Geo. Palframan et Joh. Cragye, et *le* Gallowmure), et de *le* Lonniecroft ibidem, (inter terras Joh. Erskin de Downe et *the Commone lone* et communem pasturam):—Test. M. Hugone Lindesay capellano, Wil. Berclay, Alex. Straithauchin, And. Vilsone:—cum subscriptione manuali:—Apud Thornetoun, 31 Oct. 1514]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xx. 52.

172. Apud Edinburgh, 4 Jul.

REX, cum consensu dominorum regentium, confirmavit cartam Herberti Maxwell de Kirkconwell,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti ROBERTO MAXWELL, et ejus heredibus,—terras de Keltoun, tam proprietatem quam tenandrias, vic. Drumfres:—Tenend. de rege:—Reservatis sibi libero tenemento, et rationabili tertia Eufamee Lindesay tunc sponse sue cum contingeret:—Test. Walt. Chepman burgen. de Edinburgh, Wil. Carnis de Archarditoun, Tho. Dunbar, Gilb. Fynnetoun, Gothredo Lauchlane:—Apud Edinburgh, 4 Jul. 1517]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xx. 57.

173. Apud Edinburgh, 18 Jul.

REX, cum consensu dominorum regentium, confirmavit cartam Thome Greg de Cullirhope,—[qua, pro servitio &c., concessit filio suo et heredi apparenti JACOBO GREG, heredibus ejus et assignatis,—quartam partem terrarum de Cullirhope, extenden. annuatim ad 5 mercatas, in parochia de Edilstoun, vic. Peblis:—Reddend. annuatim regi presentias in 3 curiis capitalibus vic. de Peblis, nomine albe firme:—Reservato libero tenemento dicto Tho.:—Test. D. Ric. Lawsoun, Walt. Young, capellanis, M. Hen. Lawder burgen. de Edinburgh, Pat. Lowis, Joh. Raltoun, Alex. Makneill et Jac. Young notariis publicis:—Apud Edinburgh, 16 Jul. 1517]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xx. 67.

174. Apud Edinburgh, 21 Jul.

REX, cum consensu dominorum regentium et concilii sui, in absentia gubernatoris,—concessit GEORGEO ROSSY de eodem, assignato quondam David R. de eodem, et ejus heredibus,—terras de Innenee, vic. Forfare;—quas, per dictum Dav. quondam Johanni Durhame et ejus heredibus alienatas de rege Jac. IV. tenend., sub reversionis literis cum litteris regressus sub secreto sigillo dicto Dav. concessis, dictus Geo. a Jacobo D. filio et herede dicti Joh. redemit:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xx. 64.

175. Apud Edinburgh, 23 Jul.

REX &c., confirmavit cartam Georgei Rossy de eodem,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit M. Hugoni Spens preposito ECCLESIE COLLEGIATE S. SALVATORIS infra civitatem S. Andree, M. Thome Ramsa rectori de Kinbak et M. Petro Cheplane rectori de Dennennow, canonicis ejusdem, et eorum successoribus,—10 libratas terrarum in *le* Manis de Rossy, necnon 18 mercatas in Myltoun de R., infra baroniam de R., vic. Forfar:—Tenend. de rege in feodo:—Test. M. Alex. Balfowre vicario de Kilmane, M. Joh. Nawchty vicario de Barry, D. Joh. Gilberti capellano, Tho. Logy cive S. Andree, Walt. Melvill:—cum subscriptione manuali:—Apud civitatem S. Andree, 19 Maii 1517]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xx. 65.

176. Apud Edinburgh, 30 Jul.

REX, tanquam senescallus Scotie, concessit JONETE KENNEDY DOMINE BOTHUILL, et ejus heredibus,—10 libratas terrarum antiqui extentus de Prestwikschawis, in dominio de Kile-stewart, vic. Air;—que fuerunt Jonete Somervale domine hereditarie de Harthup et domine feodi de Prestwikschewis, et literis directis Arch. Hoge nuncio, vicecomiti in hac parte, 15 Jul. 1517 appreciate fuerunt pro 500 mercis per dictam Jon. K. super dict. Jon. S. obtentis, et dicte Jon. K. vendite:—Reservatis libero tenemento Thome Somervil de Prestwikschawis, necnon eisdem Tho. et Jon. S. theoloneo de *le* Brigend de Air et piscationibus dict. terrarum, ac 20 sol. annui redditus de dict. terris:—

et voluit rex quod dicta Jon. S., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocumque dictas summas &c. persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 69.

177. Apud Edinburgh, 4 Aug.
REX &c., cum consensu thesaurarii sui, confirmavit cartam Andree Kynnard de eodem et baronis dimedietatis baronie de Nauchtane,—[qua, pro summa pecunie sibi in denariis aureis et argenteis persoluta, vendidit JACOBO GARDIN de Newtoun, heredibus ejus et assignatis,—terras et Newtoun et Wodhavin alias nuncupat. Forest de Gilface, cum *le* Cotlandis et Brewlandis de Sandfurd, cum piscatione salmonum, *le out-settis* et *insettis*, in baronia de Nachtane, vic. Fyffe ;—que fuerunt dicti Jac., de dicto And. tente pro 10 libris feodifirme annuatim, quod feodum appreciatum fuit regi pro ejus devoriis ; et quas terras &c. idem Jac. resignavit :—TENEND. de rege :— TEST. Joh. Carnecors, Wil. Gardin, Geo. Gray, Hen. Young, Tho. Craill, M. David Craill notario publico : —Apud Dunde, 20 Jul. 1517] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 68.

178. Apud Edinburgh, 31 Aug.
REX concessit PETRO CRECHTOUN de Nauchtane militi, et JONETE HAY ejus sponse,—terras de Wormet, cum molendino et piscationibus, in baronia de Nachtane, vic. Fyffe ;—quas Katherina Hering relicta quondam David Monnorgund de eodem, que easdem in conjuncta infeodatione habuit, cum consensu Gilberti M. filii et heredis dictorum Kath. et Dav., in manibus gubernatoris resignavit :—TENEND. dictis Pet. et Jon. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Pet. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 40.

179. Apud Edinburgh, 2 Sept.[1]
REX concessit ALEXANDRO TERVAT de eodem, et ejus heredibus,—40 mercatas terrarum de Quhelplaw, in ballia de Lauderdaill, vic. Berwik ;—que fuerunt Johannis Clapane de Claslogy, de rege tente per servitium warde et relevii, et literis Johanni Balfoure nuncio vicecomiti in hac parte directis appreciate fuerunt 21 Aug. 1517 (viz. 38 mercate pro 760 mercis, et 2 mercat. pro 38 mercis pro feodo vicecomitis), et dicto Alex. vendite pro solutione 800 mercarum per ipsum super dictum Joh. C. obtent., ad relevand. ipsum ad manus David Leremonth de Clatto de solutione dicte summe dicto Dav. persolvende pro singulo valore maritagii dicti Alex., cum duplo valore ejusdem :—et voluit rex quod dictus Joh. C., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocumque dict. summas &c. persolverent infra septennium : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 5.

ANNO DOMINI 1518. ANNO REGNI 5.

180. Apud Edinburgh, 1 Apr.
REX &c., confirmavit cartam David com. Craufurdie, filii et heredis Alexandri com. C. dom. Lyndesay, et heredis et successoris quondam Joh. com. C.,—[qua concessit JOHANNI BLAIRE in vitali redditu, et ALEXANDRO BLAIRE ejus filio necnon filio et heredi quondam Margarete Lyndesay sponse dicti Joh. et sororis dicti comitis Joh., heredibus ejus et assignatis in feodo, —terras de Balmyle et Potento, in baronia de Myggle, vic. Perth ;—pro summa pecunie sibi persoluta, necnon pro extinctione litis mote per dictam Marg. contra dictum suum patrem, patruum et heredem dicti com. Joh., penes terras comitatus seu dominii Craufurdie, et in plenariam recompensationem juris tituli dict. Margarete et Alex. B. ad easdem, quia dicta Marg. ante suum obitum conscientia ducta se gratam dicto David

[1] Dated A.D. 1516. Placed here according to the regnal year, with which the date of the apprising mentioned agrees.

ostendens asseruit se eum in litibus ulterius nolle vexare:—TENEND. de rege :—RESERVATO libero tenemento de Potento Jonete Gordoun domine Lyndesay:—TEST. Alex. Lyndesay fratre dicti Dav., Magistris Hen. Quhite rectore de Fynevin, Rob. Leslie, David Gardin de Braktullo, Wil. Arnot :—cum subscriptione manuali :—Apud Edinburgh, 25 Feb. 1518 (*sic*)] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 45.

181. Apud Edinburgh, 25 Apr.

REX &c., confirmavit cartam Jacobi Hepburn episc. Moraviensis,—[qua, pro carnali affectione &c., concessit nepoti suo ALEXANDRO DOMINO LEVINGSTOUN, heredibus ejus et assignatis,—terras de Birthwod, Stanegill, Wodlandis, Husberyhill et Wolfclid, cum tenentibus &c., in baronia de Cultir, vic. Lanark :—REDDEND. annuatim regi 2 den. albe firme :—TEST. D. Joh. Dingvale archidiacono Cathanen., D. Wil. Wardlaw rectore de Dalry, Magistris Alex. Levingstoun de Donypase, Geo. Langmure, Geo. Hepburn, Tho. Crag, D. Tho. Stermonth :—cum subscriptione manuali :—Apud Edinburgh, 21 Apr. 1518]:—NECNON aliam cartam ejusdem,—[qua concessit eidem Alexandro dom. Levingstoun, heredibus ejus et assignatis,—terras dominicales de Colbintoun, terras et villam de C., et terras de Cummerland, cum turre et capitali messuagio de Colbintoun, in baronia de Colbintoun, vic. Lanark;—prius dicto episc. per Joh. Lindesay de Colbintoun concessas, et eidem per dominos concilii adjudicatas, in warantizationem specialem terrarum suprascriptarum, etiam dicto episc. per dict. Joh. alienat. :—TENEND. de rege, quousque dictus Joh. heredes ejus vel assignati, dict. terras de Birthwod &c., dicto Alex. pacificas facerent possidendas :—REDDEND. annuatim 2 den. albe firme :—TEST. D. Joh. Dingvale prothonotario apostolico, D. Wil. Wardlaw rectore de Dalry, Magistris Alex. Levingstoun de Donypaise, Geo. Langmure, Geo. Hepburn, D. Tho. Stermonth capellano:—cum subscriptione manuali :—Apud Edinburgh, 21 Apr. 1518] :—TEST. 1. 25. 13. 15. 26. 4. 36. 27. xx. 113.

182. Apud Edinburgh, 20 Jul.

REX &c., confirmavit JOHANNI MURRAY de Brochtoun, et JONETE MAKCULLOCH ejus sponse,—5 mercatas terrarum antiqui extentus de Barchley, in senesc. Kirkcudbricht;—quas idem Joh. in manibus Jacobi archiepisc. Glasguen. cancellarii, unius regentium, personaliter resignavit:—TENEND. dictis Joh. et Jon. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xx. 93.

ANNO REGNI 6. ANNO DOMINI 1518.

183. Apud Edinburgh, 31 Oct.

REX &c., confirmavit cartam Johannis Maxwell de Carnsallach,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI MAXWELL, filio legitimo et naturali quondam Ade M. ac clerico parochiali de Mernys, heredibus ejus et assignatis,—terras de Boisfeild, in dominio de Kilbride, vic. Lanark :—TENEND. de rege tanquam senescallo Scotie :—TEST. Pat. Maxwell de Newwerk, Geo. M. ejus filio et herede apparente, Joh. Maxwell de Westir Stanlie, Joh. Maxwell de Estir Stanlie, Joh. Burgh :—cum subscriptione manuali :—Apud Edinburgh, 20 Oct. 1518] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 46.

184. Apud Edinburgh, 4 Mar.

REX &c., concessit GEORGIO CRAUFURD nepoti et heredi apparenti Willelmi C. de Fedrat, et JONETE IRWIN ejus sponse,—terras de Mekle Crechy, vic. Abirdene;—quas dictus Wil. in manibus Jacobi archiepisc. Glasguen. cancellarii resignavit :—TENEND. dictis Geo. et Jon.

et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Geo. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis &c.*

xx. 85.

ANNO DOMINI 1519. ANNO REGNI 6.

185. Apud Edinburgh, 25 Jun.

REX confirmavit cartam Willelmi Cunynghame militis, dom. baroniarum de Wester Loudoun et Stevinstoun, ac filii et apparentis heredis Cuthberti com. de Glencarne dom. Kilmaweris &c.,—[qua, pro benemeritis &c., concessit consang. suo DAVID CUNYNGHAME de Bertaneholme, heredibus ejus et assignatis,—5 marcatas terrarum de Corssynkell et Myddillpart, 40 solidatas de Corscrag et Felaw, 2 marcat. de Lochcrag, Lochend et Glen, extenden. in universo ad 10 marcat. antiqui extentus, in dominio de Stevinstoun, ballia de Cunynghame, vic. Air: — REDDEND. annuatim dicto Wil. unum den. albe firme :—TEST. Rob. Cunynghame de Aket, Alex. Arnebokill, Rob. Crag, Joh. Howe, Rob. Wily, And. Steny, D. Joh. Howe et D. Jac. Craufurd capellanis ac notariis publicis :—cum subscriptione dicti Wil. :—Apud Kerelaw, 4 Feb. 1527]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 333.

597. Apud Striviling, 30 Maii.
REX confirmavit cartam Johannis com. Buchanie,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JACOBO GORDOUN de Mydmar, et JONETE LEITH ejus sponse,—terras de Grandoun, Auchmulle, Parsle et Crabbistoun, vic. Abirdene:—TENEND. dictis Jac. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jac. quibuscumque, de rege:—RESERVAND. dicto Joh. congeriem lapidum, vulgariter *le Carne*, de Blakfald de Grandoun, cum dimedietate acre contigue adjacen.:—TEST. Wil. Lyall, Joh. Lyndesay, Jac. Rothven, Joh. Blare, Ric. Scot, Tho. Findlaysone

---

[1] With a few, probably accidental, exceptions, all the Royal feu-charters in the subsequent part of this volume are granted with consent of the comptroller. The clause is not again inserted in this abridgment unless for some special reason.

[2] Note in margin :—"Carta subscript. nondum levatur."

capellano ac notario publico :—cum subscriptione dicti com. :—Apud Ouchterhouse, 15 Sept. 1527]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 108.

598. Apud Striviling, 1 Jun.
REX concessit M. ALEXANDRO LEVINGSTOUN de Dunyphace, et ELIZABETHE HEPBURN ejus sponse,—binam partem terrarum et baronie de Craggis, cum tenentibus &c., viz. binam partem dict. terrarum et baronie, binam partem terrarum de Over-Perth, Connony, Belunquhy, et molendini de Eglismaldyis et terrarum ejusdem, *le Mylne* de Eglismaldyis nuncupat., vic. Kincardin, dictis terris et baronie annexat., tertiam partem de Muretoun et binam partem annui redditus 14 sol. de terris de Nethir-Craggis, in dicta baronia ;—quarum tertiam partem, cum integris terris de Muretoun, eadem Eliz. cum consensu dicti Alex. resignavit ; alteram tertiam partem Joneta H. soror dicte Eliz. cum consensu Jacobi Auchinlek de Kemnay sponsi sui resignavit : — TENEND. dictis Alex. et Eliz. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicte Eliz. quibuscumque :—TEST. "*ut in cartis precedentibus.*" xxii. 114.

599. Apud Striviling, 3 Jun.[1]
REX, cum consensu matris sue, domine conjuncte infeodationis dominii de Strivilingschire, ad feodifirmam dimisit familiari suo JACOBO COLVILE de Uchiltre,—terras de Mosside et Ingramiscruke, in dominio de Strivilingschire, vic. ejusdem, extenden. in rentali suo in firma et grassuma ad 7 libras 4 sol.:—TENEND. dicto Jac. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione : — REDDEND. annuatim matri regis, et post ejus decessum regi, 7 lib. 16 sol.; necnon duplicando dictam firmam ad introitum heredum; ac edificando mansionem cum politiis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 128.

600. Apud Striviling, 23 Jun.
REX confirmavit DAVID BLANTIRE, filio et heredi Willelmi B. portionarii terrarum de Fowlartoun, et CRISTINE MAWLE sponse dicti David,—sextam partem terrarum de Fowlartoun, decimam octavam partem de Ennyne, sextam partem octave partis de Litill-Carcary et Litill-Kynnard, vic. Forfare ;—quas idem Dav. personaliter resignavit :— TENEND. dictis Dav. et Cris. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti David quibuscumque :—RESERVATO libero tenemento dicto Wil.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 120.

601. Apud Striviling, 26 Jun.
REX,—quia Alex. abbas de Cambuskynneth, cum sui conventus et parochianorum ECCLESIE PAROCHIALIS DIVI NINIANI PROPE BURGUM DE STRIVILING consensu, fructus officii clericatus ecclesie parochialis antedict. in certas prebendas applicare intendebat infra prefatam ecclesiam ; et tres capellanie per Jac. IV. regem fundate extiterunt, una infra dict. monasterium importantie annue 20 marcarum de thecis regis solvend., relique duæ infra dictam ecclesiam paroch. importantie quelibet annuatim 10 librarum de terris de Cragorth et Skeoch ;—igitur transtulit dictam capellaniam infra dictum monasterium ad ecclesiam paroch. suprascriptam ; — concedendo dicto abbati, et Johanni dom. Erskin vicecomiti de Striviling, necnon generosis, nobilibus, militibus et parochianis ecclesie antedict.,—potestatem ordinandi modum erectionis collegii infra dict. ecclesiam:—TEST. 80. 72. 43. 26. 11. 16. 81. 62. 82. 66. 67. xxii. 218.

602. Apud Edinburgh, 27 Jun.
REX concessit WILLELMO CUNYNGHAME militi, filio et heredi apparenti Cuthberti com. de Glencarne, heredibus ejus et assignatis,—40 solidatas terrarum antiqui extentus de Murhouse (excepta una

[1] Note in margin :—" Nondum levatur."

marcata earundem novi extentus, Elizabethe Schaw pertinen.), dimediam marc. ant. ext. in Miltoun, dimediam marc. ant. ext. de Corshouse (excepta una marcata novi ext.), 9 solidatas ant. ext. in Wyndyege per Joh. Robisoun *alias* Bankhed occupat., marcat. ant. ext. in *le* Gaitheid per Adam Lyn occupat., 2 marc. ant. ext. de Grenehill per Wil. Lyn et Wil. Dyky occupat., extenden. ad 37 marcat. 6 sol. 8 den. novi extentus, in balliatu de Cunynghame, vic. Are ;—que fuerunt Hugonis com. de Eglingtoun, de rege tente per servitium warde, et 19 Jun. 1528, in curia super terras de Grenhill in Robertoun, vic. Are, per Arch. Hoge nuncium vic. in hac parte appreciari facte sunt et dicto Wil. vendite pro 500 libris (dicti Hugonis parte summe 1000 lib. super dictum Hug. et Arch. Montgomery ejus nepotem et heredem apparentem per dictos Cuthbertum et Wil. obtente, pro infrictione decreti arbitralis inter dictas personas pro eorum consanguineis et amicis per Joh. ducem Albanie et alios arbitratores lati de data 13 Mar. 1523, eo quod Nigellus Montgomery filius dicti Hug. Edwardum Cunynghame de Auchinherwy consang. dict. Cuth. et Wil. occidit; et nulla bona neque terre dicto Arch. pertinentes apprehendi potuerunt) : — et voluit rex quod dictus Hug., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocumque dictam summam persolverent infra septennium :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 201.

603. Apud Edinburgh, 3 Jul.

REX dedit literas legitimationis MARIOTE WILLIAMSON bastarde, filie naturali M. Johannis W. xxii. 145.

604. Apud Edinburgh, 4 Jul.

REX, pro specialibus favoribus erga Johannem com. Buchanie dom. de Ochtirhous, creavit VILLAM ET TERRAS DE DOUNE, jacen. supra littus maris in baronia de Glendowoquhy, vic. Banf,—liberum burgum in baronia ;—ac concessit inhabitantibus facultatem emendi et vendendi &c., et ut essent in dicto burgo burgenses, et haberent potestatem eligendi annuatim ballivos &c., tenendi crucem fori et forum in die Sabbati, et liberas nundinas annuatim in festo Nativitatis S. Johannis Baptiste et per octavas ejusdem, cum omnibus toloneis &c. ;—necnon cum potestate dicto Joh. et ejus heredibus, assedandi dict. villam et terras in rodis burgalibus in feodifirma :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 141.

605. Apud Edinburgh, 5 Jul.

REX confirmavit cartam Thome Reidpeth de eodem,—[qua, cum consensu Thome R. filii sui et heredis apparentis, vendidit M. ROBERTO GALBRATH, thesaurario capelle regie Strivilingen., et heredibus ejus quibuscumque,—terras suas de Myd-Wynschelis, vic. Beruic ;—pro summa pecunie sibi persoluta :—TENEND. de rege : —TEST. M. Rob. Waltersoun preposito de Bothanis, D. Cuthberto Miltoun rectore de Mordintoun, Symone Fortoun, Joh. Galbrath, Joh. Tod, Symone Prestoun, Tho. M'Calyeane et Wil. Stevinsoun notariis publicis :—cum subscriptionibus manualibus dictorum Tho. patris et filii :—Apud Edinburgh, 19 Maii 1528] :—TEST. *ut in cartâ* 631. xxii. 174.

606. Apud Edinburgh, 7 Jul.

REX concessit PATRICIO QUHITLAW, et MARIOTE HEPBURN ejus sponse,—terras de Quhitlaw, vic. Edinburgh, infra constab. de Hadingtoun ;—quas Pat. Hepburn de Wauchtoun miles personaliter resignavit : — TENEND. dictis Pat. Q. et Mar. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Pat. Q. quibuscumque :—TEST. 59. 72. 43. 26. 4. 16. 62. 64. 66. 67. xxii. 118.

607. Apud Edinburgh, 7 Jul.

REX, cum consensu matris sue, domine conjuncte infeodationis terrarum subscript., ad feodifirmam dimisit familiari suo JACOBO DOG juniori,—terras de Agglistechynauch, Ballechragane et Gartincabir, in senesc. de Menteith, vic. Perth, extenden. in rentali suo in firma et grassuma ad 15 libras 5 sol. 8 den., et 41 sol. monete martarum :— TENEND. dicto Jac. et heredibus ejus masc.,

quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione : — Reddend. annuatim matri regis ejusque camerariis &c., et post ejus decessum regi, 17 lib. 14 sol. 4 den.; necnon duplicando dictam firmam ad introitum heredum; ac edificando mansionem cum politiis :—Test. 80. 72. 43. 26. 4. 16. 62. 37. 66. 67. xxii. 125.

608. Apud Edinburgh, 8 Jul.

REX confirmavit JOHANNI CREICHTOUN de Innernite, et EUFAMIE BRUSE ejus sponse,—terras et villas de Innernite et Tulibeltane, cum molendinis, silvis et piscationibus, in baronia de I., vic. Perth;—quas idem Joh. personaliter resignavit :—Tenend. dictis Joh. et Euf. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, Geo. C. filio naturali dicti Joh. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., Alex. C. filio naturali ejusdem Joh. et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Joh. quibuscumque secundum tenorem carte tallie prius desuper confecte : —Test. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 117.

609. Apud Edinburgh, 8 Jul.

REX confirmavit cartam Johannis Crechtoun de Innernite,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WILLELMO DOMINO ROTHVEN in vitali redditu, et WILLELMO ROTHVEN juniori de Balliudane ejus filio, inter eum et quondam Christinam Forbes ejus sponsam dominam de R. genito, et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti domini et assignatis quibuscumque, hereditarie,—terras suas de Blakhall, cum piscatura earundem super aquam de Tay, per Hen. Pullour occupat., necnon quartam partem terrarum suarum de Ragortoun, per dict. Hen. et Joh. Henrisoun occupatam, in baronia de Innernity, vic. Perth :—Tenend. de rege :'— Test. Joh. Rothven, Laurentio Rothven, Joh. Cranstoun, Joh. Bennat, Tho. Brisoun, D. Jac. Rothven, D. Wil. Ramsay, D. Adam Turnbull, capellanis, Hen. Elder, Walt. Ramsay, Geo. Crechtoun :—cum subscriptione dicti Joh. Crechtoun :—Apud Perth, 1 Jun. 1528] :— Test. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 121.

610. Apud Edinburgh, 11 Jul.

REX confirmavit (1) cartam Archibaldi com. Angusie &c. factam PETRO CARMICHELL de Drone et EUFAMIE WEMYS ejus sponse, et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Pet. quibuscumque,— de terris de Drone cum molendino, in baronia et regalitate de Abirnethy, vic. Perth :—(2) cartam ipsis et eorum heredibus subscriptis (*sic*) per dictum Arch. factam,— de terris de Gawtowy et Petindy, in baronia et vic. antedictis :—(3) cartam per eundem Arch. factam ipsis et ipsorum alteri diutius viventi in vitali redditu,—de terris de Cragpoty, Erllismure, jacen. *ut supra* :—(4) cartam ejusdem Arch. factam eidem Pet. in vitali redditu,—de terris de Culfardy, jacen. *ut sup.*: — (5) cartam Johannis Balmanno de eodem, factam eisdem Pet. et Euf., et ipsorum alteri &c. (*ut sup.*),—de dimedietate terrarum de Mundy et quarta parte de Nethir-Abirargy, jacen. *ut sup.*:—Tenend. de dicto Arch.:— (6) donationem per dict. Arch. factam dicto Petro in vitali redditu,—super officiis balliatus, justiciarie et camerarie dicte baronie et regalitatis :—Insuper, pro bono servitio, voluit quod hec confirmatio tanti roboris foret ac si in majori forma data fuisset ante sasinas susceptas ; et concessit eisdem omne suum jus ad dictas terras, renunciando omni processui forisfacture contra dictum Arch. et reliquas personas suprascriptas et eorum heredes inchoato seu inchoando, penes dict. terras, &c.:—Test. "*ut in cartis precedentibus.*" xxii. 158.

611. Apud Edinburgh, 12 Jul.

REX, cum consensu matris sue, domine conjuncte infeodationis dominii de Strivilingschire, ad feodifirmam dimisit familiari suo JOHANNI STRIVILING de Keir militi,—terras de Grenyardis, in dominio antedict., vic. ejusdem, extenden. in rentali

CROYDON PUBLIC LIBRARIES CENTRAL

suo ad 20 libras, 10 bollas brasii et 30 pultrias, absque grassuma eo quod dicte terre altioris quam prius fuerunt pretii:—Tenend. dicto Joh. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—Reddend. annuatim matri regis, et post ejus decessum regi, 20 lib .5 sol., cum 10 bol. brasii et 30 pultriis; necnon edificando mansionem cum politiis; ac solvendo duplum dicte firme ad introitum heredum:—Test. *ut in aliis cartis* &c.

xxii. 122.

612. Apud Edinburgh, 14 Jul.

REX,—cum consensu matris sue, domine vitalis redditus, — concessit JACOBO STEWART, fratri germano Andree dom. Awindale, in vitali redditu, pro servitio impenso et impendendo,—custodiam castri de Doune in Menteith, ac forestarum de Glenfinglas ac omnium forestarum, silvarum et lucorum infra dominium de Menteith; necnon terras subscriptas custodie dicti castri pertinentes, viz. 10 marcatas antiqui extentus deEstir-Frew, 5 marc. ant. ext. de Middill-Frew, 5 marcat. ant. ext. de Westir Ergady, 8 libratas 6 sol. 8 den. ant. ext. de Drumcamsy et Ballekerach, 5 lib. ant. ext. de *le* Kerse de Cammis, cum molendino, *le crewis* de Doune, et piscaria lacuum et stagnorum de Lugnok, Locbannoquhaire et Gudy, in dominio de Menteth, vic. Perth; cum officio senescallatus de M.:—Reddend. annuatim unum den. albe firme:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 129.

613. Apud Striviling, 16 Jul.

REX confirmavit cartam Willelmi Rothven de Lownane,—[qua, cum consensu patrui sui et curatoris Willelmi R. in Culgask, vendidit WILLELMO DOMINO ROTHVEN in vitali redditu, et WILLELMO ROTHVEN juniori de Ballindane ejus filio inter eum et quondam Cristinam Forbes ejus sponsam dominam de R. genito, et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti dom. et assignatis quibuscumque, hereditarie, — tertiam partem terrarum de *lie* Manys sue dimedie baronie de Lownane (cui tertie parti Cristina Oliphant avia dicti Wil. R. de L. ratione sue tertie partis pro vita sua dudum incumbebat), necnon dimediam partem suam terrarum de Dunbartnet et molendini de Lownane et terrarum ejusdem, cum dimedia parte sua terrarum baronie de L., cum tenentibus &c., in baronia de L., vic. Forfare;—pro summa pecunie sibi persoluta:—Reddend. annuatim regi unum den. albe firme:—Test. M. David Petcarne archidiacono Brechinen., Joh. Petcarne, Wil. Forbes, D. Jac. Rothven, D. Wil. Ramsay, D. Adam Turnbull, capellanis, Tho. Brisoune, Laurentio Rothven, D. And. Finlay, Hen. Eldar, Walt. Ramsay:—cum subscriptionibus manualibus dictorum Wil. R. de L. et Wil. R. de C.:—Apud Tulilum, 12 Jul. 1528]:—Test. *ut in aliis cartis* &c.

xxii. 127.

614. Apud Striviling, 17 Jul.

REX concessit matri sue MARGARETE REGINE SCOTIE, et HENRICO STEWART ejus conjugi, — pro carnali amore &c., ac pro servitio dicti Hen., fratris germani Andree dom. Avendale, impenso et impendendo, necnon pro sui honoris exaltatione, — terras et dominium de Methven, cum castro, molendinis, piscariis, nemoribus, forestis, tenentibus, tenandriis, advocationibus prepositure, prebendarum et capellaniarum earundem, ac terras et dominium de Buchquhiddir, cum molendinis, piscariis, forestis, tenentibus &c., vic. Perth;—quas incorporavit in liberum dominium et baroniam de Methven:—Tenend. dictis Marg. et Hen. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, regi et successoribus suis:—Facend. servitium warde et relevii cum maritagio cum contingeret:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 126.

615. Apud Striviling, 20 Jul.

REX, pro bono servitio sibi impenso et impendendo, concessit familiari suo servitori GEORGIO ELPHINSTOUN de Hendirstoun, et ejus heredibus,—terras Kingismure nuncupatas, regi ut patrimonium corone pertinen., vic. Peblis (jacen. contigue cum terris de Eddirstoun, Cade-

mure, Brigland, Quhithauch, Bonyntoun et Foulmyre, et aquam Tuede); —quas univit baronie de Hendirstoun :—TEST. 80. 72. 43. 26. 11. 16. 81. 62. 37. 66. 67.
xxii. 226.[1]

616. Apud Striviling, 24 Jul.
REX concessit WILLELMO SCOT burgensi de Montrose, heredibus ejus et assignatis,—terras de Leuchland, valen. annuatim 3 celdras 7 bollas victualium, ad solem et umbram jacen., per Adam Greg, Tho. Greg et Joh. Sprunt occupat., ac 2 marcatas earundem terrarum per Joh. Sprunt, Adam Greg et Tho. Greg occupat., vic. Forfare;—que fuerunt Andree Seytoun de Parbroith, de rege tente per servitium warde, et 3 Mar. 1527, coram David Grundestoun et M. Johanne Spens procuratoribus dicti And., appreciate fuerunt (pro 821 marcis super dictum And. per dictum Wil. obtentis, et dicte 2 marcate pro 40 marc. pro feodo Oliveri Maxtoun clavigeri vicecomitis in hac parte), et dicto Wil. vendite : —et voluit rex quod dictus And., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocumque dict. summas persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 142.

617. Apud Glasgw, 25 Jul.
REX confirmavit cartam David comitis Craufurdie domini Lindesay, et domini terrarum de Ethibetoun,—[qua vendidit et de novo infeodavit WILLELMO CARMICHELL de Crukstane, et ISOBELLE ROLK ejus sponse, et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et post ipsorum decessus ALEXANDRO CARMICHELL filio postnato dicti Wil., heredibus ejus et assignatis quibuscumque, — terras dimedietatis occidentalis de Ethibetoun, in regalitate de Keremure, vic. Forfare;—pro pecuniarum summis sibi et Johanni com. Craufurdie predecessori suo persolutis;—quas terras idem Wil. per seipsum resignavit :—TENEND. de Archibaldo com. Angusie, dicti Dav. superiore earundem :—TEST. David Gardin in Braktaulo, Wil. Arnot, Joh. Baxstare, Francisco Tullous, D. Alex. Hog capellano :—cum subscriptione dicti com.:—Apud Dunde, 14 Sept. 1525]:—NECNON cartam Archibaldi com. Angusie dom. Douglas,—[qua confirmavit Willelmo Carmychell burgensi de Dunde, et Isobelle Rollak ejus sponse,—binam partem terrarum de Carpow, in baronia sua de Abirnethy, vic. Perth;—quam idem Wil. personaliter resignavit : —TENEND. dictis Wil. et Is. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et post ipsorum decessum legitimis et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscumque:—REDDEND. annuatim dicto Arch. 2 den. albe firme :—TEST. Hen. Luffall de Ballumbye milite, Jac. Lyndesay, Symone Panango, D. Joh. Petcaryne, D. Hen. Cant, M. David Roberti, capellanis ac notario publico:—cum subscriptione dicti Arch.:—Apud Dunde, 1 Feb. 1524]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Wil., dict. terras quitteclamavit, renunciando omni processui forisfacture, &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 132.

618. Apud Striviling, 29 Jul.
REX ad feodifirmam dimisit WALTERO INNES de Towchis,—terras de Culcragy et Kirkfairbarne, in comitatu Rossie, vic. Invernes, extenden. in rentali suo ad 7 libras, 2 martas et 2 mutones;—quas pro bono servitio univit tenandrie de Culmaloquhy:—TENEND. dicto Walt. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—SOLVEND. annuatim 9 lib., 2 martas et 2 mutones; necnon duplicando dict. firmam primi anni introitus heredum; ac edificando mansionem cum politiis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 133.

619. Apud Striviling, 29 Jul.
REX, cum consensu compotorum rotulatoris et scaccarii auditorum, ad feodifirmam dimisit WILLELMO TIRPE, THOME BETOUN, JOHANNI TURPE, JACOBO TURPE, THOME TURPE et JACOBO WALLACE, — molendinum de Bello, cum terris, astricta multura *le suckin*, proficuis et devoriis (viz. dictis Wil. T. et

[1] The list of witnesses is taken from the confirmation of the above, No. 1894 *infra*.

Tho. B. quartam cuique, ceteris octavam cuique partem), in dominio et vic. de Fiffe, extenden. in rentali suo ad 6 libras 13 sol. 4 den., 12 capones et 24 pultrias :—Tenend. dictis Wil. &c., et heredibus eorum masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—Reddend. annuatim 10 lib., 12 capones et 24 pultrias; necnon heredes duplicando eorum partem dicte firme ad primum introitum; ac edificando dicte molendinum cum politiis necessariis :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 134.

620. Apud Striviling, 5 Aug.
REX ad feodifirmam dimisit DAVID CRAUFURD, fratri germano Bartholomei C. de Kers,—terras de Caluornes, Cultis, Largis et Blawmaichan, vic. Wigtoun, extenden. in rentali suo ad 13 libras 6 sol. 8 den.:—Tenend. dicto Dav. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisone:—Reddend. annuatim 17 lib. 6 sol. 8 den.; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum; et edificando mansionem cum politia :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 138.

621. Apud Striviling, 5 Aug.
REX ad feodifirmam dimisit THOME SPITTALE, — 30 solidatas terrarum in Westir-Spittaltoune, tunc per dictum Tho. occupatas, in dominio de Menteith, vic. Perth, extenden. in rentali suo in firma et grassuma ad 40 sol. :—Tenend. dicto Tho. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—Reddend. annuatim 3 libras 18 sol. 6 den.; necnon duplicando dict. firmam ad introitum heredum; ac edificando mansionem cum politiis :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 169.

622. Apud Striviling, 7 Aug.
REX ad feodifirmam dimisit WILLELMO MURRAY de Tulibardin, — terras de Lekhoch, Dawleik, Kers, cum molendino et 2 pratis earundem, ac domum cum 3 acris terrarum dictis pratis pertinen., in dominio de Stratherne, vic. Perth, extenden. in antiquo rentali suo ad 17 marcas, in novo rentali ad 34 marc.:—Tenend. dicto Wil. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—Reddend. annuatim pro primo anno introitus 17 marc., postea 34 marc.; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politiis :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 137.

623. Apud Striveling, 8 Aug.
REX, cum consensu matris sue, domine conjuncte infeodationis dominii de Strivilingschire, ad feodifirmam dimisit ROBERTO CALENDAR de Maner, et KATHERINE ELPHINSTOUN ejus sponse, — 9½ bovatas terrarum de *le* Hallis de Erth (prius solventes 9 libras 18 sol. et quolibet triennio 9 lib. 18 sol. grassume, 18 capones et 6 pultrias, estimando caponem ad 12 den. et pultriam ad 6 den.), cum *le* Orchartland earundem, 3½ bovatas cum parte dimedie disparis bovate de Dawumry de *le* Westertoun in Bothkennar (prius solventes 58 sol. 8 den. et quolibet triennio 58 sol. 8 den. grassume, cum 7 caponibus estimatis ad 7 sol.), et 6 bovatas terrarum ville de Skeauch (prius reddentes 6 lib. et quolibet triennio 6 lib. grassume, ac 12 bollas brasii), in dicto dominio, vic. ejusdem;—quas dictus Rob. de matre regis in assedatione habebat, excepta dimedia bovata de *le* Westertoun de Bothkennar quam And. Makmakin occupabat;—et voluit rex quod unica sasina pro omnibus staret : — Tenend. dictis Rob. et Kath. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus eorum masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—Solvend. annuatim pro Hallis de Erth 15 lib. (in augmentationem rentalis ad 14 sol.), pro dict. 3½ bovatis &c. 4 lib. 10 sol. (in augmentationem rentalis ad 4 sol. 8 den. et obulum), cum 3 bollis 1 firlota 2 batis frumenti, 7 bol. 1 firl. 2 bat. ordei, pro Skeauch 12 lib., cum 12 bol. brasii; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansiones cum politia :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 139.

624. Apud Striviling, 8 Aug.
REX,—cum consensu Johannis Douglas

et Mariote ejus sponse qui terras subscript. in assedatione habuerunt,—ad feodifirmam dimisit ALEXANDRO FORESTAR, preposito burgi de Striviling, — quartam partem terrarum de Estir Row, in dominio de Menteith, vic. Perth, extendentem in antiquo rentali suo ad 5 marcas, unam celdram 8 bollas avenarum, pretium bolle 2 sol. 8 den.:—TENEND. dicto Alex. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—SOLVEND. annuatim 8 libras 6 sol. 8 den. (in augmentationem rentalis ad 36 sol.); ac duplum dicte firme ad introitum heredum, cum maritagio cum contingeret; necnon edificando mansionem cum aula &c., ortis, arborum plantationibus et pontibus: necnon solvendo multuras debit. et consuet. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 144.

625. Apud Striviling, 12 Aug.

REX confirmavit JOHANNI COMITI BUCHANIE, et ejus heredibus,—terras, baroniam et dominium de Ouchterhouse, cum castro, fortalicio, molendinis, annexis et pendiculis, terras et baroniam de Esse, viz. Casteltoun, Ailhous et Brewland de E., Newmylne, Balkery cum molendino, Glenquharites, Balgrowgo et Derraland de E., terram et baroniam de Nevay, terras de Petdynny in baronia de Kettinnis, vic. Forfare; terras et baroniam de Montblary, cum piscariis, silvis et molendinis, terras Wastrin nuncupatas, terras de Newtoun cum molendino et nemoribus, Todlaw cum indagine *le Park*, Quhitefeld, Smedytoun de Montblary, tertiam partem et quartam partem de Haltoun de M., cum tribus quarteriis et bina parte alterius quarterii dict. terrarum de Haltoun de M., terras dominicales de Achinbaddy, cum molendino et piscaria, terras de Stanele de Achinbaddy, Ryland cum nemoribus et molendino, Tulloch et molendinum earundem, terras et baroniam de Glendowoquhy *alias* Downe, viz. terras dominicales de Downe, cum molendino, piscaria et brasina, terras de Meilris, cum *le outset*, molendino et piscaria, Fortre cum molendino et *le outset*, Montblatoun et *le outset* earundem, piscariam salmonum de *Thanis-net*, *Assise-lax* in aqua de Dovarn, *le Cragschot* in mari prope villam de Banff, castrum de Banff cum *le* Castellhill et ortis, officia vicecomitis et coronatoris vic. de Banff, terras de Petgar cum molendino, Mynone et Cartrilzeare, Colane, viz. Banff; terras et baroniam de Glencuthill, viz. villam et molendinum de G., terras de Achmedden cum piscaria, Inchebrek, Salcotis, Towy et Petmacaldare, molendinum de Grandoun infra baroniam ejusdem, acram terre in baronia de Cartrilzeare, terras de Balmaddiis in baronia de Grandoun, terras de Glascofores, terras et baroniam de Cartrilzeare, vic. Abirdene;—quas idem Joh. resignavit; et quas rex pro singulari favore creavit in liberam baroniam et dominium de Glendowoquhy, et castrum de Banf in principale messuagium ejusdem :—FACIEND. servitium warde et relevii debit. et consuet., cum tribus sectis annuatim ad tria placita capitalia vic. de Banf :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 140.

626. Apud Striviling, 14 Aug.

REX,—cum consensu matris sue, domine conjuncte infeodationis terrarum et dominii de Menteth, — ad feodifirmam dimisit BERTHOLOMEO BALFOURE,—pro servitio sibi et matri sue impenso, — 6 marcatas terrarum de Makcorrestoun, 2 marcatas in Murdowstoun, 3 marcatas de Munnowstoun et Makcreistoun, 4 marcat. de Boghall, in baronia de Cessintulie, dominio de Menteth, vic. Perth;—quas quondam Alex. Balfoure pater dicti Berth. de rege in assedatione habuit, solvendo 5 libras, 40 bollas farine et 18 sol. de *le martsilver*, annuatim;—et voluit rex quod unica sasina pro omnibus staret :—TENEND. dicto Berth. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—REDDEND. annuatim 18 lib. 4 sol. 8 den. (in augmentationem rentalis sui ad 6 sol. 8 den., computando 12 lib. pro dictis 40 bol.); ac duplum dict. firme ad introitum heredum, cum maritagiis cum contingerent;—reservatis firmis &c. matri regis;—necnon edificando mansionem cum politia :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 168.

627. Apud Striveling, 21 Aug.
REX ad feodifirmam dimisit JOHANNI SMOLLET burgensi de Dunbertane, et MARIOTE HOUSTOUN ejus sponse,—terras de Kirktoun de Cardrous extenden. ad 5 libratas, custodie castri de Dunbertane assignatas, in dominio de Cardrous, comitatu de Levinax, vic. Dunbertane, tunc reddentes 12 marcas, et 16 bollas farine :—Tenend. dictis Joh. et Mar. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. de eorum corporibus legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—Reddend. annuatim 14 marc., ac 16 bol. farine; ac duplum dict. firme ad introitum heredum, cum maritagiis cum contingerent; necnon edificando et sustentando edificia et politiam solo corresponden.:—Test. 80. 72. 43. 26. 4. 16. 62. 37. 66. 67. xxii. 146.

628. Apud Striveling, 28 Aug.
REX confirmavit cartam Willelmi Cunynghame militis, magistri de Glencarne, filii et heredis apparentis Cuthberti com. de G.,—[qua, cum consensu Katherine Borthuik sue sponse, vendidit familiari clerico regis M. JACOBO FOULIS burgensi de Edinburgh, et KATHERINE BROUN ejus sponse,—10 marcatas terrarum ville de Colintoun, olim per Adam Month, tunc per D. Joh. Gylour capellanum occupatas, in baronia sua de Reidhall, vic. Edinburgh; — pro summa pecunie sibi persoluta :—Tenend. dictis Jac. et Kath. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Jac. quibuscumque :—Reddend. annuatim baroni de Reidhall unum den. albe firme :—Test. Joh. Broun, D. Joh. Craufurd et M. Geo. Cuke notariis publicis :—cum subscriptione dicti Wil.:—Apud oppidum Edinburgense, 17 Jan. 1527]:—Insuper, pro bono servitio, dict. terras quitteclamavit, renunciando omni processui forisfacture penes dict. terras :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 179.

629. Apud Edinburgh, 29 Aug.
REX confirmavit cartam quondam Archibaldi com. Angusie dom. Douglas, qui viam universe carnis ultimo ingressus est,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit (quondam) ALEXANDRO TURING burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis,—10 marcatas terrarum de Crommokhoip, in dominio de Douglas, vic. Lanark :—Reddend. annuatim dicto Arch. unum den. argenti nomine albe firme :—Test. Alex. Ramsay de Dalwolsy, M. Joh. Freser rectore de Douglas, David Maxuell :—Apud Edinburgh, 20 Jun. 1481]:—Insuper,—pro bono servitio ROBERTI LOGANE de Coitfeld et MARIOTE KERKETTILL ejus sponse, tunc hereditariorum possessorum dimedietatis dict. terrarum, et JACOBI LYNDESAY fratris dicti Rob., hereditarii possessoris alterius dimed., — dictas terras quitteclamavit, renunciando omni processui forisfacture contra Archibaldum tunc Angusie com., &c., penes dict. terras :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 259.

630. Apud Edinburgh, 31 Aug.
REX, cum consensu matris sue, domine conjuncte infeodationis terrarum et dominii de Strivilingschire, ad feodifirmam dimisit EDUARDO MURE, et JONETE LEVINGSTOUN ejus sponse,—3½ bovatas terrarum de *le* Newtoun de Bothkennar, quas dict. Ed. tunc et in tempore Jac. IV. regis occupavit, in dicto dominio, vic. ejusdem; reddentes 56 sol. firme, et in caponibus 7 sol., 7 bollas ordei, 3 bol. 2 firlotas frumenti, et quolibet triennio 56 sol. grassume:—Tenend. dictis Ed. et Jon. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et post ipsorum decessus Willelmo M. filio inter ipsos legitime procreato, ac heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—Reddend. annuatim 4 libras 5 sol. 2 den., cum ordeo et frumento *ut supra*; ac duplum dict. firme ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politia :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 180.

631. Apud Edinburgh, 3 Sept.
REX ad feodifirmam dimisit familiari servitori suo GEORGIO STEILL, et heredibus ejus masculis quibuscumque,—officium clericatus cokete burgi de Edin-

burgh, cum feodis &c. ejusdem ;—pro dicto officio :—REDDEND. annuatim pro quo rex nullum commodum prius habuit 40 sol. : —TEST. 80. 72. 43. 26. 11. 16. 81. 62. 37. 66. 67. xxii. 173.

632. Apud Edinburgh, 4 Sept.
REX concessit PATRICIO BERCLAY, filio et heredi apparenti Patricii B. de Tolle, et JONETE OGILVY sponse dicti Pat. junioris,—boreales dimedietates terrarum de Drumquhendill, et terras de *le outscheitis* de Ardlane dictis terris de D. adjacentes, in dominio de D., vic. Abirdene, extenden. ad 20 libratas ;—quas dict. Pat. senior resignavit : — TENEND. dictis Pat. juniori et Jon. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Pat. junioris quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 152.

633. Apud Edinburgh, 4 Sept.
REX confirmavit JOHANNI BETOUN de Balfoure, et ISOBELLE MONYPENNY ejus sponse,—terras de Balfoure, cum turre et manerio earundem, vic. Fiffe; —quas idem Joh. resignavit. :—TENEND. dictis Joh. et Is. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscumque :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 160.

634. Apud Edinburgh, 4 Sept.
REX, cum consensu matris sue, domine conjuncte infeodationis dominii de Strivilingschire, ad feodifirmam dimisit ALEXANDRO MURE, et KATHERINE LEVINGSTOUN ejus sponse,—4 bovatas terrarum in *le* Grange de Bothkennare per dictum Alex. occupatas, in dicto dominio, vic. ejusdem, valen. tunc per annum 3 libras 4 sol., 4 bollás frumenti et 8 bol. ordei, 8 capones, et quibuslibet tribus annis 3 lib. 4 sol. grassume :—TENEND. dictis Alex. et Kath. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus eorum masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—REDDEND. annuatim matri regis, et post ejus decessum regi, 4 lib. 18 sol. 8 den. (computando caponem ad 12 den.), cum frumento et ordeo *ut supra* ; necnon duplicando dictam firmam ad introitum heredum, cum maritagiis cum contingerent ; ac edificando mansionem cum politia :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 184.

635. Apud Edinburgh, 5 Sept.
REX,—considerans damna per familiarem suum servitorem Joh. Striviling de Keire militem sustenta per decretum forisfacture in parliamento contra eum deduct., quod in alio parliamento nullius valoris inventum fuerat, non obstante tamen idem Joh. de terris suis, pecuniis et bonis omnino destitutus erat per donationem eschaete sue Georgio Dowglas,—in partem recompensationis, concessit dicto JOHANNI STRIVILING, heredibus ejus et assignatis, —terras et loca de Kettilschell, Horsopcleuch, Cronkle, Handeriswod, Birecleuch et Trotanschaw, cum terris foreste de Dy, cum tenentibus et 'tenandriis, vic. Berwik ; —regi pertinen. ratione forisfacture contra Arch. olim com. Angusie late pro certis punctis proditorie traditionis :—TEST. *ut in carta* 627. xxii. 147.

636. Apud Edinburgh, 5 Sept.
REX concessit JOHANNI STRIVILING de Keire militi, et ejus heredibus,—terras de Duffous, Pettindrech, Caldcottis, Darkle, Levingschawt, et dimedietatem de Surestoun, vic. Elgin ; cum terris de Balkarros cum molendino granorum, in dominio et vic. de Fyff ; — que fuerunt Georgii Douglas fratris germani Archibaldi olim com. Angusie, et regi pertinebant ratione forisfacture dicti Geo. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 148.

637. Apud Edinburgh, 5 Sept.
REX,—considerans damna per familiarem servitorem suum Joh. Striviling de Keire militem sustenta mediis Georgii Douglas, per pretensum decretum forisfacture &c., cum ipse Joh. omnibus suis terris &c. ad valorem 4000 librarum et ultra penitus

destitutus extitit,—in recompensationem hujusmodi damnorum, et pro bono servitio, concessit dicto JOHANNI STRIVILING, heredibus ejus et assignatis,—omnes terras, redditus, bona &c. dicti Geo.;—regi spectan. ratione decreti forisfacture contra dictum Geo. prolati :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 149.

638. Apud Edinburgh, 5 Sept.
REX concessit WILLELMO KIRKTOUN de Stewartfeld, et ejus heredibus, —terras de Swynny et Claryley, in dominio de Jedburgh-forest, vic. Roxburgh;—que, per dictum Wil. tente de Archibaldo olim comite Angusie domino de Jedburgh-forest, tunc regi in superioritate pertinebant ratione forisfacture dicti Arch. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 153.

639. Apud Edinburgh, 5 Sept.
REX concessit ANDREE KER de Farnyhirst, et ejus heredibus,—terras de Farnyhirst, cum turre, fortalicio, manerio et molendino, terras de Corisheuch et Lymkillwod, in dominio de Jedburgh-forest, vic. Roxburgh;—que, per dict. And. tente de Arch. olim com. Angusie tanquam domino de Jedburgh-forest, tunc regi devenerunt ratione forisfacture dicti Arch.: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 154.

640. Apud Edinburgh, 5 Sept.
REX, pro bono servitio, concessit familiari suo WALTERO SCOT de Branxhelm militi, heredibus ejus et assignatis,—terras et dominium de Jedburgh-forest, cum molendino, tenentibus &c., advocatione ecclesie de Sowdoun earundem, vic. Roxburgh,— exceptis tenandriis terrarum (*in carta* 639 *content.*) Andree Ker de Farnyhirst prius pertinen., tenandriis de Swynny prius Willelmo Kirktoun pertinen., extenden. ad 10 libratas, et de Clareyley eidem Wil. pertinen., extenden. ad 5 marcatas, et tenandria de Hundoley;—que regi devenerunt ratione forisfacture Archibaldi olim com. Angusie :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 155.

641. Apud Edinburgh, 5 Sept.
REX, pro servitio sibi et patri suo impenso, concessit GEORGIO HUME de Wedderburn, filio et heredi quondam David H. de W., et ejus heredibus, — dimedietatem terrarum et molendini de *lie* Kymmerghame, vic. Berwic; terras de Handaxwod in foresta de Dye, vic. Berwik; terras de Wolle et Wolfle, in dominio de Jedburgh, vic. Roxburgh;—que, per dict. Geo. tente de Arch. com. Angusie, tunc regi pertinebant ratione forisfacture dicti Archibaldi :—REDDEND. annuatim unum den. argenti nomine albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 157.

642. Apud Edinburgh, 5 Sept.
REX, pro bono servitio, concessit ROBERTO DOMINO MAXWELL, et ejus heredibus,—terras de Craufurde-mure cum castro et fortalicio, et dimedietatem terrarum et baronie de Dunsyre, cum tenentibus &c., vic. Lanark;—regi pertinen. ratione forisfacture Archibaldi olim com. Angusie :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 161.

643. Apud Edinburgh, 5 Sept.
REX, pro bono servitio, concessit HUGONI COMITI DE EGLINGTOUN, et ejus heredibus,—10 marcatas terrarum de Wodhill, et unam marcat. de Litill Fordale, in dominio de Robertoun, balliatu de Cunynghame, vic. Are;—regi pertinen. ratione forisfacture Archibaldi Douglas olim de Kilspindy :—TENEND. de rege tanquam senescallo Scotie :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 162.

644. Apud Edinburgh, 5 Sept.
REX, pro bono servitio, concessit servitori suo HUGONI JHONSTOUN, coquo suo principali, et ejus heredibus,—terras de Reidside et Caldside, in dominio de Temptalloun, vic. Edinburgh et constab. de Hadingtoun;—regi pertinen., viz. Caldside per forisfacturam Archibaldi olim com. Angusie, Reidsyde per forisfacturam Archibaldi Douglas olim de Kilspindy :—REDDEND. annuatim unum den. argenti nomine albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 163.

645. Apud Edinburgh, 5 Sept.
REX, pro bono servitio, concessit WIL-

ELMO KER in *le* Schaw in vitali redditu, et ADE KER ejus filio et heredi apparenti et ejus heredibus quibuscumque hereditarie, —terras dominicales orientales, *le* Estmanys, de Selkirk, Sanct-Helenis-schaw nuncupatas (intra limites specificatos), cum turre et molendino, cum antiqua tofta et crofta *le* Kilcroft, necnon terra vocata Caponland et altera terra vocata Gersland de Selkirk, in dominio et vic. de Selkirk;—que, prius per dict. Adam tente de Arch. olim com. Angusie, tunc regi pertinebant per forisfacturam dicti Arch. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxii. 165.

646. Apud Edinburgh, 5 Sept.

REX, pro bono servitio, concessit JOHANNI ARBUTHNOT de Brichtene, et ejus heredibus,—terras de Brichtene-Estir, et tertiam partem de Monyfuth, cum tenentibus &c., in regalitate de Kerimure, vic. Forfare;—que fuerunt Archibaldi olim com. Angusie in superioritate, de ipso per dictum Joh. tente, et tunc regi devenerunt per forisfacturam dicti Arch. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 166.

647. Apud Edinburgh, 5 Sept.

REX,—quia constabat quod quondam Joh. Atkinsoun de Sleichishousis, sponsus Margarete Dunbar, terras subscriptas prius tenuit de Arch. com. Angusie barone de Bonkle, et dicta Marg. easdem ratione conjuncte infeodationis possidebat, et nullam commisit culpam,—igitur concessit HENRICO ATKINSOUN, filio dicte Marg. ac filio et heredi dicti Joh., et ejus heredibus, —tres terras husbandias de Sleichishousis, cum 3 quartariis terre husbandie eisdem spectan. jacen. in Foristarisland, ac 6 terras husbandias in Blanerne, in baronia de Bonkle, vic. Berwic;—regi pertinen. per forisfacturam dicti Arch. :—RESERVATO libero tenemento dicte Marg. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 172.

648. Apud Edinburgh, 5 Sept.

REX, pro bono servitio, concessit familiari suo JACOBO AKINHED, et ejus heredibus,—terras de Balmure, cum molendinis, piscationibus, tenentibus &c., in regalitate de Kerymure, vic. Forfare;—que fuerunt Archibaldi olim com. Angusie in superioritate, de eo tente per Tho. Fothringhame de Powry, et tunc regi pertinebant per forisfacturam dicti Arch.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 176.

649. Apud Edinburgh, 5 Sept.

REX concessit familiari clerico suo ac thesaurario D. ROBERTO CARNCORSE, heredibus ejus et assignatis,—terras, mansionem et edificia quondam Phillippi Forestare, in burgo de Edinburgh ex parte australi Arcus Inferioris, inter terras quond. And. Mowbray, Wil. Lawder et Rob. Tod; —regi pertinen. ob forisfacturam Archibaldi Douglas olim de Kilspindy :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 177.

650. Apud Edinburgh, 5 Sept.

REX, cum avisamento thesaurarii, concessit WILLELMO GRAHAME, filio Jonete Tailyefeir ac filio et heredi quondam Johannis G. burgensis de Edinburgh, et ejus heredibus,—terras de Corsrig et Newhall, in dominio de Douglas, quartam partem de Litill-Clyde, extenden. ad $2\frac{1}{2}$ marcatas antiqui extentus, in baronia et dominio de Craufurd-Lyndesay, vic. Lanark, per dictos Joh. et Jon. ejus sponsam de quondam Archibaldo com. Angusie avo Archibaldi Douglas olim com. de A. tentas tanquam domino de Douglas; ac quartam partem de Buteaux, de quondam Rob. Dalzell de Buteaux tent., qui eandem de dicto Arch. com. de A. tenuit tanquam tenandriam baronie de Craufurde-Dowglas olim Craufurd-Lyndesay nuncupat.; ac annuum redditum 6 marcarum de terris de Glaspen in dicta baronia de Craufurd-Lyndesay, per dictos Joh. et Jon. tentum de quond. Joh. Lyndesay de Cowintoun, qui eundem tenuit de dicto Arch. com. de A. et ejus predecessoribus baronibus de Craufurd-Lyndesay *alias* Craufurd-Douglas; —regi pertinentes per forisfacturam dicti Arch. D.:—TENEND. de rege tanquam dom. de Craufurd-Lyndesay et Douglas respective :—RESERVATO libero tenemento dicte Jon., juxta tenorem ejus conjuncte infeodationis :—TEST. 80. 70. 43. 26. 4. 16. 62. 37. 66. 67. xxii. 181.[1]

[1] The list of witnesses is taken from the confirmation of the above, No. 2281 *infra*.

651. Apud Edinburgh, 5 Sept.
REX concessit familiari servitori suo JOHANNI STRIVILING de Keire militi, et ejus heredibus,—pro bono servitio, ac in partem recompensationis dampnorum per eum sustent. pretextu forisfacture contra eum prolate, donatione ejus eschaete Georgio Douglas disposita, unde dictus Joh. bonis suis &c. ad valorem 4000 librarum et ultra destitutus fuerat,—terras de Ethebetoun, cum pendiculis et *le outsettis*, in comitatu Angusie, vic. Forfare ;— que Archibaldo olim com. Angusie in superioritate, ac David com. Craufurdie, Jacobo Skrymgeour de Dudop et Willelmo Carmichell burgensi de Dunde in proprietate tanquam portionariis pertinebant, et tunc regi devenerunt per forisfacturam dicti Arch.: —TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxii. 185.

652. Apud Edinburgh, 5 Sept.
REX concessit JACOBO MURRAY de Fawlohill, et ejus heredibus,— 21 terras husbandias infra burgum de Selkirk, territorium et libertatem ejusdem ;— que fuerunt dicti Jac., de Arch. com. Angusie tente, et tunc regi pertinebant per forisfacturam dicti Arch.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxii. 188.

653. Apud Edinburgh, 5 Sept.
REX, pro bono servitio, concessit familiari suo WILLELMO WOD de Bonyntoun, (et ejus heredibus),—terras de Kyngany cum molendino, in regalitate de Kyrymure, vic. Forfare ;—que, de Arch. olim comite Angusie tente per Ninianum Gutherye de Kyngany, tunc regi pertinebant per forisfacturam dicti Arch.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxii. 189.

654. Apud Edinburgh, 5 Sept.
REX, pro bono servitio, concessit familiari suo WILLELMO WOD de Bonyntoun, et ejus heredibus,—terras de Estir Petmowe, Westir Petmow, cum molendino earundem, Balnagarro et Chapeltoun et 8 acras terrarum prope molendinum de Kerymure, in regalitate de Kerymure, vic. Forfare ;— que fuerunt Archibaldi olim com. Angusie, de eo tente, Estir et Westir P. per Wil. Dempstare de Carraldstoun, Balnagarro et Chapeltoun per Joh. Ogilvy, dict. 8 acre per . . Quhitfeld ; et tunc regi pertinebant per forisfacturam dicti Arch.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxii. 190.

655. Apud Edinburgh, 5 Sept.
REX, pro bono servitio, concessit familiari suo DAVID WOD in *le* Crag, heredibus ejus et assignatis,—terras de Quhitfeld, in regalitate de Kerymure, vic. Forfare ;—que fuerunt Archibaldi olim com. Angusie in superioritate, de eo tente per Joh. dom. Forbes pro uno den. albe firme, et de dicto Joh. tente per David Forbes de Ownele et Eliz. Painter ejus conjugem pro 5 marcis feodifirme annuatim, et tunc regi pertinebant ob forisfacturam dicti Arch.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxii. 204.

656. Apud Edinburgh, 5 Sept.
REX, pro bono servitio, concessit familiari servitori suo HENRICO KEMP de Thomastoun, et heredibus ejus quibuscumque,—terras de Torbernes et Gaswell, in regalitate de Kerymure, vic. Forfare ;— regi pertinen. per forisfacturam Archibaldi olim comitis Angusie :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxii. 233.

657. Apud Edinburgh, 5 Sept.[1]
REX, pro bono servitio, concessit familiari suo ANDREE WOD de Largo, et ejus heredibus,—terras de Ballindarg et Drumsched, cum molendino earundem, in regalitate de Kerymure, vic. Forfare ; — que fuerunt Archibaldi olim com. Angusie, de eo tente per . . . Wischart de Logy-Wischart, et tunc regi devenerunt per forisfacturam dicti Arch.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxii. 245.

658. Apud Edinburgh, 5 Sept.
REX ad feodifirmam dimisit WILLELMO M'CULLOCH,—terras de Mekill-Moy, in comitatu Rossie, vic. Invernes, extenden. in rentali suo in firma et grassuma ad 9 marcas 8 sol., 8 bollas ordei, 8 bol. farine,

[1] Dated an. reg. 16. Placed here according to the A.D.

8 bol. avenarum, 2 martas et 2 mutones :—TENEND. dicto Wil. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—REDDEND. annuatim 10 marc. 8 sol., cum ordeo &c. *ut supra*; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politiis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxii. 249.

659. Apud Edinburgh, 5 Sept.
REX, cum consensu thesaurarii, confirmavit cartam Willelmi Peblis de Crukstoun,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WILLELMO GUVEN filio et heredi apparenti Johannis G. de Cardrono, et MARGARETE HORSBRUK (HORSBURGH) ejus sponse,—terras de Acofeild, et duas acras terre ipsis pertinen., cum tenentibus &c., vic. Peblis :—TENEND. dictis Wil. G. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. seu assignatis dieti Wil. G. quibuscumque, de rege :—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme :—TEST. M. Joh. Hay de Smeithfeild, Rob. Douglas, Math. Rannyk, Alex. Hay :—cum subscriptione dicti Wil. P.:—Apud Peblis, 27 Maii 1528]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxiii. 179.

660. Apud Edinburgh, 6 Sept.
REX, pro bono servitio, concessit WILLELMO CARMICHELL de Carpow, et ISABELLE ROLLOK ejus sponse,—occidentalem partem terrarum de Athebetoun, in regalitate de Kerymure, vic. Forfare;—que Archibaldo olim comiti Angusie in superioritate pertinuit, de eo per dictos Wil. et Is. tenta, et tunc regi devenit per forisfacturam dicti Arch.:—TENEND. dictis Wil. et Is. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et Alex. C. eorum filio et heredibus ejus quibuscumque :—TEST. 80. 72. 43. 26. 4. 16. 62. 37. 66. 67. xxii. 150.[1]

661. Apud Edinburgh, 6 Sept.
Donaldo Spens burgen. de Rothissay, Donaldo Makgilroy, M. Finlaio Levinax vicario de Kyngart ac notario publico :—Apud Rothissay, 15 Sept. 1531] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 122.

1083. Apud Dunde, 24 Oct.

REX confirmavit cartam Ferquhardi Maknele de Leupenchail,—[qua concessit filio suo DONALDO MAKNELE,—20 solidatas terrarum de Lapencaill, in dominio, insula et vic. de Bute :—TENEND. dicto Don. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti Fer. de corpore legit. procreatis reversuras, de dicto Fer. :—REDDEND. annuatim regi tanquam senescallo Scotie 18 sol. 6 den. argenti, 6 firlotas ordei, 6 firl. avenarum et 4 sol. 6 den. pro eorum parte unius marte, cum servitiis solitis et consuet. :—RESERVATO sibi libero tenemento :—TEST. Niniano Stewart vicecomite de Bute et Arane, Ric. Bannachtyne de Skarell, Moricio Maknauchtyne de Bronok, And. Maknele filio dicti Fer., Jac. Blair fratre germano Johannis B. de eodem, Cuthberto Craufurd, Joh. Portar :—Apud Rothsa, 15 Feb. 1512] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 123.

1084. Apud Dunde, 25 Oct.

REX confirmavit cartam Alexandri Abirkeirdour,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit DAVID BLANTYRE, heredibus ejus et assignatis,—8 bovatas terrarum Leggisland nuncupat., in regalitate de Kerymure, vic. Forfare :—TENEND. de rege :—TEST. Joh. Cabroch, Rob. Greif, David Cowpare, Alex. Reidfurde, Joh. Andersoun, Wil. Bell :—Apud Perth, 28 Jun. 1531] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 207.

1085. Apud Dunbertane, 2 Nov.

REX concessit GILBERTO MENZEIS de Findone, heredibus ejus et assignatis,—2 carucatas, vulgariter *tua plewis*, terrarum et ville de Futhesmoir (extenden. ad 18 libras 7 sol. 4 den.), tertiam partem terrarum et ville de Futhesbeg (ad 14 marc.), 54 sol. 7 den. annuatim percipiendos de terris molendini de Futhes, extenden. in integro per annum ad 30 lib. 8 sol. 7 den., vic. Abirdene ; — que fuerunt Johannis dom. Forbes, de rege tente per servitium warde ; et (literis directis Alexandro Ogilvy de eodem vicecomiti de Abirdene, Johanni Perdovin clavigero, Falkland signifero et Jacobo Bissait nuncio, vicecomitibus in hac parte, et curia constituta 2 Sept. 1531, et ad diem Martis 3 Oct. continuata ex eo quod dicto Gilb. mandatum fuerat per literas regis tanquam uni commissariorum burgorum ad remanend. in burgo de Edinburgh ad consilium prebend. super stapula pro bono mercatorum Scotie), appreciate fuerunt pro 608 lib. 12 sol. dicto Gilb. debitis, pro spolio certorum granorum et bonorum super terris de Gilcamstoun dicto Gilb. in assedatione pertinen., vic. Abirdene, per dict. dom. et ejus complices mense Julii 1521 spoliat. :—et 38 solidate terrarum de Bacharis, dicto dom. pertinentes, in baronia de Kynedward, vic. Abirdene, appreciate fuerunt pro feodis dictorum vicecomitum :—et voluit rex quod dictus dom., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictam summam persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 124.

1086. Apud Brechin, 2 Nov.

REX confirmavit cartam Margarete Craufurde,—[qua, cum consensu Roberti Monypenny de Pilrig sponsi sui, concessit filio suo et heredi apparenti ROBERTO MONYPENNY, et JONETE RAMSAY ejus sponse,—terras de Ovir-Edmersdene, in comitatu Marchie, vic. Berwik :—TENEND. dictis Rob. juniori et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, Johanni M. filio dicte Marg. et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., M. Pat. Craufurde fratri dicte Marg. et heredibus ejus masc., quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicte Marg. quibuscumque, de rege :—TEST. M. Pat. Craufurde rectore de Auldhamestokis, Joh. Steile, Jac. Young, D. Joh. Alane capellano, Wil. Ruthirfurde et Alex. Young notariis publicis :—Apud Edinburgh, 20 Oct. 1531] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 185. et xxvi. 300.

1087. Apud Edinburgh, 8 Nov.
REX concessit M. JOHANNI GARDIN, heredibus ejus et assignatis,—sextam partem terrarum de Lumlethin per Joh. Quhitehede occupatam (preben. annuatim 30 bollas victualium, pretium bolle 10 sol.), vic. Forfare ;—que fuerunt Jacobi Rynd de Case, de rege tente per servitium warde ; et (curia de 27 Oct. 1531 ad 3 Nov. cum consensu dicti Jac. et D. Willelmi Guthre procuratoris personarum subscript. continuata) coram Alex. Guthre *alias* Falkland signifero, vicecomite in hac parte, appreciate fuerunt pro 450 marcis (pro parte solutionis summe 500 lib. super dictum Jacobum obtente tanquam plegium Jacobi dom. Ogilvy, per Egidiam Guthre relictam David Gardin de Blaktillo, Alex. G., dictum M. Joh. G., David G., And. G., Wil. G., David G., Eliz. G., Margaretam G., Cristinam G., Katherinam G., Agnetem G., proles dicti quondam Dav., in emenda pro interfectione dicti Dav. per dictum dom. et ejus complices perpetrat. ; certis bobus, ovibus et equis pro 65 lib. 14 sol. dicte summe prius appreciatis) ; et dicto M. Joh. pro ipso et tanquam assignato ceterorum vendite :—et voluit rex quod dictus Jac. R., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent infra septennium :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 175.

1088. Apud Largo, 20 Nov.
REX concessit MARJORIE BRUSE, sponse Alexandri Drummond, in vitali redditu, et ROBERTO DRUMMOND eorum filio et ejus heredibus in feodo,—$3\frac{1}{3}$ septimas partes terrarum de Crannok, septimam partem de Towchhill, 2 septimas partes de Carbrok, 2 septimas partes de Carcabir, 2 septimas partes de Durisaile, in baronia de Plane, vic. Striveling ; terras de Ermoir, in senesc. de Menteith, vic. Perth ; dimedietatem terrarum de Colquhailze, in senesc. de Stratherne, vic. Perth ;—quas Joh. Striveling de Keir miles resignavit :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 125.

1089. Apud Edinburgh, 28 Nov.
REX confirmavit cartam Johannis Gordoun de Lungar,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit THOME ARDUTHOWE, heredibus ejus et assignatis,—binas partes solares terrarum de Hiltoun, in parochia de Katerling, vic. Kincardin : —Reddend. regi wardam &c. :—Test. . . . Scheves rectore de Cusne, M. Joh. Malving notario, Jac. Bissate de Ester Kynneff, M. Wil. Bissate notario, Tho. Gordoun :—Apud Glentanner, 16 Oct. 1531] :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 154.

1090. Apud Edinburgh, 29 Nov.
REX ad feodifirmam dimisit JOHANNI BROUN,—quintam partem et 10 denariatas terrarum de Newtoun de Balcancoll, quas dict. Joh. in feodifirma tunc habuit, in dominio et vic. de Fiffe, extenden. in firma et grassuma ad 12 sol. 10 den., 8 bollas et 6 avenarum *le pekkis*, et 4 pultrias :—Tenend. dicto Joh. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—Solvend. annuatim 20 sol. 10 den., cum avenis et pultriis *ut supra* ; necnon duplicando dict. firmam ad introitum heredum ; ac edificando mansionem cum politiis :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 127.

1091. Apud Edinburgh, 2 Dec.
REX, pro servitio impenso et impendendo, concessit JOHANNI LINDESAY de Cowyntoun, in vitali redditu,—annuum redditum 10 librarum de terris de Corsrig, in dominio de Douglas, vic. Lanark ;—regi pertinen. ob forisfacturam Archibaldi olim com. Angusie :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 128.

1092. Apud Edinburgh, 2 Dec.
REX concessit ROBERTO INNES de Rotnakinze, et ejus heredibus,—annuum redditum 40 marcarum de terris et baronia de Kilmalannak, vic. Elgin et Fores ;—quem Pat. Hay de Ury resignavit :—Test. 80. 43. 63. 71. 89. 16. 81. 62. 83. 91. 92. 87. xxiv. 133.

1093. Apud Edinburgh, 2 Dec.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Johannis Twedy de Drummelzear, —[qua,—pro impletione decreti arbitralis lati inter Malc. dom. Flemyng filium et

heredem, quondam Johannis dom. F., et dictum Joh. T., penes interfectionem dicti Joh. dom. F. per Jac. T. filium dicti Joh. T. et heredem apparentem ac consanguineos suos et eorum complices perpetratam,—concessit D. Andree Broun et ejus successoribus, capellanis, pro salute anime dicti Joh. dom. F. in ECCLESIA PAROCHIALI DE BEGGARE celebraturis,—annuum redditum 10 librarum de terris et baronia de Drummelzear, vic. Peblis;—quousque dictus Joh. T. aut ejus heredes dict. capellanum in 10 libris ann. red. in loco adeo competenti infeodarent:—TENEND. de dicto Joh. T. in puram elimosinam:—TEST. M. Alex. Wod cancellario capelle regie Strivelingensis, M. Joh. Chepman burgen. de Edinburgh, Wil. Chepman, Donaldo Foultoun, M. Tho. Kene notario publico:—Apud Edinburgh, 10 Aug. 1531]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxiv. 137.

1094. Apud Edinburgh, 3 Dec.

REX confirmavit cartam Roberti Makcornak de Stronegassill,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendidit FERGUSIO UTHRESOUN, et ejus heredibus,—marcatam terrarum de Strongassill et Carsfad, quam olim Tho. et And. Makcornak habuerunt in assedatione, antiqui extentus, in parochia de Kellis, senesc. Kirkcudbrycht:—REDDEND. annuatim dicto Rob. unum den. albe firme:—TEST. David Sinclar, Alex. Gordoun de Holme, Donaldo Makcruteracht, D. Gilberto Maknacht vicario de Dalry:—Apud Dalry, 15 Aug. 1522]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxiv. 129.

1095. Apud Edinburgh, 3 Dec.

REX concessit JOHANNI GLENDINWIN filio et apparenti heredi Niniani G. de eodem, et ELIZABETHE GORDOUN ejus sponse,—4 marcatas terrarum de Glenfute, 5 marc. de Arnmannach, 2½ marc. de Fauldbey, antiqui extentus, in baronia de Partoun, senesc. Kirkcudbrycht; 12 marcatas terrarum ant. ext. Duldurane nuncupat., jacen. inter ecclesiam de Watstircar et *lie* Rigburn, et 7½ marc. ant. ext. de Glencroische, in parochia de Watstircar, vic. Drumfres;—quas dictus Nin. resignavit:—TENEND. dictis Joh. et Eliz. ac ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Nin. quibuscumque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxiv. 142.

1096. Apud Edinburgh, 4 Dec.

REX dedit literas legitimationis GILBERTO BOYD bastardo, filio naturali quondam Willelmi B. de Badinhaith.

xxiv. 130.

1097. Apud Edinburgh, 4 Dec.

REX confirmavit cartam Willelmi Stewartoun de eodem,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WILLELMO LAWDER de Haltoun, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Stewartoun, vic. Peblis:—TENEND. de rege:—TEST. Gilb. Lauder de Bawbardy, Rob. Lawder de Burnegranis, D. And. Quhite, D. Kentigerno Wod, capellanis, Joh. Gray, Alex. Young notario publico:—Apud Edinburgh, 24 Nov. 1531]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxiv. 131.

1098. Apud Linlithqw, 8 Dec.

REX confirmavit cartam Roberti Innes de Invermarky,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit PATRICIO LEITH de Harthill, et JONETE LESLIE ejus sponse,—quartam partem terrarum de Auchlevin ad umbram, cum quarta parte brasine, molendini, tofte et crofte earundem, 4 bovatas terrarum de Ardune et Buchquhanstoun, ac toftam et croftam earundem apud molendinum de B., unam bovatam in Hairlaw, in dominio de Gariauch, vic. Abirdene:—TENEND. dictis Pat. et Jon. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Pat. quibuscumque, de rege:—TEST. M. Tho. Stewart thesaurario Cathanen., M. And. Ireland, Wil. Hay de Mayne, M. Wil. Adamsoun, Wil. Wardlaw, M. Joh. Chepman, Wil. Chepman, Rob. Cotis, Donaldo

Foultoun : — Apud Edinburgh, 7 Dec. 1531] :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 132.

1099. Apud Edinburgh, 12 Dec.
REX confirmavit cartam Archibaldi com. Ergadie, dom. Campbell et Lorne,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit GEORGIO HUME de Broxmouth, et ELIZABETHE STRAUTHAUCHIN ejus sponse,—orientalem dimedietatem terrarum de Litill Pincartoun et Quhiterig, in comitatu Marchie, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh :—Tenend. dictis Geo. et Eliz. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus dicti Geo. quibuscumque :—Reddend. annuatim dicto Arch. unum den. albe firme : — Test. Collino Campbell de Ardkinglas, Pat. C. ejus fratre, M. Jac. Colquhone rectore de Lus, Arch. Campbell, Wil. Duthell, Alex. Lyndesay, David Multrar burgen. de Edinburgh :—Apud Edinburgh, 6 Dec. 1531] :—Necnon aliam cartam ejusdem Arch., — [qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit eisdem Geo. Hume et Eliz. Strauthauchin,—occidentalem dimed. terrarum de Litill Pincartoun, cum occidentali dimed. pecie terre Quhiterig nuncupat. que fuit pendicula terrarum de Mekill Pincartoun, in comitatu Marchie, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh :—Tenend. dictis Geo. et Eliz. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, ac heredibus et assignatis dicti Geo. quibuscumque: —Reddend., Test., et de data *ut supra*] : —Test. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 172.

1100. Apud Edinburgh, 14 Dec.
REX, cum consensu thesaurarii, confirmavit cartam Willelmi Makgee de Balmakge,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI ASCHENNANE de Park, in vitali redditu, et CUTHBERTO ASCHENANE ejus filio et heredi apparenti, heredibus ejus et assignatis quibuscumque, in feodo,—2½ marcatas terrarum de Tormellane, 2½ marc. de Gropdale, 2½ marc. de Kandkwik, extenden. ad 5 libratas antiqui extentus, in parochia de Balmagee, senesc. Kirkcudbrycht :—Tenend. de rege : —Test. Alex. Murcheid burgen. de Kirkcudbrycht, Joh. Makgee in Slowgarre, Niniano Mureheid, Jacobo Aschenane :— Apud Toungland, 1 Dec. 1531] :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 134.

1101. Apud Striveling, 16 Dec.
REX confirmavit cartam Georgii Gordoun de Scheves,—[qua vendidit ingenioso adolescentulo ALEXANDRO KNOWIS filio et heredi quondam Jacobi K. burgen. de Abirdene, heredibus ejus et assignatis,— terras de Newtoun de Scheves, in baronia de Scheves, vic. Abirdene ;—pro summa pecunie sibi per dict. Alex. cum consensu Gilberti Menzeis de Findoun ejus tutoris persoluta :—Tenend. de rege :—Test. Alex. Freser de Philorth, Tho. Menzeis de Petfoddellis, M. Alex. Galloway rectore de Kinkell, M. And. Keith rectore de Philorth, M. Rob. Elphinstoun thesaurario Abirdonen., M. Rob. Menzeis vicario de Mortoun, Joh. Blinsele, M. David Nicholsone presbytero ac notario publico : — Apud Abirdene, 9 Dec. 1531] :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 158.

1102. Apud Edinburgh, 23 Dec.
REX confirmavit NINIANO GLENDYNWIN de Partoun, et JONETE DUNBAR ejus sponse,—terras de Trolallane et fullonum molendinum earundem, quas dictus Nin. in manibus suis tunc habuit, extenden. ad 5 libratas antiqui extentus, in parochia de Partoun, senesc. Kirkcudbrycht ;—quas idem Nin. resignavit :— Tenend. dictis Nin. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Nin. quibuscumque :— Test. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 135.

1103. Apud Edinburgh, 29 Dec.
REX, pro bono servitio, concessit WILLELMO HAY de Mayn, et ejus heredibus,—quartam partem terrarum de Estir Arde, et superioritatem orientalis quarterii earundem, cum *le* Newlandis, jacen. infra ripam de Saltoun et ripam de Wattertoun dict. terrarum de Estir Arde, in comitatu Rossie, vic. Invernys ;—regi pertinen. per decessum D. Willelmi Fudes

cancellarii Cathanen., bastardi absque legit. heredibus et absque legitima dispositione in ejus vita desuper facta defuncti :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 144.

1104. Apud Edinburgh, 6 Jan.
REX confirmavit cartam Willelmi Dempstar de Caraldstoun,—[qua, cum consensu Jacobi Fentoun de Ogill sui curatoris, vendidit et ad feodifirmam dimisit D. JACOBO GUTHRE rectori de Kirkbotho, in vitali redditu, et JOHANNI GUTHRE ejus filio, et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Willelmo G. filio quondam David G. et heredibus ejus masculis et assignatis quibuscumque, hereditarie,—terras de Estir et Westir Petmowis, Ailhoushill, cum molendino, terris et multuris earundem, in baronia de Kerymure, vic. Forfar ;—pro summa pecunie sibi persoluta :—REDDEND. annuatim dicto Wil. 21 libras :—TEST. M. David Strathauchin, Jac. Neyf, D. Florente Rede, D. Alex. Clerk, capellanis, D. Wil. Balye, D. Jac. Abbot, notariis publicis :—Apud Forfar, 16 Dec. 1531] :—INSUPER, pro bono servitio dicti Jac. G., necnon pro compositione persoluta, decrevit quod si contingeret dict. terras &c. in manibus suis ratione quacunque devenire, dicti Jac., Joh. et heredes easdem possiderent, solvend. regi dictam feodifirmam :—TEST. 80. 43. 63. 71. 89. 16. 81. 62. 83. 91. 92. 87.
xxiv. 138.

1105. Apud Edinburgh, 6 Jan.
REX confirmavit cartam Alani Stewart de Craghall,—[qua concessit nepoti suo et heredi apparenti JACOBO STEWART, et ejus heredibus,— terras de Wrychtland extenden. ad 20 solidatas, Cardonald ad 5 librat., Estir Henderstoun ad 8 librat., antiqui extentus, in baronia et vic. de Renfrew :—TENEND. de rege tanquam senescallo Scotie : — RESERVATO sibi libero tenemento :—TEST. Roberto magistro de Sympill, Alano magistro de Cathcart, Wil. Sympill de Thridpart, Rob. Sympill, Gilb. Law :— Apud Edinburgh, 6 Dec. 1531] : —TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxiv. 220. et xxviii. 9.

1106. Apud Edinburgh, 8 Jan.
REX concessit, et pro bono servitio quitteclamavit, THOME JOHNESTOUN, filio Symonis J. de Powdene,–4 marcatas terrarum de Smailgillis novi extentus, jacen. super aquam de Moffate, in senesc. Vallis Annandie, vic. Drumfres ; — quas dict. Symon resignavit :—TENEND. dicto Tho. et heredibus ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 145.

1107. Apud Edinburgh, 8 Jan.
REX ad feodifirmam dimisit MARJORIE BENESTOUN in vitali redditu, et ROBERTO HARDY ejus sponso, et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, hereditarie,—binam partem tertie partis terrarum de Westir Rossy, quas dictus Rob. et ejus mater prius in feodifirma habuerunt, in dominio et vic. de Fiffe, extenden. in firma et grassuma ad 4 marcas : — REDDEND. annuatim 4 libras 16 sol. ; necnon duplicando dictam firmam ad introitum heredum ; ac edificando mansionem cum politiis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 186.

1108. Apud Striveling, 18 Jan.
REX ad feodifirmam dimisit WILLELMO CUNYNGHAME militi, magistro de Kylmawris,—3 libratas 6 sol. 8 den. terrarum de Dowewra, 4 lib. 6 sol. 8 den. de Pottertoun, 33 sol. 4 den. antiqui extentus de Robertland, 4 lib. ant. ext. de Cuttiswrais, 4 lib. ant. ext. de Clerkland, in dominio de Stewartoun, balliatu de Cunynghame, vic. Are ;—quas Hen. Kempt de Thomastoun personaliter resignavit : — TENEND. dicto Wil. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—REDDEND. *le few malis* &c. debit. et consuet., secundum tenorem carte dicto Henrico desuper facte :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 167.

1109. Apud Striveling, 18 Jan.
REX ad feodifirmam dimisit WILLELMO CUNYNGHAME militi, magistro de Glencarne,—5 marcatas terrarum de Blaklaw, 5 marcat de Hairschaw, 2 marcat de Litill

Corshill, 4 marcat de Mekle Corshill, 5 marc. de Ormisheuch, extenden. in integro ad 21 marcatas, in dominio de Stewartoun, balliatu de Cunynghame, vic. Are, extenden. in firma et grassuma ad 21 libras 6 sol. 8 den.:—Tenend. dicto Wil. et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—Solvend. annuatim 21 lib. 6 sol. 8 den.; necnon duplicando dictam firmam ad introitum heredum; ac edificando mansionem cum politiis:—Test. *ut in aliis cartis* &c.
xxiv. 209.

1110. Apud Striveling, 19 Jan.
REX, pro bono servitio, concessit familiari servitori suo JACOBO AKINHEID, in vitali redditu,—terras de Reidside, in baronia de Temptalloun, vic. Edinburgh et constab. de Hadingtoun;—regi pertinentes ob forisfacturam Archibaldi olim comitis Angusie:—Test. *ut supra* (*in carta* 1104).
xxiv. 139.

1111. Apud Edinburgh, 22 Jan.
REX concessit ELIZABETHE HUME filie naturali quondam Alexandri dom. H., heredibus ejus et assignatis,—terras de Hutounhall, cum molendino earundem, vic. Berwik;—que fuerunt quondam Georgii Ker de Sammelstoun, de rege tente per servitium warde; et (commissione directa Jacobo Johnestoun et Thome Hammiltoun clavigeris, vicecomitibus in hac parte, et dicta Eliz., Johanne H. filio naturali ejusdem Alexandri dom. H., Georgio dom. H., Joneta H. filia dicti Alex. dom. H., et Patricio H. fratre quondam David H. de Weddirburn summonitis per Alex. Carmaig officiarium et serjand. specialiter constitut., et dicta Eliz. cum ejus prolocutore M. Jac. Foulis, dicto Joh. per dict. Jac. F., dicta Jon. per M. Wil. Blakstok ejus procuratorem, et dicto Pat. personaliter comparentibus) 16 Mar. 1528 compertum fuit quod dicte terre in regis manibus fuerant per 23½ annos ratione nonintroitus, cum firmis earundem extenden. annuatim ad 100 marc., dictis Eliz. et Joh. per regem donatis; et certis bonis (viz. 5 celdris avenarum, pretium celdre cum stramine 4 lib., 14 bollis frumenti, pretium bolle 12 sol., 2 celd. ordei, pretium celdre cum stramine 5 lib. 6 sol. 8 den., et 4 bollis pisarum, pretium bolle cum stramine 6 sol. 8 den.) extenden. in integro ad 40 lib., apprehensis et Georgio Craufurde factori et servitori dict. Eliz. et Joh. deliberatis, dicte terre 14 Feb. 1530 pro summa 2289 marc. 5 sol. 8 den. appreciate fuerunt, et dicte Eliz. (cum consensu M. Thome Marjoribankis et D. Johannis Castellaw procuratorum dicti Joh. H.) vendite:—et voluit rex quod proprietarii dict. terrarum, heredes eorum et assignati, haberent regressum quandocunque dictam summam persolverent infra septennium:—Test. *ut in aliis cartis* &c.
xxiv. 176.

1112. Apud Edinburgh, 25 Jan.
REX ad feodifirmam dimisit JONETE DRUMMOND, filie familiaris sui Johannis D. sui carpentarii, pro ejus bono servitio, —10 libratas terrarum et dominii de Ballincreiff, cum domibus et edificiis, in dominio de B., vic. Edinburgh et constab. de Hadingtoun;—quas dictus Joh. habuit de rege in feodo pro ejus vita cum firmis &c. earundem, extenden. in antiquo rentali ad 10 libras:—Tenend. dicte Jonete et heredibus ejus masc., quibus deficientibus seniori heredum fem. absque divisione:—Reddend. annuatim post decessum dicti Joh. 12 lib. 6 sol. 8 den.; necnon duplicando dict. firmam ad introitum heredum; ac edificando mansionem cum politiis:—Proviso quod hec assedatio nullum esset prejudicium dicto Joh. penes ejus vitalem redditum:—Test. *ut in aliis cartis* &c.
xxiv. 162.

1113. Apud Edinburgh, 27 Jan.
REX, pro bono servitio, et pro compositione persoluta, concessit et quitteclamavit WILLELMO COMITI MARISCALLI, heredibus ejus et assignatis, — terras, villam, tenementa et croftas de Kincardin, Gallohilstoun, Palframanstoun, cum advocatione et donatione capellanie B. Katherine, et officio constabularie de Kincardin, vic. Kincardine;—que fuerunt dicti Wil. et ejus predecessorum ultra memoriam hominum, et dicta villa liber burgus reputabatur et curie vic. de Kincardin in eadem tente fuerunt; et carte dicte ville

&c. per pestem et tribulationem amisse et destructe existebant;—ac de novo creavit dict. villam liberum burgum, et dedit incolis potestatem *pak, peile*, et vendendi, &c.; cum potestate dicto Wil. &c. ballivos, burgenses, serjandos &c. faciendi, ac habendi crucem foralem ac forum ebdomadatim die Veneris et liberas nundinas bis in anno, viz. in die Dive Katherine virginis in hieme et in die Dive Katherine de Senis in estate, cum tholoneis &c.; necnon resignationes dict. terrarum &c. suscipiendi et easdem aliis dandi &c. :—SOLVEND. annuatim 26 sol. 8 den. albe firme et firme burgalis, ubi dicte villa &c. regi nullum proficuum prius persolvebant :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 148.

1114. Apud Edinburgh, 30 Jan.
REX confirmavit cartam Andree domini Avandale,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ARCHIBALDO HAMMILTOUN in (de) Lethame, — 5 marcatas terrarum antiqui extentus de Nethir Lethame, in baronia de Avandale, vic. Lanark : — TENEND. dicto Arch. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Matheo H. fratri ejus germano et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Roberto H. fratri ejus germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jacobo H. fratri ejusdem germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., And. H. fratri ejus germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Arch. quibuscumque: — REDDEND. annuatim dicto dom. unum den. albe firme :—TEST. M. Joh. Chepman burgen. de Edinburgh, Joh. Cornduf, Tho. Mabane : — Apud Edinburgh, 22 Dec. 1526] :—Insuper, pro bono servitio dicti Arch., dictas terras quitteclamavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 140.

1115. Apud Edinburgh, 30 Jan.
REX concessit JACOBO DUNBAR de Cunze, et ejus heredibus, — terras et baroniam de Sanquhair, Quhitra, Newtoun, Chapeltoun, Tulloch, Auchinlesc, Drum de Pluscardin, terras forestarum de Tulloch et Drummyn, cum officiis forestariarum de T. et D., cum tenentibus &c., pendiculis et *le ailhouse*, vic. Elgin et Fores;—quas Hugo Ros de Kilrawak resignavit (pro terris de Logygowin, Ardru, Dolasbrachty et Clunearony, vic. Elgin et Fores, per dictum Jac. dicto Hug. datis, tenend. de episcopo Moravien. in feodifirma, necnon pro 400 marcis dicto Hug. persolutis) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxiv. 152.

1116. Apud Edinburgh, 30 Jan.
REX confirmavit cartam Alexandri Ogilvy de eodem,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit consang. suo M. ALEXANDRO OGILVY in Glashauch, heredibus ejus et assignatis,—terras de Ordecowy, Cultene, Ovir Eithjnaltry et Newtoun in Deskfurde (quam Newtoun tunc inhabitabat David Fabri), in baronia de Ogilvy, vic. Banf :—TENEND. de rege :—TEST. D. Tho. Broun vicario de Fordise, Tho. Hanry, Tho. Nicolsoun, Pat. Duncansoun notario publico :—Apud Glashauch, 6 Jan. 1531] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxiv. 156.

1117. Apud Edinburgh, 30 Jan.
REX confirmavit cartam Johannis Wischard de Logy-Wischard,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI BELL, et MARIOTE BLAIR ejus sponse, — terras de Lokartstoun, Drumsched et Darsie, cum 3 *le* Hauch-riggis de Drumsched ex parte australi de Lokartstoun ad limitem occidentalem de Drumsched, extenden. ad rectum limitem occidentalem dict. *le* Hauch-riggis ad terras de Auchindory jacen., cum toftis, croftis et edificiis, vic. Forfare, tunc inhabitatas et ad firmam habitas per Alex. Gudaill, Tho. Crom et Pat. Huchoun :—TENEND. dictis Joh. B. et Mar. in conjuncta infeodatione et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis et eorum assignatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Joh. B. quibuscumque et assignatis, de rege :—TEST. Wil. Blair de Balgilloquhy, And. Ramsay, Hen. Fothringhame, Walt. Schewane, Alex. Andersoun, D. David Jak notario publico :—Apud Kenneneile, 16 Jan. 1531.]
xxiv. 169.

1118. Apud Edinburgh, 31 Jan.
REX confirmavit THOME FOTHRINGHAME de Powry, et ALISONE CHARTERIS ejus sponse, — terras et baroniam de Brichtie, cum molendino, tenentibus &c., vic. Forfare ;—quas idem Thomas personaliter resignavit :—Tenend. dictis Tho. et Al. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Tho. quibuscumque :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 163.

1119. Apud . . . . . .
REX fecit registrari cartam Georgii Hepburn, decani Dunkelden. et vicarii generalis ejusdem,—[qua, — secundum commissionem sibi directam Laurentii episc. Albanensis, majoris primarii apostolici, Pape vicem gerentis, sigillatam cera rubea in capsulis ferreis cum filis rubeis more Romane Curie impenden., datam Rome apud S. Petrum, 10 Kal. Aug., Pape Clementis VII. anno 1,—cum comperisset MALCOLMUM DOMINUM FLEMYNG et JOHANNAM alias JONETAM STEWARD ejus sponsam in tertio affinitatis necnon quarto affinitatis gradibus attinere a stipite communi distare, ac matrimonium de facto etiam scienter contraxisse, et propterea eosdem ad tempus separasset,—apostolica auctoritate cum eisdem ut matrimonium de novo contrahere valerent, in eorum propriis personis genibus flexis id humiliter petentibus, dispensavit, prolem susceptam (si qua esset), et suscipiendam exinde legitimam fore decernen. :—Test. Willelmo dom. Sinclar, M. Jac. Hepburn canonico Moravien., Roberto Stewart de Mynto, Georgio Knox de Hawistoun, Jac. Lindesay, Patricio Murray :—Actum infra burgum sive villam de Kirkcaldy, S. Andree dioces., in camera sive loco residentie M. Roberti Schanwell vicarii de Kirkcaldi et unius notariorum, hora 9 a.m., 26 Feb. 1524 secundum cursum et computationem ecclesie Scoticane, indictione 13, Pape Clementis VII. anno 2 :—cum signo et subscriptione Roberti Lesley Abirdonen. dioces., notarii publici].
xxiv. 164.

1120. Apud Edinburgh, 31 Jan.
REX ad feodifirmam dimisit WILLELMO GRAHAME, filio et heredi quondam Georgii G. de Calendreth (qui viam universe carnis in campo de Flodoun sub vexillo regis Jac. IV. ingressus est), et JONETE SCHAW sponse dicti Wil.,—6 libratas terrarum de South Kinkell, quas dict. Geo. et post ejus decessum dictus Wil. in feodifirma habuerunt, in senesc. de Stratherne, vic. Perth, extendentes in novo rentali ad 10 libras, et 11 sol. 3 den. pro martarum moneta :—Tenend. dictis Wil. et Jon. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—Solvend. annuatim *ut supra* ; necnon duplicando dict. feodifirmam ad introitum heredum ; ac edificando mansionem cum politiis :—Test. *ut in aliis cartis* &c.
xxiv. 195.

1121. Apud Edinburgh, 31 Jan.
REX confirmavit cartam Thome Wardropar de Ballatheis,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit M. JOHANNI MONCREIFF, heredibus ejus et assignatis ac deputatis, — terras *lie* Maris-land appellat., ad 6 acras extenden., infra villam de Methven, vic. Perth; cum officio mari feodi dicti vic. :—Tenend. de rege :—Test. M. Alex. M'Brek burgen. de Perth, Wil. Drummond de Smythistoun, Wil. Wallace, Joh. Davidsoun, Jac. Bunche, D. Wil. Robertsoun et D. Jac. Moncreiff notariis publicis :—Apud Perth, 13 Jan. 1531] :—Test. *ut in aliis cartis* &c.
xxv. 129.

1122. Apud Edinburgh, 1 Feb.
REX ad feodifirmam dimisit HENRICO MURRAY,—tertiam partem terrarum de Kinkellis, quam dict. Hen., in feodifirma prius habuit, in senesc. de Stratherne, vic. Perth, extenden. in novo rentali ad 13 marcas 5 den. et obulum, et 10 sol. pro martarum moneta :—Tenend. dicto Hen. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—Solvend. annuatim *ut supra*; necnon duplicando dict. firmam ad introitum heredum;

ac edificando mansionem cum politiis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 141.

1123. Apud Edinburgh, 2 Feb.
REX, cum consensu matris sue, ad feodifirmam dimisit JACOBO STEWART, fratri germano Andree dom. Avendale,—5 marcatas terrarum de Cultintogille, 5 marc. de Brokland, 5 libratas de Mylntoun de Cammes *alias* Cammesedward, cum molendino earundem, 50 sol. de Ballemorist, 40 sol. de Cailzeboquhailze, 40 sol. de Ward de Gudy, 5 lib. de Bra de Cammes, 2 marc. de Westir Brigend, 10 marc. de Newtoun de Downe, 26 sol. 8 den. de Grodich, 6 marc. de Auchinhard, 1 marc. de Glenmayn, 46 sol. 8 den. de Doward, in dominio et senesc. de Menteith, vic. Perth, extenden. in firma et grassuma ad 51 libras 2 sol. 11 den., 8½ bollas ordei, 8½ mutones, *wedderis* nuncupat., et 5 avenarum celdras, viz. *horse corne*; necnon custodiam castri de Downe, terras dominicales de Downe, Drumcampsy et Bellekeroch nuncupat., extenden. ad 8 lib. 5 sol. 8 den. terrarum, 5 marcatas terrarum de Ardgaddy, 5 librat. de Kers de Cammes, 10 lib. de Frewis, cum piscaria de *le Cruvis* de Downe et molendino earundem, cum custodia foreste de Gle(n)finglas et omnium aliorum nemorum et lucorum in senesc. de Menteith regi spectan., necnon cum piscariis lacuum et aquarum de Gudy et Teith, viz. Lochbanequhair et Lupnoch, pro dicti castri custodia, jacen. in senesc. de Menteith; cum dicti senescallatus officio ac ejus feodis &c.; —quas terras &c. de Cultintogill, Brokland, Mylntoun de Cammes, Ballemorist, Cailzeboquhailze, Ward de Gudy, Bra de Cammes, Westir Brigend, Newtoun de Downe, Grodich, Auchinhard, Glenmayn et Doward, idem Jac. personaliter resignavit: —TENEND. dict. resignatas terras dicto Jac. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, in feodifirma; dicta officia, residuum terrarum &c., dicto Jac. et heredibus ejus masc. :—SOLVEND. annuatim pro resignatis terris matri regis, et post ejus decessum regi, 55 lib., 8½ bol. ordei aut 8 sol. pro qualibet bolla, 8½ mutones aut 3 sol. pro quolibet mutone, et 5 celd. avenarum aut 40 den. pro unaquaque bolla; necnon duplicando dict. firmam ad introitum heredum; ac edificando mansionem cum politiis; et REDDEND. pro officiis &c. unum den. albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 146.

1124. Apud Edinburgh, 2 Feb.
REX concessit ALEXANDRO COMITI DE MENTEITH, et ejus heredibus,—tertiam partem terrarum de Kilbride et molendini earundem, in senesc. de Stratherne, vic. Perth;—que integre terre de K. fuerunt dicti Alex., de rege tente per servitium warde; et in manibus Jac. IV. regis recognite fuerunt ob alienationem majoris partis earundem absque consensu, et quondam Hen. Schaw militi date, qui tertiam partem earundem in manibus dicti regis resignavit, qui rex eandem donavit quond. Malcolmo Drummond de Megour sub reversione summam 333 marcarum continente; et dictus Alex., tanquam assignatus dicti regis ad dict. reversionem, dict. tertiam partem a Jacobo Drummond filio et herede dicti Malc. redemit; et dictus Jac. eandem resignavit :—REDDEND. annuatim unum den. argenti nomine albe firme, secundum tenorem carte regis Jac. IV. dicto Malc. desuper confecte :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 179.

1125. Apud Edinburgh, 4 Feb.
REX, cum consensu matris sue, ad feodifirmam dimisit JOHANNI CRAUFURDE in Buthkenner,—6 bovatas terrarum in *le* Grangis de Buthkenner, quas idem Joh. de regis matre in assedatione possedit, vic. Striveling, extenden. in firmis et grassuma ad 6 bollas frumenti, 12 bol. ordei, 9 marcas 7 sol. 1 den., et 12 capones :—TENEND. dicto Joh. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—REDDEND. annuatim matri regis, et post ejus decessum regi, 12 bol. ordei, 10 marc. 21 den. monete, et 12 capones; necnon abbati et conventui de Cambuskynneth 6 bol. frumenti; ac duplum dicte firme ad introitum heredum, cum maritagio cum contingeret; et non liceret dict. terras absque consensu regis alienare :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 173.

1126. Apud Edinburgh, 6 Feb.
REX confirmavit cartam Alisone Langmure, unius septem heredum de Auchinbothy-Langmure,—[qua, cum consensu Johannis Symple sponsi sui, vendidit GABRIELI SYMPILL de Ladymure, et JONETE SPREULE, conjugibus,—septimam partem 5 marcatarum terrarum de Auchinbothy-Langmure nuncupat. Boghouse, inhabitat. per Bessetam Gilleis, in baronia de Renfrew ; —pro summa pecunie persoluta :—Tenend. dictis Gab. et Jon. in conjuncta infeodatione eorumque alteri diutius viventi, heredibusque inter eosdem legit. procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus heredibus dicti Gab. et assignatis quibuscumque, de rege tanquam senescallo Scotie :—Test. M. Johanne Gibsoun notario publico, Tho. Colquhoun de Thorntoun, Joh. Blair, Wil. Watt, Joh. M'Callum :—Apud Glasgw, 18 Jan. 1531] :—Test. *ut in aliis cartis* &c.
xxvii. 120.

1127. Apud Edinburgh, 8 Feb.
REX confirmavit cartam Alexandri Kennedy de Bergany,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit PATRICIO CULQUHOUN de Drumskeach, et ELIZABETH COLVILE ejus sponse,—superioritatem terrarum subscript., viz. 4 marcatarum de Daltippane nuncupat. Culschoull *alias* Pemont, 20 solidat. de Peyn, antiqui extentus, per dictos Pat. et Eliz. occupatarum, in comitatu de Carrik, vic. Are :—Tenend. dictis Pat. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus seu assignatis dicte Eliz. quibuscumque, de rege :—Test. Joh. Mureheid, Jac. Kennedy in Kirkdomine, Rob. Law, Wil. Hoppringill, Jac. Meldrum notario publico :—Apud Edinburgh, 3 Feb. 1531] :—Test. *ut in aliis cartis* &c.
xxiv. 147.

1128. Apud Edinburgh, 8 Feb.
REX confirmavit cartam Johannis Blacader de Tuliallane,—[qua, cum consensu Ade Stewart et Johannis Halkheid de Petfurane curatorum suorum, vendidit avunculo suo ROBERTO STEWART in Dunfermling, et ELIZABETHE CREICHTOUN ejus sponse,—tertiam partem terrarum de Cor(s)-hill, cum molendino de Tuliallane et terris ejusdem, Ryfald et Blakylandis nuncupat., cum multuris earundem, in baronia de Tuliallane, senesc. de Stretherne, vic. Perth ; —quas quondam Joh. B. de T. pater dicti Johannis B. vendidit consang. ejusdem M. Rollando Blacader subdecano Glasguen., sub reversione gerente summam 480 marcarum, quam dicti Rob. et Eliz. nomine dicti Joh. B. dicto Rollando persolverunt : —Tenend. dictis Rob. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus per dictum Rob. legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Joh. B. et suis legit. et propinquioribus heredibus quibuscumque reversuras, de rege :—Test. Georgio Creichtoun, David Sibbald, Joh. Thomsone, M. Andrea Stewart, Rob. Manderstoun, D. Andrea Pacok notario publico :—Apud Edinburgh, 4 Feb. 1531] : —Test. *ut in aliis cartis* &c.
xxv. 202.

1129. Apud Edinburgh, 9 Feb.
REX confirmavit cartam Patricii Hay de Ury et Bog-Cremond,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit consang. suo JOHANNI BRABONAR burgensi de Abirdene, et AGNETI SLUGI ejus uxori, —dimedietatem solarem ville de Ovir-Cremond vocat. Cremondgortht, cum terris et pendiculis, in baronia de Cremond, vic. Abirdene :—Tenend. dictis Joh. et Ag. eorumque diutius viventi, ac heredibus inter eosdem procreatis et eorum assignatis, quibus deficientibus, heredibus ejusdem Joh. legit. quibuscumque et assignatis, de rege :—et si contingeret dictos Joh. &c., per dict. Pat., heredes ejus aut assignatos molestari in possessione dicte dimed. ville, obligavit se &c. ad solvend. 100 libras pro dampnis, priusquam in judicio vel extra audirentur ad allegand. quicquam contra premissa :—Test. Alex. Fraser de Phillorth, Mich. Freser, M. Joh. Freser, Wil. Cuik, Magistris Alexandro Stevinstoun, Davide Makesoun, Alex. Ketht, And. Andersoun : —Apud Abirdene, 4 Jan. 1531] :—Test. *ut in aliis cartis* &c.
xxiv. 201.

1130. Apud Edinburgh, 10 Feb.
REX confirmavit cartam Willelmi Moncreif de eodem,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ROBERTO QUHITE in (de) Balnethil, et MARJORIE PETCARNE ejus sponse,—quartam partem terrarum de Kilgristoun, cum toftis et croftis, occupatam per David Brewhouse et And. Smyth, in baronia de Moncreif, vic. Perth :—TENEND. dictis Rob. et Mar. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Rob. quibuscumque, de rege :—TEST. M. Hen. Quhite rectore de Sanct-Modoce, M. Joh. Moncreif, Alex. Moncreif, Adam Wawane, Wil. Clapene, Joh. Bros, D. Joh. Burt vicario de Fintray notario publico :—Apud Edinburgh, 9 Feb. 1531] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 143.

1131. Apud Edinburgh, 11 Feb.
REX,—quia clare constabat terras subscriptas quondam Alano Makrory, avo Johannis Makalestar de Casteltirrim, et ejus predecessoribus pertinuisse, et cartas earundem per guerram et perturbationes in provincia amissas et destructas esse,—pro bono servitio, concessit dicto JOHANNI MAKALESTAR, et ejus heredibus,—27 marcatas terrarum de Moydort, 30 marc. de Arissaik, 21 marc. jacen. in Igk, et 30 marc. de Skerihoif jacen. in Oest, vic. Invernes : — REDDEND. servitium warde &c. : — PROVISO quod non liceret dicto Joh. &c. homagii obligationem cuicunque persone absque speciali licentia regis prebere, cujus in oppositum si facerent, presens donum nullius valoris fore voluit, regi absque ulteriori processu reversurum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 151.

1132. Apud Edinburgh, 11 Feb.
REX concessit familiari suo THOME ERSKYN de Haltoun militi, secretario suo, et ELIZABETHE SKRYMGEOUR ejus sponse,—terras de Ethibetoun, cum tenentibus &c., vic. Forfare ;—quas Joh. Striveling de Keir miles personaliter resignavit : —TENEND. dictis Tho. et Eliz. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Thome quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 182.

1133. Apud Edinburgh, 12 Feb.
REX concessit JONETE HAMMILTOUN, sorori Jacobi com. Aranie dom. Hammiltoun, in vitali redditu, et DAVID BOISWELL de Auchinlek et heredibus inter ipsum et dictam Jon. legitime procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Dav. quibuscumque secundum tenorem antique infeodationis, hereditarie,—terras et baroniam de Auchinlek, viz. terras de Crakstoun, Ovir et Nethir Kethstoun, et Rogerstoun, cum turre, fortalicio, molendinis, tenentibus &c., vic. Are ;—quas idem David personaliter resignavit :—EXCEPTIS 2 marcatis de Pennyland in dicta baronia, Jacobo Douglas prius dispositis :—TENEND. de rege tanquam senescallo Scotie :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 150.

1134. Apud Edinburgh, 12 Feb.
REX confirmavit cartam Georgii domini Hume,—[qua, pro amore &c., et pro servitiis, concessit JONETE HUME filie quondam Alexandri dom. H. fratris sui germani, —terras de Sammelstoun, cum turre, manerio, molendino, et tenandria unius partis earundem (Jacobo Ker in feodifirma assedate pro 7 marcis monete, 12 caponibus, 3 *le cariageis* et 12 *le dawerkis* annuatim), vic. Edinburgh, infra constab. de Hadingtoun :—RESERVATO libero tenemento Elizabethe Hume sorori germane dicti Geo. :—TENEND. dicte Jon. et heredibus masc. legit. inter ipsam et Johannem Hammyltoun ejus nominatum sponsum, filium naturalem quond. Jacobi com. de Arane dom. Hammyltoun, procreandis, quibus deficientibus, vel dict. terras in toto vel in parte absque dicti Georgii et heredum suorum licentia alienantibus, dicto Geo. et heredibus suis quibuscumque reversuras : — REDDEND. annuatim dicto Geo. 4 albas rosas nomine albe firme :—TEST. Jac. Hammyltoun de Fynart milite, M. Abraham Crechtoun rectore de Craufurd-Johne, Joh. Hammyl-

toun de Newtoun, Wil. Hume de Lochtullo, D. Joh. Castellaw capellano, Jac. Meldrum, notariis publicis :—Apud Edinburgh, 24 Aug. 1531]:—Insuper concessit dicte Jon., heredibus ejus suprascript. et assignatis,—nonintroitum dict. terrarum, a tempore decessus dicti Alex. dom. H. ad introitum veri heredis, cum relevio cum contingeret :—Test. *ut in aliis cartis* &c.
xxiv. 171.

1135. Apud Edinburgh, 12 Feb.
REX confirmavit cartam Johannis Cargill de Kinloch,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit (familiari regis servitori) DAVID WOD in Crag, heredibus ejus et assignatis, — binam partem terrarum de Balkely, ac superioritatem tertie partis earundem, vic. Forfare :—Tenend. de rege : —Test. Francisco Spottiswod, M. Joh. Chepman burgen. de Edinburgh, Joh. Duly, Jac. Glenny, Joh. Lindesay, Wil. Chepman : — Apud Edinburgh, 9 Jan. 1531] :—Test. *ut in aliis cartis* &c.
xxiv. 187.

1136. Apud Edinburgh, 15 Feb.
REX dedit literas legitimationis JOHANNI LAUDER bastardo, filio naturali Roberti L. de Bas. xxv. 66.

1137. Apud Edinburgh, 16 Feb.
REX confirmavit cartam servitoris sui Roberti Gib,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ARCHIBALDO STEWART in Fyntalauch, et ELIZABETH KENNEDY ejus sponse,—6 marcatas dimedietatis sue 16 marcatarum terrarum antiqui extentus de Fintalach, Beauch et Clonriddir, in dominio Galuedie, vic. Wigtoun :—Tenend. dictis Arch. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem., quibus def., legit. et propinquioribus masc. heredibus dicti Arch., quibus def., seniori heredum fem. absque divisione, de rege : — Reddend. annuatim 16 marcas 8 sol. 8 den. nomine feodifirme, ac perimplendo omnia puncta in carta regis dicto Rob. desuper confecta : —Test. M. Joh. Chepman notario publico, Wil. Chepman, Donaldo Foulartoun, Rob. Lokhart : — Apud Edinburgh, 15 Feb. 1531] :—Test. *ut in aliis cartis* &c.
xxiv. 154.

1138. Apud Edinburgh, 16 Feb.
REX ad feodifirmam dimisit ARCHIBALDO STEWART in Fintilauch, et ELIZABETH KENNEDY ejus sponse,—6 marcatas 16 marcatarum terrarum de Fyntilauch per dict. Archibaldum occupat., unam marcat. 3 marcatarum de Garskeauch per Alex. Macke occupat., unam marcat. de Glenbuchachy per Jac. Carnis occupat., in parochia de Pennynghame, vic. Wigtoun, extenden. in firma et grassuma ad 19 marcas 2 sol. 8 den. :—Tenend. dictis Arch. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem., quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Arch., quibus def., seniori heredum fem. absque divisione :—Solvend. annuatim 20 marc. 2 sol. 8 den.; necnon duplicando dict. firmam ad introitum heredum; ac edificando mansionem cum politiis :—Test. *ut in aliis cartis* &c.
xxiv. 155.

1139. Apud Edinburgh, 16 Feb.
REX ad feodifirmam dimisit JOHANNI COMITI ATHOLIE,—terras de Fancastell et Scheirglas, in dominio et cameraria de Apnadull, vic. Perth, tunc pro 27 marcis 6 sol. 8 den. firme assedatas :—Tenend. dicto Joh. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—Solvend. annuatim 20 libras; proviso quod dictus Joh. assedationes aliis factas ad exitum earundem servaret, et ipse non amplius nisi secundum dicte assedationis tenorem solveret; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politiis:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 160.

1140. Apud Edinburgh, 16 Feb.
REX confirmavit cartam Johannis dom. Erskin,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit GAWINO ABIRDONENSI EPISCOPO, heredibus ejus

et assignatis quibuscumque pluribus aut uni,—100 libras annui redditus, quas dictus Joh. habuit de rege tentas, de firmis et redditibus burgi de Abirdene pro terris et aquis aquarumque piscationibus :—REDDEND. annuatim regi unum den. apud crucem fori de Abirdene, nomine albe firme :—TEST. Jac. episc. Rossen., Wil. episc. Dunblanen., Rob. abbate de Kinlos :—Apud Edinburgh, 15 Feb. 1531] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 165.

1141. Apud Edinburgh, 16 Feb.
REX ad feodifirmam dimisit JACOBO DOWGLAS de Drumlangrig,—terras de Craginbaith, in senesc. Kirkcudbricht, quas compotorum rotulator prius in feodifirma habuit, extenden. in firma et grassuma ad 10 marcas :—TENEND. dicto Jac. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—SOLVEND. annuatim 12 marcas ; necnon duplicando dictam firmam ad introitum heredum ; ac edificando mansionem cum politiis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 168.

1142. Apud Edinburgh, 19 Feb.
REX confirmavit cartam familiaris servitoris et secretarii sui Thome Erskin de Haltoun militis,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI DOMINO ERSKIN, heredibus ejus et assignatis,—terras de Balmaledy, Balmechenach, de Haltoun, et Smethihill, cum tenentibus &c., vic. Kincardin ; piscariam salmonum aque de Northesk dictis terris de Haltoun pertinen., cum donatione capellanie S. Salvatoris infra ecclesiam parochialem de Dunde alternatim :—REDDEND. annuatim regi 1 den. argenti nomine albe firme :—TEST. Gawino episc. Abirdonen., Rob. abbate de Kinlos, Wil. Scot de Balwery milite, M. Alex. Spittale canonico Abirdonen., David Forestar filio et herede apparente Jacobi F. de Kincardin militis, Jac. Watsoun rectore de Ellem, Jac. Reid, Alexandro Young notario publico :—Apud Edinburgh, 16 Feb. 1531] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 161.

1143. Apud Edinburgh, 19 Feb.
REX concessit familiari ac secretario suo THOME ERSKYN de Haltoun militi, et ejus heredibus,—terras et baroniam de Morfy-Fryssale, terras de Manis, Petbeidly et Spittale, cum piscaria et *le crufe* super aque de Northesk, cum *le outsetis*, vic. Kincardin ;—quas Charolus Foulartoun personaliter resignavit :—RESERVATO libero tenemento dicto Char. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 183.

1144. Apud Edinburgh, 20 Feb.
REX ad feodifirmam dimisit NINIANO CREICHTOUN de Bellibouch,—4 marcatas terrarum antiqui extentus de Barntagart, in parochia de Balmaclellane, et 4 marc. ant. ext. de Drumboy, in parochia de Kellis, senesc. Kirkcudbrycht, extenden. in firma et grassuma ad 19 marcas 2 sol. 8 den. :—TENEND. dicto Nin. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Joh. C. ejus fratri, et heredibus ejus masc., quibus def., seniori heredum fem. absque divisione :—SOLVEND. annuatim 20 marcas ; necnon duplicando dictam firmam ad introitum heredum ; ac edificando mansionem cum politiis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 157.

1145. Apud Edinburgh, 24 Feb.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Gawini episc. Abirdonen.,—[qua in puram elimosinam concessit 12 pauperibus et eorum successoribus residentibus in HOSPITALI APUD ECCLESIAM CATHEDRALEM ABIRDONENSEM extra cimiterium construendo,—100 libras annui redditus de firmis et redditibus burgi de Abirdene pro terris et aquis aquarumque piscationibus, quas a Joh. dom. Erskin conquestus erat : — REDDEND. orationum suffragia devotarum :—TEST. Alex. priore de Pluscardyn, M. Alex. Dunbar decano Moravien., M. Alex. Spittale rectore de Clatt canonico Abirdonen., M. Wil. Hay notario publico :—Apud Edinburgh, 23 Feb. 1531] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxiv. 166.

1146. Apud Edinburgh, 24 Feb.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam David Striveling de Estir Brekky, prepositi burgi de Montrose,—[qua,—pro

REX confirmavit JACOBO HALDANE de Glenneges, et MARGARETE ERSKIN ejus conjugi, — dimedietatem occidentalis tertie partis terrarum et baronie de Disart, viz. dimed. villarum et terrarum de Michelstoun, Strathore et Blair, cum dimedietate terrarum Sutorland nuncupat., jacen. in Estir Strathore, et cum integris manerie, carbonariis, salinis, tenentibus &c. earundem, inchoando apud orientem, ac terrarum acris jacen. inter ecclesiam S. Servani et *le* Hetpot, et dimedietate veteris portus, cum terre pecia apud os seu introitum ejusdem, vic. Fyff, et per annexationem in baronia de Glenneges, vic. Perth ;—quas idem Jac. personaliter resignavit :— TENEND. dictis Jac. et Margarete et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Jacobi quibuscumque ; sine ruptione dicte baronie : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 136.

1369. Apud Edinburgh, 3 Mar.

REX confirmavit cartam Andree abbatis de Melros, et ejusdem conventus,—[qua,— pro pecuniarum summis aliisque gratitudinibus &c., necnon pro auxiliis ad manus regis pro monasterii sui a diversorum impiorum et magnatum molestiis relevamine,—ad feodifirmam dimiserunt (familiari regis) WILLELMO HAMMYLTOUN de Sanquhare, et KATHERINE KENNEDY ejus conjugi,—terras de Ovir et Nethir Sorne, in dominio suo de Kilismure, vic. Aire, extenden. in rentali suo ad 8 marcas : —TENEND. dictis Wil. et Kath. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti Wil. de corpore legit. procreandis, quibus def., Willelmo H. juniori, filio naturali dicti Wil., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Wil. senioris, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus ejus quibuscumque, de dicto monast. :—REDDEND. annuatim 16 marc.; et veniendo ad curias in Mauchlin quotienscunque in provincia existerent, et ad hoc legitime premuniti fuissent ; — PROVISO quod si contingeret monetam Scotie, vel cujusvis regni in Scotia cursum habentem, ad altius pretium levari, dictus Willelmus, heredes ejus et assignati, pro dictis 16 marcis 13 uncias argenti, quod esset ad minus *ellevin-penny-fyne,* vel earum verum valorem in moneta Scotie persolverent ;—ac solvendo duplum dicte firme ad introitum heredum, cum 4 marcis conventui antedicto ;—et si per tres terminos et 40 dies insimul in solutione deficerent, feodifirmam amitterent :— SALVIS dictis abbati &c. glebis et *le petis*, per famulos suos annuatim in fronte more seu Moss de Sorne pro fundi destructionis evitatione effodiendis et lucrandis ad serviendum dict. abbati &c. in loco, domibus et hospitio de Mauchlin : —Apud monasterium de Melros, 2 Mar. 1533] : — INSUPER, pro bono servitio dicti Wil., concessit dicto Wil. &c.,—licentiam edificandi super dict. terris castra, turres et fortalicia plura aut unum, cum januis ferreis, *le battelling, corbalsailye, barmkynnis* et carceribus, cum potestate janitores, vigiles, *le javellouris* et omnes alios officiarios faciendi :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 233.

1370. Apud Coupar, 12 Mar.

REX confirmavit cartam Alexandri Vintoun de Andait, burgensis de Abirdene,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JACOBO GORDOUN de Haldoch, heredibus ejus et assignatis,—terras de Andait et Braklo, vic. Abirdene :—TENEND. de rege :—TEST. Gilberto Menzeis de Findoun, Tho. Menzeis preposito de Abirdene, Rob. Lesley de Inverpeffer, Laurentio Ogilvy, M. Joh. Nicholsone et M. And. Brounhill notariis publicis :—Apud Edinburgh, 3 Mar. 1533]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 113.

1371. Apud Edinburgh, 21 Mar.

REX,—quia literas direxerat Falkland signifero, vicecomiti in hac parte, ad distringend. Alex. Ogilvy de eodem pro 450 marcis super eum per Alexandum Innes de eodem obtentis (pro 45 celdris victualium astricte multure terrarum de Drauchalde, Langmure, Knokdorne, Tullenaucht et Bankheid, extenden. ad 12 carrucatas terrarum, et pro qualibet carruc. ad 3 bollas astricte multure, pretium bolle 8 sol. 4 den., debitis pro detentione granorum dict. terrarum a dicti Alex. Innes molendino forestarie de Boyn, vocato Newmylne, in dominio dicte forestarie, vic. Banff, per 20 annos ante 15 Apr. 1523; viz. super dictum Alex. O. per ipsum ad spatium 15 annorum, et tanquam heredem et successorem quondam Jacobi O. de Deskfurd militis, ejus avi, ad spatium 5 annorum), necnon ad distringend. Walterum Ogilvy de Boyn pro 375 marc. super eum per eundem Alex. Innes obtentis (pro 37 celd. 8 bol. victualium astricte multure ex ejus terris de Culfin, Auchannochquhy et Ordenis, extenden. ad 10 carrucat., multura cujuslibet carruc. annuatim extenden. ad 3 bol., pretium bolle *ut supra*, debitis pro detentione granorum dict. terrarum a molendino predict. per eosdem 20 annos; viz. super dictum Walterum pro ipso ad unum annum, tanquam heredem et successorem quond. Georgii O. de Boyn militis per 19 annos), ac ad distringend. Joh. Ogilvy de Dorne pro 262 marc. 6 sol. 8 den. super ipsum per eundem Alex. I. obtentis (pro 26 celd. 4 bol. victualium astricte multure pro terris ejus de Bogmochill extenden. ad 7 carrucat. sive culturas aratrorum, multura cujuslibet carruc. extenden. ad 3 bol. annuatim, debitis pro detentione granorum dict. terrarum a molendino predict. per eosdem 20 annos; viz. super dictum Joh. pro ipso ad unum annum, tanquam heredem et successorem quond. Willelmi O. de Dorne militis ad 19 annos);—et dictus vic. accessit terras et *le* Manis de Finlatare dicto Alex. O. spectan., et terras de Smythtytoun et Edinaltre in Deskfurd, et Dittaucht, appreciandas denunciavit; ac ad locum dicti Joh. de Fordice et terras de Dorne, et terras de Clune et unam carrucat. antique ville de Carnowseis, in baronia de Carnowseis, appreciand. denunciavit; et ad locum dicti Walt. de Cragboyn, et terras de Arbranghand, in thanatu de Boyne, appreciand. denunciavit;—et 3 Mar. 1533 terre de Smythtitoun et Ethinaltre(extenden. annuatim ad 22 marc. 6 sol. 8 den., de rege tente per servitium warde), pro dictis 450 marc., 15 solidate ville de Ethinaltre pro feodo vicecomitis (reservatis dicto Alex. O. 18 solidat. 6 den. de villa de E.), dimedietas ville de Ardbranghand, per Jac. Hay tenentem occupata, et 23 solidat. 4 den. alterius dimedietatis ejusdem per And. Ord occupat. (extenden. in firma &c. ad 18 marcas 10 sol., tente *ut supra*) pro dictis 375 marc., 12 solidat. 6 den. dicte dimed. per dictum Andream occupat., pro feodo vicecomitis (residuo dicte ville dicto Walt. reservato), ac terre de Clune et 2 solidate dicte carrucate de Carnowseis, per And. Innes occupat. (extenden. in firma &c. ad 13 marc. 20 den., tente *ut sup.*) pro dictis 262 marc. 6 sol. 8 den., necnon 8 solidat. 9 den. dicte carruc., per dictum And. I. occupat., pro feodo vicecomitis (residuo dicte carruc. dicto Joh. reservato), appreciate fuerunt et dicto Alex. Innes vendite;—Igitur concessit dicto ALEXANDRO INNES de eodem, heredibus ejus et assignatis,—dict. terras appreciatas, vic. Banff:—et voluit quod dicti Alex. O., Walt. et Joh., heredes eorum et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas dicto Alex. I., heredibus ejus et assignatis, persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxv. 115.

1372. Apud Perth, 22 Mar.

REX confirmavit cartam Thome Stewart de Grantuly,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ROBERTO MARSAR filio quondam Laurentii M. de Mekillour militis, heredibus ejus et assignatis,—terras de Carnebo-Stewart, per Geo. Newane occupat., in senesc. de Stratherne, vic. Perth: — TENEND. de rege: — TEST. Magistris et Dominis Jac. Kennedy prebendario de Abirfull, Joh. Sinclare rectore de Comry, Jacobo Blakwod vicario de Strowane, Donaldo Symsone, Rob. Ade notario publico:—Apud civitatem Dun-

blanen., 18 Mar. 1533] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 114.

1373. Apud Perth, 22 Mar.
REX ad feodifirmam dimisit JOHANNI CREICHTOUN de Innernite,—terras de Silvirwelhillis, Paddokhill, Birkinwod et Catstanehauch, in thanatu et dominio de Kinclewin, vic. Perth, que regi denarii proficuum nunquam prius prebuerunt :—TENEND. dicto Joh. et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, Georgio C. filio ejus naturali et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., Alex. C. filio naturali ejusdem Joh. et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Joh. quibuscumque, quibus def., seniori heredum fem. dicti Joh. cuicunque absque divisione : —SOLVEND. annuatim 13 sol. 4 den. ; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum ; necnon edificando et sustentando politiam solo corresponden. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 118.

1374. Apud Falkland, 24 Mar.
REX ad feodifirmam dimisit WALTERO OLIPHANT in vitali redditu, et THOME OLIPHANT ejus filio et ELIZABETH CREICHTOUN sponse dicti Tho. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, — quarterium terrarum de Murdocarny per dictum Walt. occupatum, in dominio et vic. de Fyffe, extenden. in rentali suo ad 12 marc. 6 sol. 8 den., 6 capones et 6 pultrias :—SOLVEND. annuatim 12 marc. 7 sol. 8 den., 6 capones et 6 pultrias ; necnon edificando mansionem cum politiis; ac duplicando dict. feodifirmam ad introitum heredum :—TEST. 80. 98. 63. 71. 89. 16. 81. 62. 83. 93. 96. 97. xxv. 351.[1]

ANNO DOMINO 1534. ANNO REGNI 21.

1375. Apud Striveling, 1 Apr.
REX confirmavit cartam Georgii Gorthy de eodem,—[qua, pro summa pecuniaria sibi persoluta, vendidit JOHANNI DRUMMOND de Innerpeffery, ac MARGARETE STEWART Domine Gordoun ejus sponse,—dimediam suam partem terrarum de Dalpatrik, per Joh. Scott et Hugonem Donyng occupat., in baronia de Gorthy, vic. Perth ;—necnon binam partem terrarum de Ovir-Gorthy, in baronia et vic. antedictis, in warantum dict. terrarum :—TENEND. dictis Joh. et Marg. in conjuncta infeodatione et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscumque et assignatis, de rege :—TEST. David Drummond de Cowquhalze, Olivero Maxtoun de Drumgrene preposito et vicecomite burgi de Perth, Hen. Malcome burgen. ejusdem, D. Wil. Ramsay notario publico, D. Joh. Schanwell, presbyteris, Waltero Ramsay, Trestreme Gorty, Joh. Drummond, Joh. Gorme, Hen. Burroch :—Apud Perth, 23 Mar. 1533] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 130.

1376. Apud Striveling, 8 Apr.
REX confirmavit cartam Donaldi Makwrarty de Birgadulknok,—[qua concessit JACOBO STEWART de Kilchatane, et heredibus ejus masc. legitimis,—25 solidatas terrarum de Birgadulknok, in dominio, insula et vic. de Bute :—REDDEND. annuatim regi tanquam senescallo Scotie 25 sol., 2 bollas ordei, 6 ferlotas avenarum, quartamdecimam et quadragesimam partes marte, cum servitiis solitis et consuetis:—TEST. Niniano Stewart vicecomite de Bute et Arane, Joh. Stewart de Kerecroy, Joh. Ottyrburn, Moldony M'Gillemichell, Nych. Rany burgen. (de Rothsa?), Tho. Hyman : —Apud Rothsa in Bute, 27 Nov. 1517] : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 121.

1377. Apud Striveling, 8 Apr.
REX confirmavit cartam Duncani Makcon-

[1] The list of witnesses is taken from the confirmation of the above, No. 1754 infra.

quhy de Keremanach, —[qua concessit ALEXANDRO STEWART filio naturali Jacobi S. de Kilchatane, et heredibus ejus masc. legitimis,—2 marcatas terrarum de Keremanach, in dominio, insula et vic. de Bute :—REDDEND. annuatim regi tanquam senescallo Scotie 26 sol. 8 den. argenti, 2 bollas ordei, 2 bol. avenarum, quartamdecimam et vicesimam partes marte, cum servitiis solitis et consuetis:—TEST. Joh. Stewart de Kerecroy, Jac. S. ejus filio, Alano M'Conquhy, Joh. M'Wrarty, Joh. M'Lelane, Joh. M'Morich, Finlaio Lenax vicario de Kengart :—Apud Kilchatane, 12 Nov. 1517]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.*

xxv. 122.

1378. Apud Striveling, 8 Apr.

REX confirmavit cartam Gilpatrik Makcoe de Dwngull,—[qua concessit WILLELMO HYNDMAN, et heredibus ejus masc. legit., —13 solidatas 4 den. terrarum de Dwngull, in dominio, insula et vic. de Bute :—REDDEND. regi tanquam senescallo Scotie firmas regias solitas et consuetas :—TEST. Jac. Stewart de Kilchatane, Joh. S. ejus filio et apparente herede, Joh. Makaw de Garachty, Alex. de Garachty, Joh. Glas de Ardinhow, Joh. M'Gilguf M'Wrarty, Joh. Hyndman, Pat. M'Conquhy scolari : —Apud Kengart, 14 Nov. 1533]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.*

xxv. 123.

1379. Apud Striveling, 8 Apr.

REX confirmavit cartam Alexandri Bannachtyne de Scarell,—[qua, cum consensu Isobelle Spens sponse sue apparentis, concessit consanguineo suo JOHANNI BANNACHTYNE de Stwk, et heredibus ejus masc. legitimis quibuscumque,—40 solidatas terrarum de Scarell, in dominio, insula et vic. de Bute :—REDDEND. annuatim regi tanquam senescallo Scotie 40 sol. argenti, 3 bollas ordei, 9 sol. pro parte unius marte, cum servitiis solitis et consuetis :—TEST. Niniano Bannachtyne de Camys, Wil. Bannachtyne Gibbonsoun, M. Nigello Leche rectore de Craginche, M. Finlaio Levinax vicario de Kengart, Niniano Stewart vicecomite de Bute, Alex. Stewart de Kildovanane, Pet. Gray publico notario, Wil. Gray : — Apud Kengart, 29 Apr. 1530] :—TEST. *ut in aliis cartis &c.*

xxv. 124.

1380. Apud Striveling, 11 Apr.

REX ad feodifirmam dimisit WILLELMO RAMSAY de Balmayne, et MARJORIE WOD ejus sponse,—terras de Trarinzane, vic. Are, extenden. in novo rentali ad 20 libras ; ac dimedietatem terrarum de Kirkcandres, in dominio Galwidie, vic. Wigtoun, extenden. ad 20 lib. :—TENEND. dictis Wil. et Mar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Wil. quibuscumque, quibus def., seniori heredum fem. cuicumque : — SOLVEND. annuatim 42 libras ; et duplicando dictam firmam ad introitum heredum ; ac edificando mansionem cum politiis :—TEST. 80. 70. 63. 71. 89. 16. 81. 94. 62. 37. 96. 97. xxv. 119.

1381. Apud Striveling, 12 Apr.

REX concessit JOHANNI DRUMMOND de Innerpeffery, et MARGARETE (STEWART) Domine Gordoun ejus sponse, — 4 marcatas terrarum antiqui extentus de Myddill Creiffauthir, in senesc. de Stratherne, vic. Perth ; — quas Joh. Comry junior de eodem resignavit :—TENEND. dictis Joh. D. et Marg. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Johannis D. quibuscumque :—SOLVEND. firmas, proficua et *le martsilvir* debit. et consuet.:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxv. 127.

1382. Apud Edinburgh, 1 Maii.

REX confirmavit cartam Alexandri Lokart de Wikatschau,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JACOBO HAMMILTOUN de Fynnart militi, heredibus ejus et assignatis,—terras de Sandeholme, cum Wikatschau-Brwme, inhabitat. per tenentes de Wikatschau, jacen. ex parte australi de Clyde contigue cum Sandeholme, in parochia de Carluk, vic. Lanark :—RED-

DEND. annuatim regi unam rubeam rosam nomine albe firme :—TEST. Joh. Hammiltoun de Newtoun, M. Joh. Davidsoun, M. Joh. Hammiltoun, notariis publicis :—Apud Wikatschau, 8 Jul. 1534 (*sic*)]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 147.

1383. Apud Edinburgh, 5 Maii.

REX concessit ALEXANDRO HUME fratri germano Johannis H. de Coldaneknowis, heredibus ejus et assignatis,—4 libratas 4 sol. ville et terrarum de Mertoun per Joh. Oswald occupatas, et 18 solidat. 6 den. earundem per Jonetam Crawmond occupat., vic. Berwik ; — que fuerunt Walteri Haliburtoun de Mertoun, de rege tente ; et, ambabus partibus per Joh. Alane officiarium et serjandum vic. de Berwik summonitis, 12 Feb. 1533 compertum fuit coram Georgio Weddirheid vicecomite deputato de Berwik quod Patricius Sinclare de Spottis (assignatus Elizabethe Stewart domine de Coldanknowis ad wardam terrarum et dominii de C., dicte Eliz. per Jac. IV. regem post decessum Kentigerni Hume de C. donatam) dicto Alexandro assignavit annuum redditum 5 librarum de terris Mundwellis-landis nuncupat., in dicta villa et territorio de Mertoun, durante warda, cum quo dictus Walt. intromisit a festo Pentecostes anno 1513 usque ad introitum dicti Joh. H. qui fuit 7 Jun. 1527 ; et 14 Apr. 1534 terre suprascripte appreciate sunt[1] dicto Alex. pro 102 libris 10 sol. ei debitis : —et voluit rex quod dictus Walt., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictam summam persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 126.

1384. Apud Cowpar, 7 Maii.

REX confirmavit cartam Georgii Gordoune de Schewes,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit consanguineo suo LAURENTIO OGILVY, heredibus ejus et assignatis,—terras ville nuncupat. Newtoun de Schewes, in baronia de S., vic. Abirdene :—REDDEND. annuatim regi unum den. nomine warde et relevii :—TEST. M. Johanne Ogilvy rectore de Crouden, M. Johanne Ogilvy pensionario de Peterugy, Alex. Kynlocht : — Apud Abirdene, 14 Apr. 1534] :—NECNON aliam cartam ejusdem Geo.,—[qua concessit eidem Laurentio Ogilvy, heredibus ejus et assignatis,—terras ville de Boquhanyoquhy, in baronia de Schewes, vic. Abirdene, — in warantum terrarum suprascript.:—REDDEND. annuatim regi unum den., seu servitium inde debit., nomine warde et relevii :— RESERVATIS dicto Geo. arrendatione et fructibus dict. terrarum donec dict. Laurentius in terris de Newtoun molestaretur, et regressu ad eas casu quo non molestaretur :—TEST. M. Joh. Ogilvy canonico Abirdonensi prebendario de Crodane, M. Joh. Ogilvy pensionario de Peterugy, Alex. Kynlocht : — Apud Abirdene, 15 Apr. 1534] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 128.

1385. Apud Edinburgh, 8 Maii.

REX concessit MALCOLMO DOMINO FLEMYNG, heredibus ejus et assignatis,—terras de Cardrono, vic. Peblis;—que fuerunt Willelmi Goven de Cardrono, de rege tente per servitium warde et relevii ; et 20 Feb. 1533 appreciate fuerunt et dicto Malcolmo vendite, pro 500 lib. ei debitis (pro firmis &c. dict. terrarum, extenden. ad 10 libras annuatim, in regis manibus existen. per 50 annos ratione nonintroitus, et dicto Malc. donatis), necnon pro 25 libris pro feodo Johannis Perdovin clavigeri, vicecomitis in hac parte :—et voluit rex quod dictus Wil., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dict. summas persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 133.

1386. Apud Striveling, 24 Maii.

REX confirmavit cartam quondam Alexandri Lyndesay com. de Craufurd,—[qua, pro homagio et servitio, concessit (quondam) JOHANNI RUSSALL de Guthre, et ejus heredibus, — tria quarteria terrarum de Hiltoun de Guthre, ac unum quarterium de *lie* Estirtoun de G., in baronia sua de G., vic. Forfar :—REDDEND. annuatim dicto

[1] Names of assize : — Oswald Purves, Tho. Leirmonth, Rob. Hoppringill, David Broun, Wil. Hendirsoun, And. Elwald, Ric. Hangandsyd, Tho. M'Dowell, Andrew Ormistoun, James Ker, Jas. Nesbitt, Joh. Hering, Joh. Wod, Geo. Leirmonth, Geo. Hume.

Alex. tres sectas ad tria placita capitalia de Guthre, et FACIEND. forinsecum servitium &c.:—et voluit quod cum dict. terre in warda forent, heredes seu tutores tenentis haberent eas in sua dispositione, pro 5 marcis annuatim dicto Alexandro persolvendis :—Apud castrum de Fynievin, 20 Mar. 1415] :—INSUPER, pro bono servitio DAVID GUTHRE de Esse, tunc hereditarii possessoris dict. terrarum, easdem quitteclamavit :—TEST. 80. 98. 63. 71. 100. 16. 81. 62. 37. 96. 97. xxv. 190.

1387. Apud Striveling, 25 Maii.
REX confirmavit cartam Alexandri M'Culloch de Cardernes, — [qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI BELL burgensi de Kyrkcudbrycht, et HELENE MABANE ejus sponse,—dimedietatem terrarum de Mekill Kyrkbryde, extendentem ad 6 marcatas antiqui extentus, per Donaldum Osburne occupat. et ad firmam habit., in parochia de Anweth, senesc. Kyrkcudbrycht; 3 marcat. de Litill Kyrkbryde ant. ext., per Fargusium Akersane et Wil. M'Quhonyll occupat. et ad firmam habitas, in parochia de Kyrkmabrek, senesc. antedicto :—TENEND. dictis Joh. et Helene et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Johannis quibuscumque, de rege :—TEST. Willelmo M'Clellen tutore de Bomby, Wil. Masoun burgen. de Kyrkcudbrycht, D. Willelmo M'Gowne capellano ac notario publico, Alex. Corbrik clerico ac notario publico :—Apud Kyrkcudbrycht, 3 Maii 1534]:—NECNON aliam cartam ejusdem Alex.,—[qua, in speciale warantum terrarum suprascript., concessit dictis Johanni Bell et Helene Mabane,—6 marcatas terrarum de Bagby ant. ext., per Wil. M'Dowell occupat. et ad firmam habitas, in parochia de Kyrkmakbrek, senesc. antedict.; 2 marcat. de Bardarroch ant. ext., per Jacobum M'Culloch occupat., et 5 marcat. de Ovir-Ardwell ant. ext., per D. Jac. M'Culloch occupat., in parochia de Anweth, senesc. antedict. :—TENEND. et TEST. *ut supra* :—Apud Kyrkcudbrycht, 4 Maii 1534] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 131.

1388. Apud Striveling, 29 Maii.
REX dedit literas legitimationis M. JOHANNI HEPBURN rectori de Dalry, bastardo, filio naturali quondam Patricii H. de Beynstoun. xxviii. 356.

1389. Apud Striveling, 30 Maii.
REX,—cum consensu matris sue, habentis conjunctam infeodationem terrarum et dominii de Strivelingschire, et Henrici dom. Methven ejus sponsi, — ad feodifirmam dimisit JOHANNI SYMSOUN, et MARGARETE ALANE ejus sponse,—2¾ bovatas terrarum de *le* Grange de Bothkennar, in dominio antedict., vic. ejusdem, extenden. ad 44 sol. in firma, 5 bollas 2 firlotas ordei, 2 bol. 3 firl. frumenti, 5½ capones, et quolibet triennio 44 solidos grassume :—TENEND. dictis Joh. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—REDDEND. annuatim matri regis, et post ejus decessum regi, 3 libras 2 sol. 4 den., cum ordeo &c. *ut supra*; et duplicando dict. feodifirmam ad introitum heredum; ac edificando mansionem cum politiis; ac solvendo multuras regis molendinis debit. et consuet.; et non liceret absque licentia dictas terras in toto vel in parte alienare:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 132.

1390. Apud Edinburgh, 15 Jun.
REX confirmavit cartam Georgii Muldrum de Five,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WILLELMO LYOUN de Cowmalegy, heredibus ejus et assignatis, —binas partes umbrales (*the schaddow tua part*) viz. 2 aratrata seu *tua plewis*, ville de Jakkistoun, in baronia de Formartoun, vic. Abirdene; cum facultate manurandi et ad culturam redigendi agros et *lie muris* earundem :—TENEND. de rege : — TEST. Magistris Joh. Ogilvy canonico Abirdonen. rectore de Corowdane, Tho. Annand, Rob. Makesoun, Joh. Jaksoun, Davide Makesoun, notariis publicis, Joh. Hay, Jac. Chene, Davide Rede :— Apud Abirdonen. oppi-

dum, 15 Feb. 1533] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 134.

1391. Apud Linlithqw, 16 Jun.
REX concessit filio suo naturali JACOBO STEWART seniori, et ejus heredibus,—terras et dominium de Douglas, cum castro, fortalicio, molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Lanark;—regi pertinen. ob forisfacturam Archibaldi olim com. Angusie :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 135.

1392. Apud Edinburgh, 25 Jun.
REX ordinavit transumi et de novo sigillari cartam David (II.) regis,—[qua concessit JOHANNI TRUMBULL (predecessori JACOBI GLEDSTANIS de Coklaw), et ejus heredibus,—terras de Hundwellishoppe, vic. Peblis; cum libero introitu et exitu in communi pastura de Cadmoure :—SALVO regis servitio, wardis et releviis :— TEST. Wil. episc. S. Andree, Patricio episc. Brechinen. cancellario, Rob. senescallo Scotie com. de Stratherne, Pat. com. Marchie et Moravie, Thoma com. de Marr, Wil. de Lewingstone et Rob. Erskyn militibus :—Apud Edinburgh, 5 Jun., an. reg. 28 (1357)] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 178.

1393. Apud Sriveling, 29 Jun.
REX confirmavit cartam Roberti Bissait de Querrell,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JACOBO CUNYNGHAME de Polmais, et MARGARETE AYTOUN ejus sponse, — dimedietatem terrarum de Bissaitland (occupatam per Annabellam Duncansoun relictam Alexandri Crag), terras de Estir Thretty-akirris, vocat. Bissait-akirris, et terras de Huddisfeild, cum tenentibus &c., vic. Striveling: —TENEND. dictis Jac. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Jac. quibuscumque, de rege :—TEST. Joh. dom. Erskin, Magistris Tho. Marjorybankis, Tho. Kincragy, Roberto Johnsoun in Powmylne, Adam Bardinar, Jacobo Thomsoun, Alex. Young notario publico :—Apud Edinburgh, 9 Jun. 1534] :—NECNON aliam cartam ejusdem Rob.,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit eisdem Jacobo Cunynghame et Margarete Aytoun,—dimedietatem suam terrarum de Bissaitland, olim occupat. per quondam Jacobum Lang, quartam partem de Levelandis per Wil. Geythane occupat., terras de Torbrekkis, cum tenentibus &c., vic. Striveling :—TENEND., TEST. et de data *ut supra*] :—INSUPER, pro bono servitio dicti Jac. C., ac pro compositione persoluta, dictas terras quitteclamavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 280.

1394. Apud Edinburgh, 1 Jul.
REX confirmavit cartam Jasperi Cranstoun de Corsby,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti JOHANNI CRANSTOUN, et ELIZABETHE SWYNTOUN ejus conjugi,—20 marcatas terrarum novi extentus de Audenstoun, vic. Berwik :—TENEND. dictis Johanni et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscumque, de rege :—REDDEND. annuatim unum den. albe firme :—TEST. Tho. Swyntoun, Wil. Cokburn, Jaspero Lauder, D. Petro Cranstoun capellano :—Apud Edinburgh, 30 Jun. 1534] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 137.

1395. Apud Edinburgh, 1 Jul.
REX confirmavit cartam Johannis Dikesoun de Ormstoun,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit MALCOLMO DOMINO FLEMING, heredibus ejus et assignatis,—quartas suas partes terrarum de Rauchane, Glenhigden, Glencotho et Glenlude, in baronia de Glenquhom, vic. Peblis :—TENEND. de rege :—TEST. Hugone Douglas, M. Joh. Chepman, Edw. Diksoun, Tho. Heriot, Roberto Scott :—Apud Edinburgh, 18 Jun. 1534] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 142.

1396. Apud Edinburgh, 2 Jul.
REX confirmavit JOHANNI M'ALESTER M'ALESTER de Elanterin, capitaneo

de Clanranald, et MARIOTE M'CANE ejus sponse,—6 marcatas terrarum de Kildonen in Eg, 4 marcat. de *le* Kand-inloid et Ardnequhoray, 5 sol. de Torrane, extenden. ad 10 marcatas antiqui extentus, vic. Invernys;—quas idem Joh. personaliter resignavit:—TENEND. dictis Joh. et Mar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscumque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
XXV. 141.[1]

1397. Apud Edinburgh, 3 Jul.
REX confirmavit cartam David Ogilvy de eodem,—[qua,—pro summis pecuniarum sibi et quondam Alexandro O. de eodem patri suo per personas subscriptas et per quond. David Maxwell de Polgavy persolutis,—vendidit DAVID MAXWELL, et AGNETI BELL ejus sponse,—terras de Turbrex, in baronia de Ogilvy, vic. Forfare:—TENEND. dictis Dav. et Ag. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti David M. quibuscumque, de rege:—TEST. And. Hendersoune, Georgio Clerk, David Rollak juniore, Magistris Georgio Pettillok, Tho. Bachlere, David Roberti, D. Patricio Louk, capellanis ac notariis publicis:—Apud Dunde, 23 Jan. 1533]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
XXV. 138.

1398. Apud Edinburgh, 3 Jul.
REX confirmavit cartam Thome Fothringhame de Powre,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ROBERTO CURMANNOW burgensi de Dunde, et JONETE DYK ejus sponse,—dimedietat. terrarum de Ballothrane, per Rob. M'Keson occupatam et inhabitat., vic. Forfare:—TENEND. dictis Rob. et Jonete et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Rob. propinquioribus quibuscumque, de rege:—TEST. Georgio Rolland, Joh. Charteris, Willelmo Fothringhame, Andrea Olifeir de Gagye, M. Joh. Barry vicario de Dunde, M. David Roberti notario publico:—Apud Dunde, 26 Jun. 1534]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
XXV. 139.

1399. Apud Edinburgh, 3 Jul.
REX confirmavit cartam Jacobi Scrymgeour constabularii de Dunde,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI ROLLAND juniori, burgensi de Dunde, et MARGARETE ANDERSOUN ejus sponse,—17 acras arabiles in dominio de Dudep, vic. Forfar, viz. 2 ac. in campo inferiori et orientali de D. per Joh. Rolland seniorem occupatas, 3 ac. per Thomam Duncane burgensem de Dunde occupatas, ex parte boreali acrarum capelle B. V. M. vici Fontis, 2 ac. per Joh. Rolland seniorem occupatas ex parte australi de *le* Dundeis-law, 2 ac. per Tho. Duncane occupat., 4 ac. per Joh. Cuke occupat., 2 ac. per Malkene Smyth occupat., 2 ac. per Wil. Foular occupat., juxta *le* Butterburne:—TENEND. dictis Joh. R. juniori et Marg. et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Joh. R. junioris quibuscumque et assignatis, de rege:—RESERVATO libero tenemento Joh. Rolland seniori et Margare Robertsone ejus sponse, 7 acrarum per dictum Joh. seniorem prius de dicto Jacobo tentarum:—TEST. Jacobo Skrymgeour apparente de Fardill, Alex. Keir, D. Wil. Luid et M. Joh. Rolland notariis publicis:—Apud Dunde, 21 Jul. 1531]:—TEST. 80. 98. 63. 71. 89. 16. 81. 94. 62. 37. 96. 97.
XXV. 232.[2]

1400. Apud Striveling, 8 Jul.
REX confirmavit cartam Johannis Vaus de Lochislin,—[qua pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ROBERTO WAUS burgensi de Invernys, heredibus ejus et assignatis,—terras de Lochislin et Newtoun, cum annexis, *le outsettis* &c., in comitatu Rossie, vic. Invernis:—TENEND. de rege tanquam com. Rossie:—RESER-

[1] In the (contemporary) heading the grantee is called Joh. M'Alester M'Clellane.

[2] This charter names the following adjoining occupiers:—Giles (Egidia) Scrymgeour, James Scrymgeour, Wil. Rolland, James Walcar, David Wedderbur(n), James Wedderburn, And. Barry, Katherine Guild.

VATO dicto Joh. libero tenemento :—TEST. Donaldo abbate de Ferne, D. Magno Waus rectore de Y ac commissario de Invernis, D. And. Duff, D. Tho. Baldene, capellanis, Angusio M'Culloch de Terrall, And. Dunnune de Wester Catboll, Donaldo Dunnune, D. Joh. Nicholsoun notario publico :—cum subscriptione dicti Joh. V. per tactum penne :—Apud Ferne, 28 Jun. 1534]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 140.

1401. Apud Striveling, 20 Jul.

REX confirmavit cartam Ludovici Thorntoun de eodem, — [qua,—cum consensu Johannis T. in Haistoun et M. Thome Wemys in Unthank, curatorum suorum, et aliorum amicorum subscribentium, — in compensationem meritorum per M. Jacobum Strathauchin sibi impensorum,—concessit MIROBELLE STRATHAUCHIN sorori dicti Jac., in vitali redditu,—tertiam partem terrarum de Thorntoun, vic. Forfare : —TENEND. de rege, et post dicte Mirobelle decessum dicto Lud. et heredibus suis reversuram :— TEST. M. Joh. Guthre notario publico, Joh. Strathauchin, David Patre, Joh. Gibot, Joh. Kynnere :—Apud Thorntoun, 18 Jul. 1534]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 146.

1402. Apud Falkland, 28 Jul.

REX, — considerando cartas ab antiquo confectas per progenitores suos predecessoribus Roberti dom. Maxwell, super terris &c. subscriptis, pro eorum bono servitio, quas concessiones non modo in memoriam premissorum, sed etiam pro bono servitio sibi in tenera sua etate per dictum Rob., suum principalem structorem *le carwour*, occidentalium orarum sive marchiarum guardianum, tam tempore bellorum quam pacis in exercitatione dict. officiorum, necnon in custodia castri de Armitage, moderatione et regimine limitum de Liddisdale tempore guerre ; et intelligendo omnes ejus veteres evidentias non potuisse tam diu conservari prope dictas oras, — confirmavit dicto ROBERTO DOMINO MAXWELL, ejusque heredibus, — dictas antiquas infeodationes ; et easdem admisit sicuti admisse fuerunt aliquibus temporibus retroactis, et ac si de verbo in verbum presentibus inserte essent ; et in quantum dicte terre &c. regi quacunque ratione devenerant, de novo easdem dicto Rob. disposuit, viz.—40 libratas terrarum baronie de Maxwel, vic. Roxburgh ; terras et baroniam de Carlaverok, vic. Drumfreis ; terras de Sprynkaillie, in dominio de Ananderdale ; cum officiis senescallatuum de Ananderdale et Kyrkcudbrycht ; terras de Garnsallauch et Dursquhen, superioritatem 5 libratarum terrarum antiqui extentus infra territorium burgi de Drumfres, vic. ejusdem ; terras de Balmacreuchy et baronie earundem, vic. Perth ; terras de Gordonstoun et Grenane, senesc. Kirkcudbrycht ; terras et baroniam de Meyrnis et terras de Nethir-Pollok, vic. Renfrew ; cum castris, turribus, fortaliciis, molendinis, piscariis, partibus, pendiculis, annexis, *le outsettis*, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum ; — quas, exceptis dimedietatibus de Meyrnis et Nethir-Pollok, idem dominus personaliter resignavit ; et quas dimedietates Rob. M. filius et heres apparens dicti dom. resignavit ; et quas, exceptis Meyrnis et Nethir-Pollok, rex de novo incorporavit in liberam baroniam et dominium de Maxwell, et voluit castrum de Carlaverok fore principale messuagium ejusdem :—TENEND. dict. baroniam de rege, Meyrnis et Nethir-Pollok de rege tanquam senescallo Scotie, in liberis dominio, baronia, et foresta ubi nemora fuerunt :—REDDEND. annuatim pro dicta baronia unum den argenti, cum debita administratione justitie in dict. officiis, pro Meyrnis &c. unum den. argenti apud castrum de Meyrnis, nomine albe firme :—TEST. 80. 98. 63. 71. 89. 16. 81. 94. 62. 37. 96. 97. xxv. 145.[1]

1403. Apud Falkland, 29 Jul.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam ballivorum, burgensium et communitatis burgi de Mussilburgh,—[qua in puram elimosinam concesserunt Thome Duchty, heremite Ordinis S. Pauli primi heremite de Monte Sinay, pro ejus vita, et ejus successoribus heremitis, ad construend.

[1] The list of witnesses is taken from the confirmation of the above, No. 1692 *infra*.

CAPELLAM B.V.M. DE LAURET, cum domuncula et ortis prout eis placeret, et pro eorum sustentatione,—unam peciam terre vaste territorii et libertatis sue, continen. 5 rudas in longitudine et latitudine, apud finem orientalem burgi predicti prope *le* Claypule, inter commune suum viridarium ex orientali et occidentali partibus :—TEST. Thoma Douglas, Henrico Calderwod, Hen. Wrycht, Rob. Broun seniore, Ric. Leyne, Tho. Tod, Tho. Smart, Geo. Merchenstoun, Johanne Wrycht, Arch. Strathauchin, D. Matheo Wallange capellano, Tho. Young, Gawino Broun, Wil. Clerk, Wil. Cowper, Henrico Adamsone serjando :—cum sigillo Johannis Newtoun unius ballivorum, sasinam dantis :—Apud dict. burgum, 27 Jan. 1533, hora undecima ante meridiem vel eocirca] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

XXV. 165.

1404. Apud Edinburgh, 31 Jul.

REX concessit ROBERTO DOMINO MAXWEL, et AGNETI comitisse de Boithuile ejus conjugi,—terras de Litill Lochquhorat, Halkbray et Park, extenden. annuatim ad 21 marcatas, vic. Edinburgh ; —que fuerunt in manibus regis per 43 annos aut eocirca, nonintroitu earundem dictis Rob. et Ag. donato ; et de rege tente sunt per servitium warde ; et 27 Jul. 1534 appreciate fuerunt[1] et dictis Rob. et Ag. vendite pro 400 libris in partem solutionis 903 marc. dictis Rob. et Ag. debitarum, et 1 marcata earundem proxime fonti S. Kentigerni jacens pro 20 lib. pro feodo Thome Hammiltoun clavigeri, vicecomitis in hac parte :—TENEND. dictis Roberto et Ag. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Rob. quibuscumque :—et voluit rex quod Pat. com. de Bothuile (filius et heres quondam Ade com. de B., ac heres et successor quond. Patricii com. de B.), heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

XXV. 144.

1405. Apud Edinburgh, 27 Aug.

REX ad feodifirmam dimisit COLINO CAMPBELL de Ardkinglas, et MATILDE MONTGOMERY ejus conjugi,—terras et dominium de Bute infra parochias de Kingarth et Rothissay, cum martis, victualibus et devoriis, vic. Bute, extenden. in firmis et grassumis ad 150 libras 3 sol. 4 den., 11 celdras 15 bollas ordei, 10 celd. avenarum, unam celd. 8 bol. farine, 41 martas, 2 quartas partes marte (pretium bolle farine et ordei 6 sol. 8 den., bolle avenarum 3 sol. 4 den., marte 20 sol.):—TENEND. dictis Col. et Mat. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Col. quibuscumque, quibus def., seniori heredum ejus fem. absque divisione:—SOLVEND. annuatim 150 lib. 6 sol. 8 den., cum ordeo &c. *ut supra* ; et duplicando dict. feodifirmam ad introitum heredum ; ac edificando mansionem cum politiis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

XXV. 158.

1406. Apud Edinburgh, 27 Aug.[2]

REX confirmavit cartam Willelmi Wache de Dawik,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit DAVID HOPPRINGILL de Smalhame, et MARGARETE LUNDY ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in vitali redditu, et JACOBO HOPPRINGILL eorum filio, heredibus ejus et assignatis, hereditarie,—terras de Lowr, et occidentale latus terrarum de Estir Dawik, vic. Peblis :—REDDEND. annuatim regi unum den. albe firme :—TEST. M. Rob. Hoppringill rectore de Moirhame, Geo. Broun de Coilstoun,

[1] Names of assize :—Joh. Edmonstoun of that ilk, Gilb. Wauchop of Nudry-Merscheale, Nich. Ramsay of Dalhousy, Pat. Barroun, Joh. Pennecuke of that ilk, Arch. Fairlee of Braid, James Ramsay of Cokpen, James Lausoun in Humby, And. Wardlau of Waristoun, George Towris of Birsto, Joh. Cranstoun in Litill Prestoun, Alex. Spens bailie of Edinburgh, Wil. Elphinstoun burgess of the same, Tho. Portuus, Tho. Giffart in Dalkeith.

[2] Dated an. reg. 22. Placed here according to the A.D.

Geo. Hoppringill de Torwodlee, David H. ejus fratre, Geo. Haldane, D. Thoma Hoppringill capellano:—Apud Gallowschelis, 11 Aug. 1534]:—NECNON aliam cartam ejusdem Wil.,—[qua,—in speciale warantum terrarum suprascriptarum,—concessit dictis David Hoppringill et Margarete Lundy in vitali redditu, et Jacobo Hoppringill hereditarie,—terras de Dawik, cum manerio et messuageo earundem, vic. Peblis :—REDDEND. annuatim regi unam rosam rubeam nomine albe firme :—TEST. *ut supra* (omisso Geo. Haldane):—Apud Gallowschelis, 12 Aug. 1534]:—INSUPER, pro bono servitio, concessit dicto Jac., heredibus ejus et assignatis,—jus suum ad dict. terras ratione recognitionis &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. XXV. 185.

1407. Apud Striveling, 2 Sept.

REX confirmavit cartam Andree domini Avendale, et Andree Stewart ejus filii et heredis apparentis,—[qua, cum consensu M. Johannis Chepman et M. Willelmi Henrisoun curatorum dicti And. filii, concesserunt JACOBO HAMMYLTOUN de Fynnart militi, heredibus ejus et assignatis, —terras et baroniam de Avendale, cum castro, fortalicio, molendinis, piscariis, annexis, *le outsetis*, tenentibus &c., advocationibus et donationibus ecclesiarum, capellaniarum et parochialium clericatuum officiorum, si que essent, earundem, vic. Lanark; — in excambium pro terris et baronia de Uchiltre, cum castro, fortalicio, molendinis, piscariis, *le outsetis*, tenentibus &c., advocationibus et donationibus ecclesiarum, capellaniarum et parochialium clericatuum officiorum, si que essent, earundem, extenden. in integro ad 100 marcatas terrarum antiqui extentus, vic. Air :—TENEND. de rege :—TEST. Magistris Rob. Galbraith rectore de Spott, Joh. Weddale rectore de Flysk ac officiali S. Andree infra archidiaconatum Laudonie, Joh. Lethane subdecano ecclesie colleg. Dive Trinitatis prope Edinburgh, Tho. Malcalzane, Tho. Slewman, Joh. Hammiltoun de Newtoun, Rob. Auchinlek de Gallowhill, Tho. Weir, Jac. Nasmyth : — Apud Edinburgh, 31 Aug. 1534]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. XXV. 148.

1408. Apud Striveling, 2 Sept.

REX confirmavit cartam Andree Stewart filii et heredis apparentis Andree domini Avendale, ac dom. feodi terrarum subscript., —[qua,—cum consensu patris sui, dom. liberi tenementi earundem, necnon M. Johannis Chepman et M. Wil. Henrisoun curatorum suorum,—concessit JACOBO HAMMILTOUNE de Fynnart militi, heredibus ejus et assignatis,—4 marcat. terrarum de Cauldstreme, cum terra cotagia earundem, 2 marc. de Netherfeild-dyke et Mureburnbank, 5 marc. de Westir Lethame, 4 marc. de Thre-Stanis, 18 marc. de Crukeburne, 3 librat. de Nethirtoun de Strathaven, 5 lib. de Gudisburne, Gallohil et Syde, cum terris cotagiis et brasinis dicti Nethirtoune, 8 marc. de Hesildene et Sanct-Laurence-chapel, antiqui extentus, infra baroniam de Stanehous, baronie de Avendale annexatas, 2 marcat. ant. ext. de Udinstounheid, cum terris cotagiis earundem, partibus, pendiculis, molendinis, piscariis, *le outsetis*, tenentibus &c., advocationibus et donationibus ecclesiarum, capellaniarum et parochialium clericatuum officiorum, si que essent, earundem, in baronia de Avendale, vic. Lanark;—in excambium pro terris &c. (*in carta* 1410 *contentis*) :—TENEND. de rege :—TEST. et de data *ut in carta* 1407] : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. XXV. 149.

1409. Apud Striveling, 2 Sept.

REX confirmavit cartam Andree domini Avendale, — [qua concessit JACOBO HAMMILTOUN de Fynnart militi, heredibus ejus et assignatis,—terras dominicales superiores et inferiores, vulgo *le* Ovir et Nethir Manis, de Avendale, extenden. ad 8 marcatas terrarum, cum castro, fortalicio, pratis, wardis, molendinis et ortis, unam marc. de Canerlee, 3 marc. de Nethirtoun de Strathaven, 2 marc. de Nethirfeild-dyke, 4 marc. de Ovirtoun, 8 marc. de Fermeland de Netherfeild, antiqui extentus, et molendinum granorum de Strathaven cum terris et multuris ejusdem, in baronia de Avendale, vic. Lanark;—in excambium pro terris &c. (*in carta* 1411 *contentis*) :—TENEND. de rege :—TEST. et de data *ut in carta* 1407] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. XXV. 152.

1410. Apud Striveling, 2 Sept.
REX confirmavit cartam Jacobi Hammyltoun de Fynnart militis,—[qua concessit ANDREE DOMINO AVENDALE in libero tenemento, ANDREE STEWART ejus filio et heredi apparenti in feodo, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Uchiltre, cum partibus, pendiculis, molendinis, piscariis, *le outsetis*, tenentibus &c., advocationibus et donationibus ecclesiarum, capellaniarum et parochialium clericatuum officiorum, si que essent, earundem (exceptis terris &c. *in carta* 1411 *contentis*), vic. Air ;—in excambium pro terris &c. (*in carta* 1408 *contentis*):— TENEND. de rege :— RESERVATA rationabili tertia sponse dicti And. senioris cum contingeret :—TEST. et de data *ut in carta* 1407]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxv. 153.

1411. Apud Striveling, 2 Sept.
REX confirmavit cartam Jacobi Hammyltoun de Fynnart militis,—[qua concessit ANDREE DOMINO AVENDALE, heredibus ejus et assignatis,—castrum et fortalicium de Uchiltre, 5 libratas terrarum dominicalium *le* Manis nuncupat., 6½ marcat. de Terrelgynnis, 20 sol. de Corslet, 20 sol. de Killauch, 2 marc. de Colquhallane, 4 marc. de Auchincloch, et 2 marc. de Galvellie, per Joh. Speir et Katherinam Ker ejus matrem occupat., antiqui extentus, in baronia de Uchiltre, que extendit in integro ad 100 marcat. ant. ext., vic. Air ; —in excambium pro terris &c. (*in carta* 1409 *contentis*):—TENEND. de rege :—TEST. et de data *ut in carta* 1407]:—TEST. 80. 98. 63. 71. 89. 16. 81. 94. 62. 37. 96. 97.
xxv. 220.

1412. Apud Striveling, 2 Sept.
REX confirmavit cartam Johannis Lindesay de Dunrod,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JACOBO HAMMYLTOUN de Fynnart militi, heredibus ejus et assignatis,—5 marcatas terrarum antiqui extentus de Thorntounpele, cum turre et fortaliciis, tenentibus &c., in dominio de Kilbride, vic. Lanark :— TENEND. de rege :—TEST. Joh. Hammiltoun de Newtoun, Joh. Myllar, M. Joh. Hammiltoun et M. Joh. Davidsoun notariis publicis :—cum subscriptione dicti Joh. L., mittendo manum ad pennam per dictum M. Joh. Hammiltoun :—Apud Glasgw, 1 Sept. 1526]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxv. 151.

ANNO REGNI 22. ANNO DOMINI 1534.

1413. Apud Striveling, 10 Sept.[1]
REX confirmavit cartam Andree dom. de Uchiltre,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JACOBO HAMMYLTOUN de Fynnart militi, heredibus ejus et assignatis,—6½ marcatas terrarum de Terrelgynnis, 20 sol. de Corslet, 20 sol. de Killauch, 2 marcat. de Colquhallane, et 4 marcat. de Auchincloch, in baronia de Uchiltre, vic. Air :—TENEND. de rege :— TEST. *ut in carta* 1407 :—Apud Edinburgh, . . . Sept. 1534]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxv. 150.

1414. Apud Edinburgh, 12 Sept.[2]
REX confirmavit cartam Jacobi Lile dom. feodi terrarum et dominii de L. et piscarie subscript.,—[qua,—cum consensu patris sui Johannis dom. L., domini liberi tenementi earundem,—pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI DOMINO ERSKIN, heredibus ejus et assignatis,— tertiam partem piscarie salmonum in fluvio de Clyde infra bondas de *lie* Crukitschot, extenden. ad piscationem unius cimbe, vulgariter *ane cobill*, vic. Dunbertane :—TENEND. de rege ; cum potestate cimbam, rethia et salmones trahendi, portandi et custodiendi, et edificia seu domus piscium super terris dicti Jac. L. adjacentibus construendi :—TEST. Waltero Seytoun filio et herede apparente Niniani S. de Towch

[1] Dated an. reg. 21. Placed here according to the A.D.

[2] Dated an. reg. 21; the A.D. is not given. Royal charters in this reign are almost always dated as though James V. had begun to reign some days later than 9th September.

militis, M. Rob. Galbrath rectore de Spot, D. Jac. Nicholsoun capellano, Joh. Lyndesay, Wil. Lyndesay, Alex. Mont, Donaldo Fullartoun, Alex. Young notario publico: —Apud Edinburgh, 29 Sept. 1534 (*sic*)]: —TEST. 80. 98. 63. 71. 89. 16. 81. 62. 83. 93. 96. 97. xxviii. 1.

1415. Apud Linlithqw, 17 Sept.[1]

REX, cum consensu compotorum rotulatoris ac scaccarii sui auditorum, ad feodifirmam dimisit GILBERTO GREIRSON de Daltoun,—5 marcatas terrarum antiqui extentus de Castelmaddy, in senesc. Kirkcudbrycht, vic. Drumfres;—que nunquam denarii proficuum regi persolverunt, sed fuerunt predecessorum dicti Gilb., tente de quondam Arch., Wil. et Jac., comitibus de Douglas et dominis Galwidie, per servitium warde, et in manibus predecessorum regis devenerunt ob forisfacturam dictorum Arch. &c.; et abhinc dictus Gilb. et predecessores brevia, sasine instrumenta &c. de dict. terris de rege per servitium warde tenendis obtinuerunt; quamvis dict. terre in regis rentali extiterunt et dictus Gilb. sepius citatus est ad vidend. dict. terras decerni regi tanquam regis proprietatem pertinere:— INSUPER, pro bono servitio dicti Gilb., remisit firmas &c. de terminis elapsis:—TENEND. dicto Gilb. et heredibus ejus masculis quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—REDDEND. annuatim 3 marcas, cum maritagio heredum cum contingeret; et duplicando dictam firmam ad introitum heredum; ac edificando mansionem cum politiis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 155.

1416. Apud Linlithqw, 17 Sept.

1471. Apud Jedburgh, 6 Maii.
REX concessit ALEXANDRO FRASER filio et heredi apparenti Alexandri F. de Phillorthe, et BEATRICI KEITH ejus sponse,—terras de Utlaw et Tiverte, cum pendiculis, vic. Bamff, et per annexationem infra baroniam de Phillorthe et vic. Abirdene ;—quas dictus Alex. senior resignavit : —INSUPER, pro bono servitio dicti Alex. senioris, voluit rex quod dicta resignatio nulla esset ruptio dicte baronie :—TENEND. dictis Alex. juniori et Beat. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Alex. senioris quibuscumque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 192.

1472. Apud Jedburgh, 7 Maii.
REX confirmavit WILLELMO SCOT de Baluery militi, et ISOBELLE LYNDESAY ejus sponse,—terras de Carny *alias* Wester Strathmeglo, cum turre et fortalicio earundem, terras de Redy, Langisland, Drumrechmak, Ramoir, Carincat, et orientale molendinum de Strauthmeglo, in baronia de Strathmeglo, vic. Fyff ;—quas idem Wil. personaliter resignavit :—TENEND. dictis Wil. et Is. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 189.

1473. Apud Peblis, 15 Maii.
REX confirmavit cartam Jacobi Crechtoun de Frendraucht militis,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit consang. suo GEORGIO CREICHTOUN, heredibus ejus et assignatis,—terras de Conze, vic. Abirdene : — RESERVATO Jacobo Dunbar, heredibus ejus et assignatis, parvo monte vulgariter nuncupat. *the Grenehill*, prope *le* Newhall :—FACIEND. regi servitia debit. et consuet., necnon wardam &c. cum contingerent :—TEST. Wil. Lioun de Colmelegy, M. Laurentio Young camerario Abirdonen., Jacobo Irwin, Alex. Auchinlek, D. Willelmo Crukeschank, M. Wil. Hay notario publico :—Apud Frendraucht, 10 Maii 1535] :—TEST. 80. 98. 63. 71. 89. 16. 81. 62. 83. 93. 96. 97. xxv. 221.

1474. Apud Striveling, 2 Jun.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Jacobi Creichtoun militis de Fyndraucht,—[qua in puram elemosinam concessit D. Willelmo Cristesoun et ejus successoribus, capellanis perpetuis ad altare B.V.M. in sancello ECCLESIE PAROCHIALIS DE FORG per se edificatum,—annuum redditum 24 marcarum de terris suis de Bogny in baronia de Frendraucht, vic. Abirdene, et illis deficientibus, de aliqua alia parte dicte baronie :—TEST. Willelmo Lioun de Colmalegy, Wil. Spens de Boddum, Geo. Creichtoun de Conze, Jac. Irring filio et herede apparente Alexandri I. de Tullocht :—cum subscriptione manuali dicti Jac. Creichtoun, ducta per notarium publicum : — Apud Frendraucht, 8 Maii 1535] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 203.

1475. Apud Edinburgh, 10 Jun.
REX ad feodifirmam dimisit ROBERTO DOMINO MAXWELL, et Domine AGNETI STEWART comitisse de Bothwell ejus conjugi,—terras dominii et baronie de Butill subscript., viz. villam de Butill cum molendino de B., Munchies, Barscheane, Marynauch, Castelgour, Balgredane, Guffokland, Corwarie, Nethir Keltoun *alias* Hawmure cum insula, Quhitcarne, Clone, Auld-Cokleis, Knokmekill, Knok-litill, Kulgnaw, piscariam de

Wr, Cwle, Corbertoun, Daldawane, Louchdowganis Our, Myddill et Nethir, *le* Markis, marcatam terrarum de Kilbride, Moit de Wr, Jaiglik, Myle-bank, Litill Richerne, Sleingaw, Carlinwerk, cum universis aliis partibus &c., in dominio de Galloway, senesc. Kirkcudbrith, extenden. annuatim ad 199 libras 16 sol. 4 den., et quolibet quinquennio 199 lib. 16 sol. 8 den. grassume ;—pro bono servitio dicti Rob., necnon pro resignatione terrarum et dominii de Craufurd-mure et Dunsire dicto Rob. prius dispositarum :—TENEND. dictis Rob. et Ag. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. de eorum corporibus procreat. absque divisione, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Rob., quibus def., seniori heredum fem. cuicunque :—REDDEND. annuatim 245 lib. 6 sol. ; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum; ac reddend. maritagium heredum cum contingeret; necnon edificando mansionem cum politiis :—TEST. 80. 98. 63. 71. 89. 16. 81. 62. 83. 93. 96. 97.

xxv. 198.[1]

1476. Apud Edinburgh, 10 Jun.

REX dedit literas legitimationis WILLELMO BLAKWOD bastardo, filio naturali D. Jacobi B. vicarii de Strowane.

xxvii. 55.

1477. Apud Striveling, 12 Jun.

REX confirmavit cartam Alexandri magistri Craufurdie domini Lyndesay, ac feodatarii baroniarum de Ferne et Newdosk,—[qua confirmavit consanguineo suo DAVIDI LYNDESAY de Edzele, et Domine JANETE GRAY domine de Lowet ejus conjugi,—terras de Auchnacrye, Brustoun et Auchloquhy, in baronia de Ferne, vic. Forfar ;—quas idem David resignavit :—TENEND. dictis Dav. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Dav. quibuscumque, de rege :—REDDEND. annuatim servitium warde &c., necnon tres sectas ad tres curias capitales vic. de Forfar : —TEST. Joh. Oxstoun (Ogstoun) de Fethircarne, Rob. Craib, Joh. Lyndesay, David Murray, D. Wil. Myl curato de Edzele, D. Tho. Myll, D. David Broun vicario de Edzele, D. Tho. Fyndlaysoun, capellanis et notario publico :—Apud Edzele, 26 Maii 1535] :—NECNON aliam cartam ejusdem Alexandri,—[qua confirmavit dictis Davidi Lyndesay et Jonete Gray, — terras de Auchmule, cum molendino ejusdem, terras de Doulebug, cum pendiculis earundem, in baronia de Newdosk, vic. Kincardin ;—quas idem Dav. resignavit :—TENEND. *ut supra* :—REDDEND. annuatim servitia warde &c., necnon tres sectas ad tres curias capitales vic. de Kincardin :—TEST. et de data *ut sup.*] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxv. 195.

1478. Apud Striveling, 16 Jun.

REX, cum consensu matris sue, ad feodifirmam dimisit JACOBO DOW, et MARGARETE MUSCHETE ejus sponse,—quartam partem et decimamsextam partem terrarum et ville de Estir-Row, extenden. in novo rentali ad 10 libras 8 sol. 4 den., dimedietatem terrarum de Brokland, ad 8 lib. 6 sol. 8 den. cum nonnullis martis, in senesc. de Menteith, vic. Perth ;—que per regem Jac. IV. pro dict. summis in feodifirma assedate fuerunt :—TENEND. dictis Jac. et Margarete ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Jac., quibus def., seniori heredum fem. absque divisione : — SOLVEND. annuatim matri regis, et post ejus decessum regi, pro Estir Row 10 lib. 8 sol. 4 den., pro Brokland 8 lib. 6 sol. 8 den. cum martis ; ac duplicando dict. firmas ad introitum heredum ; necnon edificando mansionem cum politiis : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 223.

1479. Apud Edinburgh, 20 Jun.

REX ad feodifirmam dimisit JACOBO SINCLER de Sanda militi, et BARBARE STEWART ejus conjugi, — terras et insulam de Sanda et Stronsay, cum *le*

[1] The list of witnesses is taken from the confirmations of the above, Nos. 1692 and 1694 *infra*.

Holmis earundem, Rynitsay, Papay et Owskare nuncupat., in dominio et comitatu de Orknay, extenden. annuatim ad 100 libras :—TENEND. dictis Jac. et Barbare, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Jac., quibus def., seniori heredum fem. cuicunque absque divisione, de rege tanquam com. et dom. de Orknay : — SOLVEND. annuatim 200 marcas; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politiis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

XXV. 200.

1480. Apud Striveling, 22 Jun.

REX, etatis perfecte 23 annorum existens, —pro bono servitio per Geo. dom. Hume, ejus antecessores, amicos et participes impenso, rebelles suos ac veteres Anglie inimicos tempore guerre resisten., ac quia quondam Alex. dom. H. frater dicti Geo. pro parvis criminibus forisfactus erat, &c., —concessit dicto GEORGIO DOMINO HUME, et Domine MARIOTE HALIBURTOUN ejus conjugi, et ipsorum alteri diutius viventi, in vitali redditu, et ALEXANDRO HUME eorum filio et heredi apparenti in feodo,—tertias partes terrarum et baronie de Dirltoun, cunicularium, piscariarum, tenentium &c., tertiam advocationem prepositure earundem, tertias terrarum et baronie de West Fentoun, tenentium &c. earundem, terrarum de Boltoun, molendinorum, tenentium &c. earundem, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; tertiam terrarum et dominii de Haliburtoun, et baronie de Lambdene, tenentium &c. earundem, advocationis capellanie de Haliburtoun, vic. Beruik; tertiam terrarum et baronie de Segy, molendinorum, tenentium &c., vic. Kinros; tertiam dimedietatis terrarum et baroniarum de Ballegarno et Abirnite, et tertie terrarum et baronie de Forgundevyny, tenentium &c., et tertie tertiam advocationem capellanie de F., vic. Perth; terras et baroniam de Broxfeild, cum molendinis, tenentibus &c., vic. Roxburgh; terras de *lie* Manys de Thorntoun nuncupat. Over T. et Nethir T., Thorntoun-dodis et Auldschele, cum turre, cuniculario et molendino;—necnon dicto Geo. in vitali redditu et dicto Alex. in feodo,—residuum terrarum de Thorntoun, cum tenentibus, tenandriis, annexis &c., nuncupat. Akingaw, Monynet, Creichneis, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh, et per annexationem in baronia et vic. de Renfrew; terras et baronias de Hume, Dunglas, cum castris, fortaliciis, molendinis, pendiculis, tenentibus &c., advocatione prepositure et prebendarum ecclesie collegiate de Dunglas, terras de Sisterpeth, Kello et Chirnsyde, cum tenentibus &c., advocatione rectorie ecclesie de C., 20 terras husbandias de Lethane jacen. insimul nuncupat. *lie* Volt, 4 marcatas terrarum in villa de Lethame que quondam Edwardo Reidpeth pertinebant, terras de Howlawis, Manderstoun, 6 marcat. de Marsingtoun nuncupat. *le* Plewlandis, 6 marcat. de Hassingtoun, terras et baroniam de Estir Upsatlingtoun, cum piscaria de Halyweill in aqua de Tueid et omnibus aliis piscariis infra dictam baroniam, advocatione rectorie ecclesie de Upsatlingtoun, terras de Todrik, Baitscheile, 2 terras husbandias in villa et territorio de Duns vocat. Panlawrig, terras de Foulschotlawys, terras de Grenlaw vocat. *lie* Tenandrie, cum manerio, molendinis, annexis, tenentibus &c., vic. Beruik; terras et baroniam de Hassindene, cum tenentibus &c., terras de Apiltrehall, terras et baroniam de Hownum-manys, Over-Chatto, Over Craling, cum manerio, molendinis, multuris, tenentibus &c., terras de Lyne, vic. Roxburgh; dimedietatem terrarum de Inveralloun, molendini et piscarie ejusdem, vic. Striveling; terras et dominium de Ewisdale, cum tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum superioris et inferioris earundem, terras de Fiddiltoun, Blakhall, Glenvorane, Glenrauchane, Hardway, Mospaull, Unthank, Mospeble, et reliquas terras infra dictum dominium, vic. Drumfres; dimedietatem de Maw, vic. Fyffe; terras de Sammelstoun, cum manerio, molendinis, tenentibus &c., advocatione capellaniarum earundem, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; terras de Leyhouse, in territorio de Stanypeth, dominio de Dun-

bar, constab. et vic. antedictis ; terras de Tynnes cum turre earundem, in dominio de Ettrik-forest, vic. Selkirk;—quas terras de Sammelstoun idem Georgius, et Dirltoun, West-Fentoun, Haliburtoun, Lambdene, Segy, Ballegarno, Abirnite, et Forgundevyny, eadem Mariota, resignaverunt ; et relique terre fuerunt dicti Alex. dom. H., et regi devenerunt ob ejus forisfacturam, et donationes regis desuper facte revocate extiterunt ; et quas omnes rex incorporavit in liberam baroniam de Hume, et voluit castrum de H. principale esse messuagium : —TENEND. dictas tertias partes &c. dictis Geo. et Mar. in vitali redditu, dicto Alex. hereditarie et heredibus ejus de corpore procreandis, quibus deficientibus, heredibus inter dictos Geo. et Mar. procreatis, quibus def., heredibus dicte Mar. quibuscumque ; Hume, Dunglas, Sisterpeth et Kello dicto Georgio in vitali redditu, dicto Alex. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., ejus legit. et propinquioribus heredibus masculis cognomen et arma de H. gerentibus ; reliquas terras &c. dictis Geo. et Mar. in vitali redditu, dicto Alex. et heredibus ejus quibuscumque in feodo, cuilibet pro ejus parte ; viz. Thorntoun de rege tanquam senescallo Scotie, cetera de rege ; Tynnes dicto Alex. et heredibus masc., quibus def., seniori heredum fem. absque divisione in feodifirma, residuum in feodo ac libera baronia :—REDDEND. annuatim pro Hume, Dunglas, Sisterpeth et Kello unum den. argenti nomine albe firme; pro Tynnes 50 lib., duplum dict. firme ad introitum heredum, et alia onera contenta in carta per Jac. IV. regem dicto Alex. dom. H. confecta ; pro residuo jura et servitia debit. et consuet. : —cum potestate veteres tenentes de novo infeodandi :—PROVISO quod si dicti Geo. et Mar. decederent ante dicti Alexandri legit. etatem 21 annorum, rex terrarum in warda tentarum wardam et proficua maritagii haberet :—et rex ad perfectam etatem 25 annorum hanc cartam ratificare promisit in verbo regio :—TEST. 80. 98. 63. 101. 89. 16. 81. 62. 83. 93. 96. 97. xxvi. 173.

1481. Apud Striveling, 24 Jun.

REX concessit JOHANNI HUME, filio naturali quondam Alexandri dom. Hume, —terras et loca de Kettillschelis, Horsopcleuch, Croncle, Handeriswod, Birecleuch et Trottandschaw, cum terris foreste de Dy, tenentibus &c., vic. Beruik ;—quas Joh. Striveling de Keir miles resignavit : —TENEND. dicto Joh. H. et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., dicto Joh. S. et legit. et propinquioribus heredibus ejus quibuscumque reversuras :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 252.

1482. Apud Striveling, 30 Jun.

REX confirmavit cartam Thome Fraser de Stanywod, —[qua concessit nepoti suo ANDREE FRASER filio et heredi apparenti Andree Fraser de Kilmundy, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Stanywod et Mukwell, cum molendinis, multuris et piscariis, vic. Abirdene : —TENEND. de rege : —RESERVATO libero tenemento dicto Tho.:—TEST. Alex. Fraser fratre germano dicti Tho., M. Joh. F. filio dicti Tho., Tho. Banerman, M. Tho. Kene et Andrea Richardsone notariis publicis :—Apud Edinburgh, 29 Jun. 1535] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 206.

1483. Apud Striveling, 30 Jun.

REX confirmavit cartam Johannis domini Forbes,—[qua, pro favore &c., concessit ELIZABETHE LIOUN filie quondam Johannis dom. Glammys, in ejus virginitate, in vitali redditu,—terras de Fyntra subscript., viz. Mckill Fintra, Carnyhill, Laterty, Allauthane, Brakanis et Bawcharis, vic. Abirdene :—TENEND. de rege :—TEST. Geo. Meldrum de Fyvie, Jac. Johnstoun de eodem, Rob. Lummisdene de Madler, Walt. Skrimgeour de Glaswell, M. Math. Lummisdene et M. Johanne Lindesay de Blarefidden notariis publicis :—Apud Edinburgh, 27 Jun. 1535]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 21.

1484. Apud Striveling, 1 Jul.

REX confirmavit cartam Jacobi Gordoun de Mydmar,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JACOBO CHENE burgensi de Abirdene, heredibus ejus et assignatis,—dimedietatem solarem terrarum de Estoun, in Cromar, in baronia de Abir-

yeldy, vic. Abirdene :—TENEND. de rege :—TEST. M. Andrea Tulidef, Wil. Gordoun, Joh. Leith, Wil. Cristesoun, Rob. Barbour, M. Joh. Howesoun et M. Joh. Nicholsoun notariis publicis : — Apud Abirdene, 22 Jun. 1535]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 204.

1485. Apud Edinburgh, 6 Jul.

REX concessit GILBERTO COMITI DE CASSILLIS, heredibus ejus et assignatis, —2½ marcatas de *lie* Hill (per Joh. Weir, Alex. Ahannay et Donaldum Maktere inhabitatas), 20 sol. de Laysin (inhabitat. per Tho. Feane), 20 sol. de Nethir et Ovir Knokdone, antiqui extentus, extenden. annuatim ad 13 libras 6 sol. 8 den., in dominio de Dunduff, vic. Carrik ;— que fuerunt Johannis Dunduff de eodem, filii et heredis quondam David D. de eodem, de rege tanquam com. de Carrik tente per servitium warde ; et Tho. Corry de Keldwod, vicecomes in hac parte, Jacobo Kennedy ballivo de Carrik et Fergusio Dalrimple ejus deputato precepit quatenus eorum curiarum rotulamenta lata pro dicto Gilb. et Domina Isobella Campbell ejus matre pro summis super dictum Joh. recuperatis executioni demandarent, viz. pro 88 libris 10 sol. 8 den. pro decimis garbalibus 12 marcatarum terrarum de Dunduff, necnon pro 178 lib. 15 sol. 4 den. per dictam Isob. relictam et executricem quondam Gilberti com. de Cassillis recuperatis (in curia apud Brumehillis juxta Maybole, 31 Oct. 1533), cujus summe dicta Is. dictum suum filium assignatum suum fecit (de data apud Corsragwell, 24 Apr. 1534, sub signo et subscriptione D. Georgii Blair capellani ac notarii publici) ; et 16 Feb. 1534 apud Ovir Knokdone terre suprascripte appreciate sunt pro dictis summis et dicto Gilb. vendite :—et voluit rex quod dictus Joh., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dict. summas persolverent infra septennium: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 236.

1486. Apud Striveling, 7 Jul.

REX confirmavit cartam Andree Toscheauch de Monze, — [qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI DRUMMOND de Innerpeffray, et MARGARETE STEWART domine Gordoun ejus sponse,—quartam partem suam terrarum de Dalpatrik, in senescallatu de Stratherne, vic. Perth ; necnon terras de Kepnaclanze, in eisdem senesc. et vic., in speciale warantum earundem :— TENEND. dictis Joh. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Johannis quibuscumque, de rege :—TEST. Alex. Maxtoun de Cullequhay (Cultequhay ?), Joh. Drummond de Bordland, Joh. Drummond de Petcalloune, Joh. Drummond de Cullezaddoycht (Cultezaldoycht ?), D. Joh. Mathy vicario de Monze, D. Math. Moschet, D. Wil. Drummond, D. Tho. Broun notario publico :—Apud Drummen, 20 Jun. 1535] : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 215.

1487. Apud Striveling, 7 Jul.

REX confirmavit cartam familiaris servitoris sui Jacobi Colvile de Est-Wemis militis, compotorum rotulatoris,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit (servitori et consiliario regis) M. ADE OTTIRBURNE de Auldhame,[1] et EUFAMIE MOWBRAY ejus sponse, et ipsorum alteri diutius viventi in libero tenemento, et JOHANNI OTTIRBURN, filio et heredi apparenti dicti Ade, in feodo, —terras de Gorgy, cum manerio et molendino, vic. Renfrew :—TENEND. dictis Ad. et Euf. in libero tenemento, dicto Joh. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Rob. O. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Tho. O. ejusdem fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Ade quibuscumque, de rege tanquam senescallo Scotie :—TEST. M. Joh. Chesolme cancellario Dunblanen., Patricio Sincler de Castellaw, Michaele Tullo de Hilcarny, Umfrido Murdoch, David Wallace, Wil. Ogill notario publico :—Apud Edinburgh, 6 Jul. 1535]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 231.

[1] In introductory clause styled "de Reidhall."

1488. Apud Striveling, 11 Jul.
REX, cum consensu matris sue, ad feodifirmam dimisit M. DUNCANO OMAII, —terras de Rednoch, cum molendino, terris molendinariis et multuris earundem, in dominio de Menteith, vic. Perth, extenden. annuatim terras ad 20 marcas, et 24 sol. monete martarum, molendinum ad 12 bollas farine :—TENEND. dicto Duncano et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—SOLVEND. annuatim matri regis, et post ejus decessum regi, pro terris 21 marc., et 24 sol. monete martarum, pro molendino 12 bol. farine; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politiis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. XXV. 352.

1489. Apud Striveling, 12 Jul.
REX confirmavit cartam quondam David comitis Craufurdie dom. Lyndesay,—[qua concessit servitori suo (quondam) THOME FOTHRINGAME de Powry, heredibus ejus et assignatis,—dimedietatem terrarum de Murhouse, ex parte orientali torrentis ejusdem, in baronia sua de Inveraridy, vic. Forfar;—quam quondam D. Thomas Lyn capellanus resignavit :—TENEND. de dicto Dav. pro vita sua, et post decessum dicti Dav. de rege :—REDDEND. annuatim unum den. albe firme :—TEST. Alex. Lyndesay de Ochtirmunsy fratre germano dicti Dav., Alex. Guthre de eodem, Hen. Carmychele rectore de Fynevyne, Gilb. Tyry rectore de Lyn, in artibus magistris, Roberto Seres notario publico :—Apud Dunde, 9 Jul. 1486] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. XXV. 211.

1490. Apud Striveling, 14 Jul.
REX concessit, et pro bono servitio quitteclamavit, HUGONI COMITI DE EGLINGTOUN dom. de Montgomery, et ejus heredibus,—officium coronatoris terrarum infra limites de Cunynghame, tam in burgo quam extra, terrarum spiritualium et temporalium, cum feodo et devoriis dicto officio spectantibus, vic. Are;—quod Joh. Cunynghame de Caprintoun personaliter resignavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. XXV. 207.

1491. Apud Striveling, 14 Jul.
REX concessit familiari servitori suo PATRICIO HUME, in vitali redditu,—dimedietatem ville et terrarum dominicalium de Rutherfurde, molendini et piscarie earundem, vic. Roxburgh;—quam Helena Ruthirfurd de eodem resignavit : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. XXV. 209

1492. Apud Striveling, 20 Jul.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Alexandri Ellem de Butterdene,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit Isobelle priorisse MONASTERII DE CAULDSTREME, et monialibus ejusdem, et earum successoribus, — dimedietatem suam terre husbandie infra villam et territorium de Hirsell, vic. Beruik :—TENEND. de rege :—TEST. M. Joh. Lethane subdecano ecclesie collegiate S. Trinitatis prope Edinburgh, Wil. Cokburn de Chouslie, Niniano Ellem, Georgio Sinclar, Niniano Cokburn, Donaldo Foulartoun, Alex. Young notario publico :—Apud Edinburgh, 17 . . , 1535] : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. XXV. 294.

1493. Apud Edinburgh, 27 Jul.
REX ad feodifirmam dimisit familiari suo JOHANNI BORTHIK militi, pro ejus bono servitio,—2 marcatas terrarum vocat. Lachalpin, 5 marc. vocat. Mychly, 4 marc. vocat. Carne, 3 marc. vocat. Fenoly, antiqui extentus, vic. Wigtoun, extenden. in rentali suo ad 28 marcas :—TENEND. dicto Joh. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—SOLVEND. annuatim 29 marc.; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum aula, camera, coquina, orreo, bostari, columbari, ortis, pomeriis, sepibus &c. :—TEST. 80. 98. 63. 101. 89. 16. 81. 62. 83. 93. 96. 97. XXVIII. 3.

1494. Apud Striveling, 28 Jul.
REX confirmavit cartam Willelmi Sincler de Finlarg,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, concessit WILLELMO WOD de Bonyntoun, heredibus ejus et assignatis,—dimedietatem suam terrarum de Finlarg ad umbram, vic. Forfar :—REDDEND. regi servitium debit. et consuet. nomine warde

et relevii :—TEST. Rob. Carnegy de Kynnard, M. Pat. Carnegy, D. Joh. Mortimere, M. Wil. Scott notario publico :—Apud Bonyntoun, 14 Jul. 1535] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 212.

1495. Apud Striveling, 28 Jul.
REX concessit thesaurario suo WILLELMO ABIRDONENSI EPISCOPO, heredibus ejus et assignatis,—tenementum terre infra burgum de Edinburgh ex parte australi in Libertonys-wynde, inter tenementum heredum quondam Henrici Libertoun, et tenementum quond. Johannis Williamsoun tunc Nicholai Craufurde de Oxingangis clerici justiciarie ;—quod fuit M. Willelmi Jhoneson filii et heredis quond. Jacobi J. dicti burgi burgensis, et tunc regi devenit pro dicti Wil. J. contumacia ob ejus non comparitionem coram Jac. archiepisc. S. Andree et ejus commissariis in hac parte specialiter constitutis accusari de heresi, sicut ipse Wil. J. de heresi abjuratus et postea relapsus ac pro ejus non comparitione hereticus declaratus extitit, et ob id omnia ejus bona regi adjudicata sunt :—RESERVATO . . . . . Adamson matri dicti Wil. J. vitali redditu unius partis dicti tenementi :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 213.

1496. Apud Striveling, 28 Jul.
REX confirmavit cartam quondam Andree Kynnard de eodem, dom. superioris dimedietatis terrarum et baronie de Nauthane, —[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit M. THOME MELDRUM de Segye, heredibus ejus et assignatis,—dimedietates terrarum de Segye, tam in superioritate quam in proprietate seu quovis alio jure sibi spectan., in baronia de Nauchtane, vic. Fyffe ; cum universis aliis terris seu annuis redditibus infra dominium de S. et baroniam de N. sibi qualitercunque spectan.: —TENEND. de rege :—INSUPER terras suas de Kynnard, Skelbo et alias quascumque et annuos redditus in securitatem dict. terrarum &c. assignavit :—TEST. M. Wil. Meldrum archidiacono Dunkelden., D. Wil. Guyld capellano, Thoma Monypenny, Jacobo Myl, Joh. Lyll, Geo. Robertsone notario publico: —Apud Dunde, 8 Jan. 1518]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Tho., dict. terras &c. quitteclamavit :—TEST. 80. 98. 63. 71. 89. 16. 81. 62. 83. 93. 96. 95. xxv. 217.[1]

1497. Apud Striveling, 29 Jul.
REX confirmavit cartam Georgii Hume de Lundeis,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit consang. suo GEORGIO SCHAW de Knokhill, heredibus ejus et assignatis,—terras nuncupatas Karenoch et Stank, extendentes ad 50 solidatas antiqui extentus, et 30 solidat. ant. ext. de Correquhorumby, in dominio de Menteith, vic. Perth : — REDDEND. annuatim regi pro Karenoch et Stank 5 libras pro Correquhorumby 4 lib. 16 sol. 8 den., nomine feodifirme :—TEST. Jac. Dow, Jac. Schaw, Pat. Cokburn, D. Rob. Ade notario publico: —Apud burgum de Striveling, 15 Jul. 1535]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 219.

1498. Apud Striveling, 29 Jul.
REX, cum consensu matris sue, ad feodifirmam dimisit JOHANNI DOG,—terras de Agglische-chynnauche, Ballecraggane et Gartincabire, in senescallatu de Menteith, vic. Perth, extenden. in firma et grassuma et *le mart-silvire* ad 17 libras 4 sol. 4 den.; —quas terras de A. et B. idem Joh., terras de G. Jacobus D. ejus frater, personaliter resignaverunt :—TENEND. dicto Joh. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :— REDDEND. annuatim matri regis, et post ejus decessum regi, 18 lib.; et duplicando dict. firmam ad introitum heredum ; necnon edificando mansionem cum politiis—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 249.

1499. Apud Perth, 31 Jul.
REX confirmavit THOME NARNE de Cromdale, et KATHERINE GRANT ejus sponse,—terras et baroniam de Cromdale, viz. Lothinthe, Over et Nether Auchnecrosky, Ballachappill, Runebellye, in baronia de C., vic. Invernes ;—quas idem Tho. resignavit :—TENEND. dictis Tho. et Kath. ac ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus,

[1] The list of witnesses is taken from the confirmation of the above, No. 1797 *infra*.

legitimis et propinquioribus heredibus dicti Thome quibuscumque :—FACIEND. jura et servitia debita et consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 214.

1500. Apud Perth, 2 Aug.
REX confirmavit JOHANNI CREICHTOUN de Strathurde militi, et JONETE SINCLER ejus sponse, — dimedietatem terrarum de Petlandiis, in baronia de Rogortoun, vic. Perth ;—quam idem Joh. resignavit :—TENEND. dictis Joh. et Jon. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Johannis quibuscumque :—FACIEND. jura et servitia debit. et consuet. :—TEST. *ut in carta* 1501. xxv. 225.

1501. Apud Edinburgh, 5 Aug.
REX concessit JOHANNI CRAUFURDE de Drongane, heredibus ejus et assignatis, —5 marcatas terrarum antiqui extentus *le* Manys de Auchincruif nuncupat., cum turre et pomerio earundem (valentes annuatim terras 20 marcas, turrim &c. 7 marc.), in balliatu de Kile-stewart, vic. Are ;—que fuerunt Johannis dom. Cathcart, de rege tanquam principe et senescallo Scotie tente per servitium warde ; et 30 Jul. 1535 apppreciate sunt[1] et dicto Joh. C. vendite pro 349 lib. 4 sol. ei debitis (pro firmis &c. 6 marcatarum 10 sol. terrarum ant. ext. de Park de Sundrum, nuncupat. *lie* Manis, Barboursyde, Carwilkin, et molendini de Kilmannach et terrarum ejusdem, vic. Air, per 4 annos, ac pro pretio nonnullarum avenarum et farine per dictum dom. a dicto Joh. Craufurde emptarum in festo S. Martini 1528), necnon pro 17 lib. 9 sol. 2 den. pro feodo Caroli Campbell in Bargowre, vicecomitis deputati de Are :—et voluit rex quod dictus dom., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocumque dictas summas persolverent infra septennium :—TEST. 80. 70. 63. 89. 16. 81. 62. 83. 96. 97. xxv. 224.

1502. Apud Striveling, 5 Aug.
REX concessit HENRICO AUCHMOWTY,—terras de Auchmowty, cum molendinis, tenentibus &c., vic. Fyffe ;—quas Alex. Auchmowty de eodem resignavit :—TEN-END. dicto Hen. (filio et heredi apparenti dicti Alex.) et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscumque reversuras :—RESERVATIS libero tenemento 3 quarteriorum dict. terrarum (dicto Alex.), et rationabili tertia totarum terrarum, cum novo orreo et *Newbyris* ejusdem, Agneti Bruce sponse dicti Alex. cum contingeret :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 331.

1503. Apud Crag, 6 Aug.
REX confirmavit ROBERTO FORBES de Echt, et ELIZABETHE FORBES ejus sponse,—terras de Cowly, vic. Kincardin ;—quas idem Robertus resignavit :—TENEND. dictis Rob. et Eliz. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Roberti quibuscumque :—TEST. 80. 70. 63. 89. 16. 46. 81. 62. 83. 96. 97. xxv. 218.

1504. Apud Dunbertane, 13 Aug.
REX ad feodifirmam dimisit THOME CALWERT juniori,—dimedietatem decimesexte partis et dimed. alterius dimedietatis decimesexte partis terrarum de Kingisbernis, in dominio et senesc. et vic. de Fyffe, dicto Tho. in novo suo rentali assedatas :—TENEND. dicto Tho. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—SOLVEND. annuatim 37 sol. 6 den., 6 bollas 3 firlotas frumenti, 8 bol. 1 firl. ordei, $5\frac{3}{4}$ capones ; ac duplicando dictam feodifirmam primo anno introitus heredum ; necnon edificando domos et alias politias necessarias solo correspondentes :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 226.

[1] Names of assize :—Joh. Mure of Caldwell, Mungo (Kentigernus) Mure of Rowallane, Geo. Craufurde of Lefnoreis, David Blair of Adamtoun, Joh. Mure of Auchindrane, Tho. Corry of Kelwod, Geo. Campbell of Stevinstoun, James Montgomery of Brigend, George Douglas of Pennyland, Rob. Cunyngame in Auchinhervy, John Campbell in Schankistoun, Wil. Reid of Halfpennyland, Geo. Hammyltoun of Bordland, Thomas Davidsoun of Grenane, James Reid in Craikstoun.

1505. Apud Dunbertane, 13 Aug.
REX ad feodifirmam dimisit WILLELMO CORSTORPHIN juniori, — decimamsextam partem terrarum de Kingis-bernis, in dominio et senesc. et vic. de Fyffe ;—cum consensu Wil. C. senioris, patris dicti Wil., qui eam in feodifirma prius habuit; et RESERVATO libero tenemento dicto Willelmo seniori :—TENEND. dicto Willelmo juniori et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—SOLVEND. annuatim 50 sol., 11 bollas ordei, 9 bol. frumenti, 7½ capones; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum; necnon edificando domos &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. XXV. 227.

1506. Apud Striveling, 22 Aug.
REX confirmavit cartam Patricii Culquhone de Pemonth, et Elizabeth Colvile ejus sponse,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendiderunt COLINO CAMPBELL de Ardkinglas, et MATILDE MONTGOMERY ejus sponse,—molendinum de Bute, cum terris et astricta multura ejusdem, vic. Bute :—TENEND. dictis Col. et Mat. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem., quibus def., heredibus masculis dicti Col. quibuscumque, quibus def., seniori heredum fem. absque divisione, de rege :—REDDEND. annuatim 13 marcas feodifirme; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum; necnon edificando dictum molendinum et domus ejusdem:—TEST. Pat. Maxwell de Newerk, Jac. Colvile compotorum rotulatore regis, Joh. Striveling de Keir milite, M. Joh. Chepman :—Apud Edinburgh, 9 Sept. 1535 (*sic*)] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. XXV. 269.

1507. Apud Striveling, 26 Aug.
REX ad feodifirmam dimisit JACOBO KIRKCALDY de Grange,—terras de Rathulit, cum molendino, brasina et astricta multura earundem, et astricta multura de Murdocarny et Star, in dominio et vic. de Fyffe; extenden. annuatim ad 39 libras 13 sol. 4 den., 30 bollas frumenti, 36 bol. ordei, 4 duodenas caponum et 24 pultrias :—TENEND. dicto Jac. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—SOLVEND. annuatim Fratribus Predicatoribus civitatis S. Andree 5 lib., regi 35 lib., cum frumento &c. (*ut supra*); ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politiis :—INSUPER revocavit omnes alias cartas aliis personis de dict. terris &c. confectas :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. XXV. 346.

1508. Apud Striveling, 26 Aug.
REX confirmavit cartam feodifirme per regem Jac. IV. quondam Roberto Colvile de Uchiltre, patri familiaris servitoris sui JACOBI COLVILE de Est-Wemis militis, compotorum rotulatoris, factam,—de terris de Tulicultre, cum molendino fullonum, in baronia de T., vic. Clakmannane :—INSUPER, post suam legit. etatem 21 annorum, pro bono servitio dicti Jacobi, voluit quod dictus Jacobus et ejus heredes non molestarentur quia dicta carta annuam solutionem 9 celdrarum brasii tantum in se proportavit, quamvis dict. terre in antiquo rentali cum 11 celdris 8 bollis brasii onerate fuerant ;—quia per longum spatium ante dict. donationem 2 celdre 8 bol. tenentibus dictarum terrarum allocabantur minimeque solvebantur : — quitteclamavit igitur jus suum ad revocationem dicte carte :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. XXV. 349.

1509. Apud Edinburgh, 27 Aug.
REX concessit JONETE PRESTOUN, heredibus ejus et assignatis,—superioritatem terrarum de Belloch vocatarum David-Rollokis-Belloch, vic. Perth ;—que fuerunt David com. Craufurdie, de rege tente per servitium warde, et de dicto Dav. tente per David Rollok in alba firma pro uno den. ; et 30 Jul. 1535 appreciate sunt et dicte Jon. (et Jacobo Rollok ejus conjugi pro ejus interesse) vendite pro 86 libris 13 sol. 4 den. dicte Jonete debitis (pro dimedietate summarum &c. subscript., viz. 5 celdris victualium, bina parte ordei et tertia parte farine, 4 duodenis pultriarum et 12 aucis, annuatim pro 7 annis ab anno 1516 per dictum com., ejus servitores et complices, a quondam Jacobo Hay burgensi de Dunde

spoliatis extra terras de Culzeauch, vic. Forfare, dicto Jac. pertinen., ac pro earum pretiis, viz. pro qualibet bolla 16 sol. in anno 1516, 15 sol. in ceteris annis, pro duodena pultriarum 6 sol., pro duodena aucarum 14 sol.), super dictum com. obtentis per dictam Jon. pro ipsa et tanquam executricem dicti Jac. H. et per dictum Jac. R. pro ejus interesse, necnon pro 4 lib. 6 sol. 8 den. pro feodo Oliveri Maxtoun clavigeri, vicecomitis in hac parte :—Et voluit rex quod dictus David com. Craufurdie, heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxv. 228.

1510. Apud Striveling, 1 Sept.
REX concessit familiari servitori suo JOHANNI CREICHTOUN de Drumcors, et ejus heredibus,—terras de Carmandenis Estir et Westir, vic. Linlithqw ;—que fuerunt dicti Joh., tente de Jacobo Hammiltoun olim de Kincavill, et regi devenerunt ratione eschaete ob nonnulla heresis puncta per dictum Jac. commissa, de quibus convictus ac fugitivus a legibus pro eisdem inobediens extitit :— TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxv. 336.

1511. Apud Crammald, 6 Sept.
REX concessit DAVID ARMSTRANG filio Herberti *alias* Habye Armstrang, et ejus heredibus,—5 marcat. terrarum antiqui extentus de Park, in Ewisdaill, vic. Drunfres ;—quas Rob. dom. Maxwell personaliter resignavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxv. 272.

ANNO REGNI 23. ANNO DOMINI 1535.

1512. Apud Falkland, 26 Sept.
REX confirmavit cartam Jacobi com. de Mortoun dom. Dalkeith,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit MALCOLMO DOMINO FLEMYNG, heredibus ejus et assignatis,—terras baronie de Kilbocho, cum tenentibus &c., et advocatione ecclesie de Kilbocho, in regalitate de Dalkeith, vic. Peblis :—RESERVATIS jure regalitatis dictarum terrarum &c., et libere tenentium servitiis sui itineris justiciarie :—REDDEND. annuatim dicto Jacobo 2 den. albe firme :—TEST. Willelmo Flemyng de Boghall, Joh. Douglas de Hauthornedene, Alex. Mure, Edwardo Kyncaid burgen. de Edinburgh, Geo. Douglas, Jac. Douglas, Gilb. Myll, Edw. Diksoun et Alex. Young notariis publicis:—Apud castrum de Dalkeith, 22 Jul. 1535] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxv. 275.

1513. Apud Falkland, 27 Sept.
REX confirmavit cartam Jonete Prestone, —[qua,—cum consensu sponsi sui Jacobi Rollok burgensis de Dunde,—pro summa pecunie persoluta, vendidit DAVID ROLLOK de Bello, heredibus ejus et assignatis, —superioritatem terrarum de Bello vocat. David-Rollokis-Ballo, que fuit David com. Craufurdie et dicte Jon. assignata est per regem, vic. Perth :—TENEND. de rege :—TEST. Georgio Rollok, David Rollok, Rob. Lawson, D. Roberto Fowlar, Rob. Seres notario publico :—carta manu dicti Jonete ad pennam deduct. subscripta : — Apud Dunde, 22 Sept. 1535] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxv. 229.

1514. Apud Striveling, 27 Sept.
REX confirmavit cartam Malcolmi domini Flemyng, magni camerarii Scotie,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit (servitori regis) JACOBO HAMMYLTOUN de Fynnart militi, heredibus ejus et assignatis,—5 libratas terrarum de Newtoun, et 5 lib. de Braikanrig, antiqui extentus, cum castris, turribus, fortaliciis, molendinis, piscariis, annexis, tenentibus &c., in baronia de Avendale, vic. Lanark :—TENEND. de rege :—TEST. Jac. Colvile de Eist-Wemis, Adam Ottirburne de Reidhall, militibus, D. Georgio Marschell thesaurario Abirdonen., M. Geo. Cuyk :—Apud Edinburgh, 25 Sept. 1535] : — INSUPER, pro bono servitio dicti Jac., quitteclamavit jus suum ad dict. terras ratione eschaete, forisfacture, recognitionis, nonintroitus &c. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxv. 230.

1515. Apud Falkland, 28 Sept.
REX confirmavit cartam Walteri Scott de Robertoun,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit fratri suo germano STEPHANO SCOTT in Valis, in vitali redditu, et JOHANNI SCOTT ejus filio, heredibus ejus et assignatis, hereditarie,—terras suas de Robertoun et Howcleuch, vic. Selkirk :—TENEND. de rege :—REDDEND. jura et servitia debit. et consuet. :—TEST. M. Michaele Scott de Aikwod, D. Wil. Gordoun capellano, Wil. Scott de Faldishop, Gilb. Scott, D. Niniano Bridin capellano et notario publico :—Apud Selkirk, 15 Jul. 1535] :—TEST. *ui in aliis cartis* &c. xxv. 285.

1516. Apud Falkland, 30 Sept.
REX confirmavit cartam Malcolmi M'Ke de Crauchlew,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WILLELMO BALYE in Dunregate, heredibus ejus et assignatis,—4 marcatas terrarum antiqui extentus de Blairschynnauch, in parochia de Langcastell, vic. Wigtoun :—TENEND. de rege :—TEST. Gualtero abbate Vallis Lucis, M. Johanne Mureheid rectore de Steneker, Alex. Mureheid, Jo. Baillie, Joh. Mure, And. Gray, David Wricht notario publico : —cum subscriptione manuali dicti notarii publici pro dicto Malc. subscribentis :—Apud Glenluce, 9 Aug. 1535] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 234.

1517. Apud Strlveling, 25 Oct.
REX confirmavit cartam Georgii Rollok burgen. de Dunde,—[qua, cum consensu Margarete Wedderburne conjugis sue, concessit filio suo et heredi apparenti RICHARDO ROLLOK, heredibus ejus et assignatis,—8 acras terre in campo orientali dominii de Dudope, in baronia ejusdem, vic. Forfar ;—que dictis Georgio et Marg. ratione conjuncte infeodationis spectabant : —TENEND. de rege :—RESERVATO libero tenemento dictis Geo. et Marg. et ipsorum diutius viventi pro tempore ipsorum vite duntaxat :—TEST. Magistris et Dominis Jo. Barry vicario de Dunde, Hen. Fethy, Tho. Weddirburne, Tho. Andersoun, David Roberti, capellanis et notariis publicis :—Apud Dunde, 22 Oct. 1535] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 250.

1518. Apud Striveling, 31 Oct.
REX confirmavit cartam Elizabeth Fallow unius heredum de Softlaw,—[qua,—cum consensu Joannis Bridin burgen. de Selkirk sponsi sui,—pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ANDREE KER de Prymsydloch, heredibus ejus et assignatis, —dimedietatem suam terrarum de Softlaw, vic. Roxburgh :—TENEND. de rege :—TEST. D. Wil. Bridin vicario de Selkirk, D. Niniano Bridin, D. Georgio Andersoun, capellanis, Jacobo Ker, Gawino Elwald, Jac. Bridin, Wil. Lauder, Tho. M'Dowall de Makcarstoun :—Apud Greneheid, 12 Jul. 1534] : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 235.

1519. Apud Striveling, 2 Nov.
REX, pro servitio sibi impenso, concessit KENTIGERNO TENNEND burgensi de Edinburgh, et ejus assignatis,—annuum redditum 40 sol. de terra et tenemento quondam Archibaldi Forestar de Corstorphin, in burgo de Edinburgh ex parte australi ejusdem, inter terram et venellam vocat. Forestaris-wynde, et terram Willelmi Raa ;—qui fuit Henrici Marscheall, et regi pertinebat ob dicti Henrici remanentiam infra Angliam per annum et diem absque regis licentia :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 293.

1520. Apud Falkland, 3 Nov.
REX concessit, et pro bono servitio &c. quitteclamavit, familiari servitori suo WILLELMO WOD de Bonyntoun, heredibus ejus et assignatis,—terras de Brenascuke cum molendino, in comitatu de Buchane, vic. Abirdene ;—quas Joh. Vaus de Many personaliter resignavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 254.

1521. Apud Striveling, 4 Nov.
REX,—cum Rob. abbas S. Crucis plateam strati publici infra burgum de Cannogait prope regis palatium S. Crucis edificare concessisset, que platea per commune passagium carrorum et bigarum rupta et destructa majori pro parte existebat,—ad reparationem et sustentationem dict. platee ac dicti palatii decorationem &c., concessit dicto abbati MONASTERII S. CRUCIS, et ejus successoribus,— unum denarium

de quolibet carro seu biga onerat., et obulum cujuslibet carri seu bige minime onustat., quotienscunque eosdem super dicta platea devenire contingeret, in compensatione custume et tributi (per) dicti abbatis predecessores prius levatarum ;—pro quo privilegio dicti abbas &c. dictam plateam quamcito debite possent edificare astricti fuerunt, et postea sustentare ;—cum potestate pro dictis custumis carros, bigas, equos vel eorum onera namare aut arrestare. xxv. 237.

1522. Apud Edinburgh, 6 Nov.
REX concessit M. JACOBO HEPBURNE decano Dunkeldensi (executori quondam Jacobi episc. Moravien.), heredibus ejus et assignatis,—2½ marcatas terrarum antiqui extentus de Ovir Erby (preben. annuatim 10 marcas), 3 marcat. ant. ext. de Cogart (preben. 20 marc.), 3 marcat. ant. ext. de Drumresche (preben. 10 lib.), 3 marcat. ant. ext. de Ovir Lagane (preben. 10 lib.), 3 marcat. ant. ext. de Crauchy (preben. 20 marc.), extenden. in integro ad 80 marcatas novi extentus, necnon unam marcat. ant. ext. *le Croft-under-the-wod* nuncupat. (preben. 4 marc.), in baronia de Partoun, senescallatu de Kirkcudbricht ;—que fuerunt Niniani Glendinwin de eodem, de rege tente ; et 4 Nov. 1535 appreciate sunt et M. Willelmo Thomsoun procuratori dicti Jac. H. vendite, viz. dicte 80 marcate pro 1066 libris 6 sol. 8 den. dicto episc. debitis et in dict. executorem translatis, et dicte 4 marcate pro 80 marc. pro feodo Petri Thomsoun *alias* Bute signiferi, vicecomitis in hac parte :—et voluit rex quod dictus Nin., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 340.

1523. Apud Frendrauch, 14 Nov.
REX confirmavit cartam Johannis Striveling de Keir militis,—[qua concessit consang. suo JOHANNI CREICHTOUN de Ruthvennis, heredibus ejus et assignatis, —terras dominicales, *lie* Manis, de Megille, cum brasina et fabrili, terris et devoriis earundem, vic. Perth ;—in excambium pro terris ejus de Kippendavy, vic. Perth, et pro 20 libratis terrarum de Touchadam, in baronia ejusdem, vic. Striveling :—TENEND. de rege :—TEST. Jacobo Creichtoun, And. Abircrummy, Patricio Creichtoun :—Apud Edinburgh, 10 Dec. 1533]:—INSUPER, si contingeret dict. terras a dicto Johanne C. recuperari vel redimi, ordinavit quod dictus Joh. C. haberet regressum ad terras de Kippandavy :—TEST. 80. 70. 63. 102. 103. 16. 57. 62. 37. 96. 97.
xxix. 50. et xxxi. 5.[1]

1524. Apud Frendraucht, 19 Nov.
REX confirmavit familiari servitori suo JACOBO CREICHTOUN de Frendraucht militi,—terras et baroniam de Frendraucht, cum castro, fortalicio, molendinis, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Abirdene ; terras et baroniam de Inverkeithnye, cum molendinis, piscariis, advocationibus ecclesiarum et capellaniarum, vic. Banff ; terras et baroniam de Mailherb et Forgundeviny, cum molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Perth ;—quas idem Jac. personaliter resignavit :—TENEND. dicto Jac. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Geo. C. nepoti quondam Gawini C. fratris quond. Willelmi dom. C. et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Jac. C. filio secundogenito Johannis C. de Strauthurd militis et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Roberto C. ejus fratri et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Martino C. fratri germano Jacobi C. de Cranstoun-Riddale castri de Edinburgh capitanei, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jac. C. filio Johannis C. de Innernyte et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jac. C. de F. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 248.

1525. Apud Linlithqw, 6 Dec.
REX confirmavit cartam David com. Craufurdie dom. Lyndesay,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit consang. suo JOHANNI CAMPBELL de Caldor militi, heredibus ejus et assignatis quibus-

[1] The clause at the end, beginning *Insuper*, is in the former copy only.

cumque, — terras et baroniam de Strathnarne, cum fortalicio de Casteldavy, tenentibus &c., annexis, *outsetis*, silvis, nemoribus, molendinis, multuris et eorum sequelis, cum donatione parochialis ecclesie de Lindichty, vic. Invernys :— TENEND. de rege :—TEST. Joh. Moncur de Ballwny, M. Hugone Lyndesay vicario de Inchebriok, M. Alex. M'Brak, M. Arch. M'Carbre rectore de Kilhomen, M. Joh. Lyndesay de Blarifiddane, Waltero Montgomery, D. Joh. M'Fale, M. David Robertsoun et M. Thoma Andersoun notariis publicis :—Apud Dunde, 10 Aug. 1535] : —INSUPER, pro bono servitio dicti Joh. C., dictas terras &c. quitteclamavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 238.

1526. Apud Striveling, 10 Dec.

REX,—pro bono servitio, ac pro certis gratitudinibus et proficuis sibi traditis,—concessit familiari servitori suo JACOBO HAMMYLTOUN de Fynnart militi, et ejus heredibus,—terras de Kincavill, cum molendino et indagine (*le Park*), vic. Linlithqw; necnon officium vicecomitis dicti vic., ac feoda &c. ejusdem; —regi pertinen. ob Jacobi Hammyltoun, olim de Kincavil, existentiam convicti et fugitivi a legibus pro heresi; — cum nonintroitu, firmis et devoriis earundem a tempore obitus Patricii H. de K. militis :—TEST. 80. 70. 63. 89. 16. 46. 81. 62. 83. 96. 97. xxv. 240.

1527. Apud Striveling, 14 Dec.

REX confirmavit cartam Johannis Hammiltoun de Tulloch et Brintwod,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JACOBO HAMMILTOUN de Fynnart militi, heredibus ejus et assignatis,—duas marcatas terrarum de Brintwod, necnon 8 marcat. de Tulloch, in balliatu de Kilestewart, vic. Are : — TENEND. de rege tanquam senescallo Scotie :— TEST. Wil. Sawar, Arch. Quhite, Jac. Wardrop, D. Tho. Jhonsone capellano ac notario publico :— Apud Brintwod, 12 Dec. 1535]:—INSUPER, pro bono servitio, concessit dicto Jac. &c., —omnem nonintroitum et forisfacturam, non obstan. majoris partis alienatione :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 239.

1528. Apud Falkland, 16 Dec.

REX confirmavit cartam Jacobi Skrymgeour constabularii de Dunde,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ANDREE BARRY burgensi de Dunde, filio et heredi quondam Richardi B. burgen. de D., heredibus ejus et assignatis quibuscumque,—10 acras terrarum (occupat. per Wil. Foular, Wil. Fyffe, Wil. Ramsay, Tho. Cowstoun et Joh. Andersone), in *ly* Est-feild de Dudup (inter *ly* Myddillsched et acram per Joh. Fyffe occupatam), 2 acras ad finem occidentalem dictarum 10 acrarum (per dict. Wil. Fyffe occupat.), 2 acras in *ly* Nether-feild (inter acram clientuli, nuncupat. *the Serjeand-akir*, et acras occupat. per Wil. Foular), cum acra vocat. *the Litill-akir* (occupat. per Jacobum Rolland et jacen. ex parte occidentali cujusdam crofte vocat. Gerriscroft), in baronia de Dunde, vic. Forfar ;—TENEND. de rege :— TEST. Geo. Rollok, M. Joh. Barry vicario de Dunde, D. Thoma Weddirburn, D. Wil. Lwid, D. David Lwid, David Roberti, notariis publicis :— Apud Dunde, 18 Jan. 1528] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 273.

1529. Apud Falkland, 16 Dec.

REX,—cum consensu matris sue, et Henrici dom. Methven ejus sponsi,—ad feodifirmam dimisit MARGARETE HOUSTOUN, sponse quondam Willelmi Striveling de Glorat,—terras de Arnbeg, cum molendino, terris molendini, *lie suckin*, multuris usitat. et consuet., in dominio de Menteith, vic. Perth, extenden. in rentali suo ad 6 marcas, et dimediam celdram farine : — TENEND. dicte Marg. et heredibus masc. inter eam et dictum Wil. legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione : — REDDEND. annuatim matri regis, et post ejus decessum regi, pro terris 4 libras 13 sol. 4 den., cum aliis devoriis debit. et consuet.; pro molendino et ejus terris dimediam celd. farine capellano capelle S. Phillani; necnon duplicando dictam firmam ad introitum heredum; ac edificando mansionem cum politiis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 304.

1575. Apud Striveling, 21 Apr.
REX, post exitum etatis sue 24 annorum, confirmavit familiari servitori suo JACOBO HAMMYLTOUN de Fynnart militi, principali suo dapifero alias *sewar*,—pro ejus servitio et in partem recompensationis ejusdem,—terras et baroniam de Avendaill, cum castro, fortalicio, molendinis, piscariis, annexis, *outsettis*, tenentibus &c., advocationibus et donationibus ecclesiarum, capellaniarum et officiorum parochialium clericatuum, si que essent, earundem, terras et baroniam de Craufurd-johnne, cum domo fortaliciis, tenentibus &c., advocatione ecclesie de C., vic. Lanark; terras de Quhiterig, cum tenentibus &c., vic. Striveling; terras de Gorgy, cum earum manerie et molendino, vic. Renfrew; officium vicecomitis de Renfrew infra bondas parochie et baronie de Bathcat, ac officium coronatoris vic. de Lanark; 50 solidatas terrarum antiqui extentus de Kittymure, cum tenentibus &c., in baronia de Stanhouse, vic. Lanark; 5 marcat. ant. ext. de Thorntounpele, cum turre, fortalicio, tenentibus &c., in dominio de Kilbrid, vic. Lanark; terras de Sandeholme et Brume per tenentes de Wickitschaw occupat., in parochia de Carlowk, vic. Lanark; 8 marcat. de Tulloch, 2 marcat. de Brintwod, in balliatu de Kile-stewart, vic. Are; terras de Kincavill, vic. Linlithqw; officium vicecomitatus de Linlithqw;—quas idem Jac. resignavit; et quas (exceptis Gorgy et officio vic. de Renfrew) rex incorporavit in liberam baroniam de Avendale; et si contingeret heredes &c. (*ut in carta* 1416) :—TENEND. dicto Jac. et heredibus (*in carta* 1543 *contentis*), viz. dictum officium vicecomitis de Renfrew de rege tanquam senescallo Scotie, Tulloch et Brintwod de rege tanquam principe Scotie, cetera de rege; cum licentia edificandi turres &c. :—PROVISO quod nullo pacto firmas &c. de Craufurd-johnne perciperent quamdiu terris et baronia de Kilmarnok (in excambium pro Craufurd-johnne concessis) gauderent :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 332.

1576. Apud Striveling, 1 Maii.
REX concessit ELIZABETHE DENNESTOUN, heredibus ejus et assignatis,—tres partes terrarum de Ballormy, Parklie et Bensyde, cum nonintroitu earundem si quis esset, vic. Linlithqw;—que fuerunt Jacobi Hammyltoun olim de Kincavill, et regi pertinebant ob dicti Jac. existentiam de nonnullis punctis heresis ei imputatis convicti et a legibus fugitivi:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 286.

1577. Apud Striveling, 4 Maii.
REX confirmavit cartam Henrici Cant de

Ovir-Libertoun, — [qua — cum consensu Margarete Seytoun sponse sue, domine conjuncte infeodationis terrarum subscript., —pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit (quondam) HENRICO CREICHTOUN de Ricardtoun, heredibus ejus et assignatis, —superioritatem mansionis, turris et fortalicii de Ovir-Libertoun, cum domibus, ortis, clausura, 10 marcatas 5 sol. 2 den. terrarum de Ovir-Libertoun, vulgariter *le* Serjandis-landis nuncupat. (de quibus 6 marcatas 5 sol. 2 den. Walt. Chepman burgen. de Edinburgh de dictis Hen. Cant et Marg. in pignore habuit, tunc vigore litere reversionis a dicto Walt. redemptas; et 4 marcat. jacen. in *lie* Bank per dict. Hen. Cant et ejus servitores occupate sunt), in villa et territorio de Ovir Libertoun, vic. Edinburgh:—REDDEND. annuatim regi unam rosam rubeam nomine albe firme :—TEST. D. Rob. Carncors capellano, Math. Dalmahoy, Alex. Farnlie, Matheo Cant, Wil. Dalmahoy, Pat. Hering, Alex. Makneill, Jacobo Young, notariis publicis :—Apud Edinburgh,, 26 Feb. 1520]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 309.

1578. Apud Striveling, 8 Maii.
REX confirmavit GEORGIO RAMSAY feodatario de Dalhoussy, et ELIZABETHE HEPBURNE ejus sponse,—terras dominicales de Dalhoussy, vulgariter *the Estmanis of* D., prout Domina Joneta Patersoun eisdem gavisa fuit, terras de Dalhoussy-schelis, 2 terras husbandias in villa de Dalhoussy que ab Alex. Ramsay fratre Jacobi R. de Cokpen redempte extiterant, in baronia de Dalhoussy, vic. Edinburgh; —quarum feodum idem Geo., liberum tenementum Nich. R. ejus pater, resignaverunt: —TENEND. dictis Geo. et Eliz. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Geo. quibuscumque secundum formam antique carte tallie de Dalhoussy :— FACIEND. jura et servitia debita et consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 284.

1579. Apud Striveling, 8 Maii.
REX confirmavit cartam Jacobi Leirmonth partionarii baronie de Levingstoun,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit GAWINO HAMMYLTOUN de Drumalbane, heredibus ejus et assignatis,—tertiam suam partem terrarum et baronie de Levingstoun (exceptis capitali messuagio, molendino, terris dominicalibus et warda earundem), vic. Linlithqw :—TENEND. de rege : —TEST. Georgio Kent, Hen. Forrest, Joh. Thomsoun juniore, Joh. Ros, burgensibus de Linlithqw, Jac. Philpson, Jac. Franche, M. Bartholomeo Kello notario publico :— Apud Linlithqw, 7 Oct. 1535] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 308.

1580. Apud Striveling, 9 Maii.
REX confirmavit cartam Jacobi Dunbar de Conze,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI OGILVY de Carnowseis, heredibus ejus et assignatis, —terras et baroniam de Schawquhare, Quhitra, Newtoun, Chapeltoun, Tulloch, Auchlesky, Drum de Pluscardin, terras foreste de Tulloch cum officio forestarie de T., cum tenentibus &c., pendiculis, *lie Alehousis*, vic. Elgin et Fores :—TENEND. de rege :—TEST. M. Jac. Dunbar, D. Joh. Patersoun vicario de Fores, D. Joh. Fathe, Joh. Chene, Roberto Tulloch burgensi de Fores, Wil. Wrtane, D. Nich. Tulloch vicario de Ruthven notario publico : — Apud Fores, 7 Maii 1535] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 314.

1581. Apud Striveling, 14 Maii.
REX confirmavit cartam Jacobi de Douglas[1] dom. de Dalkeith,—[qua, pro homagio et servitio, concessit JACOBO FORESTAR de Medofeild, et ejus heredibus,— terram de Fairliehope, in baronia de Lintoun-roth(er)ike, vic. Peblis ;—quam Alex. Forestar de Corstorphin resignavit : — TENEND. de dicto Jac. D. :—TEST. M. Pat. Douglas, M. Jac. Giffurd, Jac. Douglas, Leonardo Douglas, Ric. Douglas, Adam Turnbull, Joh. Nymbill, D. Wil. Giffurd capellano : — Apud Dalkeith, 28 Mar.

[1] So designed in the charter as engrossed ; but in the introductory clause of the confirming charter he is called "comes de Mortoun dom. Dalkeith."

1536] :—TEST. 80. 70. 63. 89. 46. 16. 81. 62. 83. 96. 97. xxv. 175.

1582. Apud Striveling, 18 Maii.
REX confirmavit cartem Johannis Ramsay de Cantirland,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ROBERTO GRAHAME de Morphy, heredibus ejus et assignatis,—terras de Cumyngstoun, cum tenentibus &c., in baronia sua de Cantirland, vic. Kincardin :—TENEND. de rege : —SALVIS libere tenentibus eorum tenandriis ville de Cumyngstoun, de dicto Rob. tenendis :—TEST. M. And. Patrie vicario de Arbuthnoth, D. Joh. Gilberti vicario hospitalis prope Montrose, notariis publicis, Wil. Joly, Alex. Makneill, Joh. M'Neil, etiam notariis publicis, Rob. Grahame in Hauche, Alex. Clerk :—Apud Edinburgh, 10 Dec. 1535] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 279.

1583. Apud Striveling, 20 Maii.
REX,—pro bono servitio, et in recompensationem pro assedationibus terrarum et . . . . . de Kilmarnok, cum castro, molendinis et piscariis, in balliatu de Cunynghame, vic. Aire, ad regis instantiam renunciatis,—ad feodifirmam dimisit ROBERTO BOYD olim in Kilmarnok, et HELENE SOMERVEL ejus conjugi,—terras de Dundonald, cum castro, fortalicio, molendinis, piscariis (si que essent) earundem, in Walteris-kile, vic. Air, extenden. in novo rentali ad 20 libras : —TENEND. dictis Roberto et Hel. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem., quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Rob., quibus def., seniori heredum fem. cuicunque absque divisione, de rege tanquam principe Scotie :—SOLVEND. annuatim 22 lib. ; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum ; necnon edificando mansionem cum politiis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 320.

1584. Apud Kincardin, 20 Maii.
REX concessit familiari servitori suo ROBERTO MAGISTRO DE ERSKIN, et MARGARETE GRAHAME ejus conjugi,—terras et baroniam de Kelle, cum molendinis, multuris, pendiculis, tenentibus &c., vic. Abirdene ;—quas Joh. dom. Erskin resignavit :—TENEND. dictis Rob. et Marg. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Rob. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 323.

1585. Apud Striveling, 20 Maii.
REX concessit JACOBO VACHE filio et heredi apparenti Willelmi V. de Dawik, et ejus heredibus, — terras baronie de Dawik, cum molendino earundem, vic. Peblis ; cum annexis, viz. North Sintoun, vic. Roxburgh ;—quas dictus Wil. resignavit :—RESERVATO libero tenemento dicto Wil. (exceptis 10 marcatis terrarum de Ester Dawik quas Margareta Cokburn sponsa dicti Jac. habuit in vitali redditu) : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 135.

1586. Apud Striveling, 22 Maii.
REX ad feodifirmam dimisit JACOBO BIRSBANE de Makcrauf, et JONETE KINCAID ejus conjugi, — terras de Ardokbeg, extenden. ad 40 solidatas antiqui extentus, in dominio de Cardros, vic. Dunbertane, in firma, grassuma &c. sex marcas prebentes :—TENEND. dictis Jac. et Jonete et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—REDDEND. annuatim 6 marcas 3 sol. 4 den. ; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum ; necnon edificando mansionem cum politiis necessariis solo correspondentibus :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 288.

1587. Apud Striveling, 23 Maii.
REX ad feodifirmam dimisit JOHANNI MAILVILE de Raith militi, et HELENE NAPER ejus conjugi,—terras de Murdocarny, in dominio et vic. de Fyffe, extenden. in novo rentali ad 20 libras monete, 24 bollas ordei, 20 bol. frumenti, 2 duodenas caponum et 2 duodenas pultriarum :—TENEND. dictis Joh. et Hel. et heredibus masc.

inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum feminearum. absque divisione ; cum communia consuet. marresie jacentis inter Murdocarny et Star :—SOLVEND. annuatim 21 libras, cum ordeo &c. *ut supra* ; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum ; necnon edificando mansionem cum politiis solo correspondentibus :—INSUPER rex revocavit omnes donationes aliis personis de dictis terris prius confectas, tanquam in minore etate et in lesionem rentalis sui confect. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 281.

1588. Apud Striveling, 24 Maii.
REX ad feodifirmam dimisit GEORGIO STRIVELING, filio et heredi quondam Willelmi S. de Glorate,—terras de Manis, cum lato prato boreali, dimedietate terrarum de Kipperminschoch, terras de Pillerflat, Soppothe, Blairschelloche et Weltoun, cum molendino ejusdem, astrictis multuris et sequelis terrarum et dominii de Cardros dicto molendino debit. et consuet., cum *lie ward*, parvo prato de *le grein* circum et sub rupe castri de Dunbertane, vic. Dunbertane, extenden. in rentali suo ad 22 marcas :—TENEND. dicto Geo. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—REDDEND. annuatim 28 marcas ; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum ; necnon edificando mansionem cum politiis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 287.

1589. Apud Linlithqw, 1 Jun.
REX confirmavit NINIANO GLENDINWIN de eodem, et JONETE DUNBAR ejus conjugi, — 3 marcatas terrarum antiqui extentus de Drumres, unam marcat. 5 libratarum terrarum de Tralallane per Johannem Doncalsoun occupat., cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Pertoun, in senesc. Kirkcudbricht ;—quas idem Ninianus resignavit :—TENEND. dictis Nin. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Nin. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 296.

1590. Apud Striveling, 2 Jun.
REX confirmavit cartam Roberti Huntar de Huntarstoun,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JACOBO HAMMYLTOUN fratri quondam Roberti H. de Torrens, et CRISTINE STEWART ejus sponse,—terras de Mekill Caldorwod, extenden. ad 16 solidatas 8 den. antiqui extentus, per Joh. Scot et Tho. Scot ad firmam habitas, in baronia de Kilbride, vic. Lanark :—TENEND. dictis Jac. et Cris. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Jac. quibuscumque, de rege :—TEST. Joh. Craufurde de Craufurdland, Willelmo Wallace, Roberto Lyndesay, Alano Hammyltoun, Kentigerno Huntar, D. Gawino Broun capellano et notario publico :—Apud Kilbride, 1 Jun. 1536] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 303.

1591. Apud Newbotill, 3 Jun.
REX confirmavit cartam Johannis Ogilvy de Durne,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit patruo suo GALTERO OGILVY de Dunlugus militi, et ALISONE HUME ejus sponse, — baroniam terrarum de Carnowseis, cum tenentibus &c., pendiculis et *lie outtsettis*, vic. Banff : —TENEND. dictis Galt. et Alis. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Galt. quibuscumque et assignatis, de rege :—TEST. Wil. Stewart in Todlawe, Tho. Ogilvy, Pat. Salmon, D. Joh. Roberti vicario de Fordice, D. Thoma Wallace, capellanis notariis publicis :—Apud Banff, 30 Apr. 1536] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 289.

1592. Apud Newbotill, 3 Jun.
REX confirmavit cartam Johannis comitis Buchanie, dom. de Uchterhouse t Glendouvochye,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WALTERO OGILVY de Dunlugus militi, et ALISONE HUME ejus sponse,—piscariam suam infra aquam regiam de Dovarne prope Banff, vulgariter *lie* Thanis-nett :—TENEND. dictis Walt. et

Alis. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Walt. quibuscumque, de rege :—Test. Pat. Stewart, Wil. Stewart, Bernardo Stewart, Tho. Scott, D. Tho. Villac, M. Jac. Currour et Pat. Duncane notariis publicis :—Apud Banff, 7 Maii 1536] :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 290.

1593. Apud Kelso, 12 Jun.

REX, — quia terre subscripte quondam David Hume de Weddirburn per Jac. IV. regem in feodifirma pro 32 libris annuatim assedate sunt, et dictus Dav. ante infeodationis levationem in regni tuitione per Anglos occisus fuit, et tempore minoritatis Georgii H. ejus filii et heredis Johannes Ruthirfurd de Hunthill cartam feodifirme dictarum terrarum per sollicitationem &c. obtinuit,—dictam cartam Johanni R. per se tanquam circumventum factam revocavit ; et, cum consensu matris sue, ad feodifirmam dimisit dict. GEORGIO HUME de Weddirburn,—terras de Myddilsteid de Wyndidurris, *alias* Blakhauch, extenden. in rentali suo ad 32 lib., in dominio de Ettrik-forest, vic. Selkirk :—Tenend. dicto Geo. et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—Solvend. annuatim matri regis, et post ejus decessum regi, 32 lib. ; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum ; necnon edificando mansionem cum aula, camera, coquina, orreo, bostari et aliis politiis necessariis solo correspondentibus :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 298.

1594. Apud Striveling, 1 Jul.

REX concessit WILLELMO COMITI DE MONTROSE dom. Grahame, heredibus ejus et assignatis,—terras de Urchtill et Garvok, cum molendino, pendiculis, communiis, tenentibus &c., in senesc. de Stratherne, vic. Perth ;—quas Pat. Loutfut de Urchtill resignavit :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 305.

1595. Apud Striveling, 1 Jul.

REX dedit literas legitimationis M. ROBERTO CREICHTOUN et LAURENTIO CREICHTOUN fratribus, bastardis, filiis naturalibus quondam M. Willelmi Creichtoun rectoris de Sanquhare, et eorum alteri. xxv. 373.

1596. Apud Falkland, 15 Jul.

REX ad feodifirmam dimisit JOHANNI COMITI ATHOLIE,—28 marcatas terrarum de Glenloichay, viz. 10 marcat. de Mowrlynich, 5 marc. de Corrycarmych, 3 librat. de Dulgardy, 3 lib. de Tullich, 4 marcat. de Teray, 8 marcat. de Teirarthour, 10 marc. de Clochran, marcat. de Petmakky, 53 sol. 4 den. de Kiltere, terras de Eddirgoll (que alias in feodifirma non assedate sunt) solven. annuatim 11 lib. 13 sol. 8 den., cum molendino de E., et tertiam partem de Ardenetollene, cum molendinis, piscariis, annexis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Perth, extenden. in rentali suo ad 52 lib. 13 sol. 4 den. :—Insuper, pro bono servitio, dictas terras &c. incorporavit in liberam baroniam de Glenlochay, et voluit quod villa de G. esset ejus principale messuagium :—Tenend. dicto Johanni et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, in libera baronia, et libera foresta ubi silva extitit :—Solvend. annuatim 59 lib. 6 sol. 8 den. ; necnon duplicando dict. firmam ad introitum heredum ; necnon edificando mansionem cum politiis :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 307.

1597. Apud Striveling, 16 Jul.

REX confirmavit cartam Alexandri Dalmahoy de eodem,—[qua, — pro perimpletione contractus inter se et Jacobum Cleland de eodem initi penes matrimonium inter personas subscriptas, — concessit JONETE CLELAND filie dicti Jac., in ejus pura virginitate, in vitali redditu, et filio suo et heredi apparenti WILLELMO DALMAHOY in feodo, et heredibus inter ipsum et dictam Jon. legitime procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscumque, —10 bovatas terrarum (viz. unam per Kentigernum Patersone, 3 per Joh. Winram juniorem, 2 per Alex. Alisschonder, 2 per Johannem Winram seniorem, 2 per Joh. Thomsoun occupatas) in villa de Dalmahoy,

ac occidentalem quartam partem terrarum dominicalium de D. (prebentem annuatim celdram ordei et celdram farine avenatice), vic. Edinburgh :—TENEND. de rege :—TEST. Jac. Creichtoun de Cranstoun-Riddale, Joh. Stevinsoun filio et herede apparente Willelmi S. de eodem, Joh. Cleland, D. Niniano Brice capellano, M. Joh. Chepman, Wil. Reche, Gilberto Hendersoun :—Apud Edinburgh, 10 Jul. 1536] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. XXV. 302.

1598. Apud Striveling, 16 Jul.

REX confirmavit cartam Georgii Corry dom. feodi terrarum dominii de 'Newby,—[qua,—cum consensu patris sui Thome C. de Kelwod, dom. liberi tenementi, necnon Willelmi Cunynghame de Cunynghameheid et dicti sui patris, curatorum ad hoc per se specialiter elect.,—pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WILLELMO JOHNNSTOUN de Gretno, et MARGARETE CREICHTOUN ejus conjugi, — terras dominii de Newby, cum turre, fortalicio, manerie, molendino et astricta multura earundem, cum piscariis de N. et de Newskarris, cum sabulo de Edin (per metas subscript., viz. incipien. in dictis piscariis ad Clout-scar et ascenden. ad Wildcotray, inde ad torrentem vocatum Bulsuncrike descend. ad aquam de Annand, et ab aqua de A. ad aquam de Edin in *lie howtide*), terras de Barmekirk, Croftheidis, Howis-myllin et Mylnefeild et Hawmedo, 10 librat. terrarum antiqui extentus de Stabiltoun, 40 sol. de Robgil ant. ext., cum piscariis de Stabiltoun, 2 marc. 6 sol. 8 den. de Cummirtreis cum piscariis earundem, 2 marc. 6 sol. 8 den. de Ellerbek ant. ext., 10 marc. ant. ext. de Myddilby, 3 marc. de Galzeaneleis ant. ext., 13 sol. 4 den. de Hidewod ant. ext., 5 lib. de Preistiswodside ant. ext., cum *le Salt-cottis* et piscariis earundem, 13 sol. 4 den. de Ruvel ant. ext., in senesc. de Annanderdale, vic. Drumfres : —TENEND. dictis Wil. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Wil. quibuscumque, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Willelmi quibuscumque, de rege tanquam dom. Annandie :—TEST. Jac. Kennedy de Blairquhan, M. Hen. Lauder, Rob. Park, Hugone Kennedy, Rob. Corre : —Apud Edinburgh, 21 Jan. 1535] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. XXV. 374.

1599. Apud Striveling, 17 Jul.

REX concessit familiari servitori suo WILLELMO DUREHAME filio et heredi apparenti Alexandri D. de Grange, et ejus heredibus,—terras dominicales de Grange, cum molendinis granorum et fullonum, ac piscariis tam in mari quam in aqua dulci, cum superioritate terrarum de Balclochir, vic. Forfare ;—quas dict. Alex. resignavit : —RESERVATIS libero tenemento dicto Alex., et 26 libris 13 sol. 4 den. Margarete Ramsay ejus sponse de promptioribus firmis et devoriis predictarum terrarum pro tempore ejus vite tantum :—TEST. 80. 70. 63. 89. 16. 46. 81. 62. 83. 93. 87. 97. XXV. 176.

1600. Apud Striveling, 18 Jul.

REX confirmavit JOHANNI SEYTOUN juniori de Gargunnok, et HELENE CALLANDER ejus conjugi, — dimedietatem ejus dimedietatis terrarum et baronie de Gargunnok, cum dimedietate molendini earundem, vic. Striveling ;— quas idem Joh. personaliter resignavit : — TENEND. dictis Joh. et Hel. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. XXV. 301.

1601. Apud Falkland, 19 Jul.

REX confirmavit HUGONI DOMINO FRASERE DE LOVETT, et Domine JONETE ROSS ejus sponse,—terras de duobus Moys vocat. Ardrannich, terras de Kilbreni cum monte castri earundem vocat. Bewfort in Ard, et terras de Phopphachie, in dominio de Bewfort, vic., Invernys ;—quas idem Hugo resignavit : — TENEND. dictis Hug. et Jon. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, quibus deficientibus, heredibus dicti Hug. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. XXV. 312.

1602. Apud Falkland, 19 Jul.

REX ad feodifirmam dimisit COLINO CAMPBELL de Ardkinglas, et MATILDE MONTGOMERY ejus sponse, — assise alleca maris occidentalis, a Pentland-firth usque ad *le* Mwle Galwidie, et infra omnes insulas, et adeo longe prout maris flumen decurrit in aquam de Clide, extenden. in rentali suo ad 6 allecum lastas :—TENEND. dictis Col. et Mat. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Col. quibuscumque : — REDDEND. annuatim 6 lestas et 2 barillos bonorum et sufficientium allecum apud pontem de Glasgw, infra festa Martini et *Candilmes* ; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. XXV. 382.

1603. Apud Largo, 19 Jul.

REX confirmavit JOHANNI DRUMMOND principali suo carpentario et rerum bellicarum machinatori, et CRISTIANE BROGY ejus conjugi, et eorum alteri diutius viventi in vitali redditu, — 10 libratas terrarum de Ballincreiff, quas quond. Tho. Hoppringill in feodo de Jac. IV. rege habuit, in dominio de B., vic. Edinburgh et constab. de Hadingtoun ; cum omnibus firmis &c. earundem ; molendinum de Myllynnab et terras ejusdem, in senesc. de Stratherne, vic. Perth ; terras, feodifirmas, proficua et devoria ville et terrarum de B. antedictarum (exceptis 20 libratis terrarum dominicalium earundem quas quond. Rob. Borthuik prius habuit) ;— quas idem Joh., qui eas in vitali redditu de rege et regis patre habuit, personaliter resignavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. XXV. 313.

1604. Apud Largo, 20 Jul.

REX concessit GILBERTO COMITI DE CASSILLIS, et ejus heredibus, — 13 marcatas terrarum antiqui extentus de Balmakcawell, viz. 2 marc. 6 sol. 8 den. de Balmakcawell, 50 sol. de Laterpin, 3 marc. de Drummuskan, 2 marc. de Fardincachrie, 20 sol. de Knokgarne, 40 den. de Craginschynnach, cum tenentibus &c., in comitatu de Carrik, vic. Aire ;—quas Margareta et Joneta Culquhone, sorores et due heredum quondam Jacobi C. de Balmakcawell, et David Kennedy earum sororis filius, quilibet pro sua tertia parte resignaverunt ; et quas rex pro bono servitio &c. univit terris et baronie de Cassillis :—TENEND. de rege tanquam principe Scotie et com. de Carrik : —TEST. 80. 98. 63. 89. 16. 46. 81. 62. 83. 93. 96. 97. XXV. 383.

1605. Apud Largo, 21 Jul.

REX,—quia terre &c. subscripte quondam David Balfoure de Burle et . . . . . Forestar ejus conjugi pro 25 marcis annuatim, cum aliis devoriis &c. debitis, in feodifirma assedate fuerunt (que 20 marcas firme et quolibet triennio 20 marc. grassume prius prebuerunt), ac tempore susceptionis dicte feodifirme altera dimedietas earundem terrarum pro 22 libris 8 sol. 9 den. annuatim assedata fuit,—revocavit dict. assedationem dictis David &c. factam ; et, pro servitio sibi impenso et impendendo, ad feodifirmam dimisit familiari servitori suo THOME MARSCHEALE archicoquo suo,—dimedietatem terrarum de Kinloch, molendini et cotagiorum earundem, extendentem in firma et grassuma ad 26 marc. 8 sol. 11 den., in senescallatu et vic. de Fyffe :— TENEND. dicto Tho. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :— SOLVEND. annuatim 22 lib. 5 sol. 8 den., cum aliis devoriis et servitiis prius debitis et consuet. ; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum ; necnone dificando mansionem cum politiis necessariis solo correspondentibus :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. XXV. 315.

1606. Apud Largo, 21 Jul.

REX confirmavit cartam Jonete et Margarete Colquhone, sororum quondam Jacobi Colquhone de Balmakcawell, et Davidis Kennedy filii sororis dicti Jac.,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendiderunt THOME CORRE de Kelwod, et MARGARETE NAPARE ejus sponse,—2 marcatas 6 sol. 8 den. terrarum principalis mansionis de Balmakcawill, antiqui extentus, quas quond. Edwardus Wauch in assedatione habuit, in comitatu de Carrik, vic. Aire :—TENEND. dictis Tho. et Marg.

et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eosdem legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Thome quibuscumque, de rege tanquam com. de Carrik :—TEST. Gilberto com. de Cassillis dom. Kennedy &c., Joh. Kennedy de Bog, M. David Kennedy decano de Carrik, D. Joh. Kennedy prebendario de Mabole, David Kennedy de Pennyglen, Roberto Park :—cum subscriptionibus dictorum Jon., Marg. et Dav. per notarium publicum super calamum duct. : —Apud Mabole, 27 Feb. 1535] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 384.

1607. Apud Pettinweme, 21 Jul.
REX, cum avisamento thesaurarii, confirmavit GEORGIO COMITI DE ROTHES, et AGNETI SOMERVILE ejus conjugi, —terras et dominium de Rothes, cum turre, fortalicio, et advocatione ecclesie earundem et omnium aliorum beneficiorum et capellaniarum ad easdem spectan., cum mansione, terris dominicalibus et molendino, vic. Elgin et Fores ; terras de Balhelvy, in baronia de Ballinbreich, vic. Fyffe ;—quas idem Geo. resignavit :—TENEND. dictis Geo. et Ag. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et ipsis deficientibus, legit. heredibus dicti Geo. quibuscumque : —FACIEND. jura et servitia debita et consuet.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 306.

1608. Apud Pettinweme, 22 Jul.
REX confirmavit ALEXANDRO MAKCULLOCH de Cardernes, et BEATRICI M'CLELLANE ejus sponse,—10 marcatas terrarum de Cardernes vocat. *le* Manys de Bordland, antiqui extentus, cum fortalicio et mansione earundem, 5 marc. de Ardowale ant. ext. (quas Alexander Makculloch filius Davidis M. de Conquitoun occupabat et manurabat), in baronia de Cardernes, parochia de Anuith, senesc. Kirkcudbricht ; —quas idem Alex. M. de C. resignavit :— TENEND. dictis Alex. et Beat. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 358.

1609. Apud Pettinweme, 22 Jul.
REX confirmavit familiari et quotidiano servitori suo M. JOHANNI SCRYMGEOUR, operum sive edificiorum suorum magistro, et HELENE LITILL ejus sponse,—terras de Myris Over et Nethir, terris de Ouchtermukty propinquius adjacen., in senesc. et vic. de Fyffe ;—quas idem Joh. personaliter resignavit :—TENEND. dictis Joh. et Helene ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Johannis quibuscumque : — TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 120.

1610. Apud Strivelyng, 13 Aug.
REX,—in recompensationem renunciationis assedationum et juris ad terras et dominium de Kilmarnok, cum castro, molendinis et piscariis earundem, in balliatu de Cunynghame, vic. Are, et pro bono servitio,—ad feodifirmam dimisit ROBERTO BOID olim in Kilmarnok, et HELENE SOMERVILE ejus conjugi,—5 marcatas terrarum de Chapeltoun, 5 marc. de Bowincheschaw et Dririg, 5 marcat. de Mylntoun de Crevauch cum molendino earundem, 5 marc. de Ormisheuch, 5 marc. de Blaklaw, 5 marc. de Reddinghill et Holehouse, unam marcat. de Hairschaw, 3 marc. de Cokilby, in dominio de Stewartoun, balliatu de Cunynghame, vic. Are, extendentes in novo rentali suo ad 22 libras 13 sol. 4 den. :— TENEND. dictis Rob. et Helene et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem., quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Rob., quibus def., seniori heredum fem. cuicunque absque divisione, de rege tanquam principe Scotie :—SOLVEND. annuatim 40 lib., cum annuo redditu ballivis et communitati burgi de Irwin ex antiquo debit. ; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum ; necnon edificando mansionem cum politiis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 316.

1611. Apud Striveling, 20 Aug.
REX confirmavit cartam Walteri Ogilvy de Dunlugus militis, — [qua, pro summa

pecunie sibi persoluta, vendidit JACOBO GORDOUN de Culquhodilstane, heredibus ejus et assignatis,—terras de Fortre, cum molendino et terris molendini earundem, et communi pastura in communia totius baronie de Glendouaquhy, in dicta baronia, vic. Banff :—TENEND. de rege: —TEST. Geo. Gordoun de Scheves, Waltero Barclay de eodem, Georgio Bard de Ordinhufis, Rob. Stewart de Lathris, Willelmo Bard filio et herede apparente dicti Geo., Pat. Ogilvy, Wil. Ogill notario publico :—Apud Edinburgh, 23 Aug. 1536] :—INSUPER rex, pro bono servitio dicti Jac., voluit quod dicta alienatio nulla esset ruptio dicte baronie de Glendouaquhy :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 319.

1612. Apud Striveling, 20 Aug.
REX concessit WILLELMO RUTHVEN de Ballindane, heredibus ejus et assignatis, —quartas partes terrarum de Balfoure, Balconvel, Ireland, Rome, Lochte, Ledmore, cum annexis earundem, quartam partem de Petmedy, superioritatem bine partis dimedietatis de Balzordy, 10 marcas feodifirme earundem et molendini ipsarum, quartas partes de Tullo et Corsbank, cum annexis, tenentibus &c. omnium dictarum terrarum, in baronia de Menmure, vic. Forfar; superioritatem tertie partis dimedietatis de Balzordy et 6 marcarum feodifirme earundem et molendini ipsarum, cum tenentibus &c., in baronia et vic. supra-scriptis ;—quam ultimam superioritatem Alex. Ogilvy de eodem, cetera Alex. Irwin de Drum et Joneta Allerdes ejus conjux, apud Pettinweme resignaverunt :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 325.

1613. Apud Striveling, 23 Aug.
REX confirmavit cartam Roberti Lamb de Tullocarroun,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI GORDOUN de Longar, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Tullocarroun cum pendiculis, vic. Banf :—TENEND. de rege : —REDDEND. regi jura et servitia debit. et consuet., et dicto Roberto 10 libras 13 sol. 4 den. annui redditus :—TEST. Alexandro Patersoun *alias* Talyeour, Alex. Gordoun in Litill Petlorg, Tho. Paxtoun, D. Geo. Michelsoun, M. Johanne Gordoun notario publico :—Apud Petlorg, 16 Aug. 1536] : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 322.

1614. Apud Striveling, 25 Aug.
REX confirmavit WALTERO OGILVY de Dunlugus militi, et ALISONE HUME ejus conjugi,—dimedietates terrarum de Dunlugus, Meredene et Tulibredles, cum tenentibus &c., vic. Banff ;—quas idem Walt. resignavit ; et quas rex pro bono servitio &c. eisdem Waltero et Alis. quitteclamavit et in liberam baroniam de Dunlugus incorporavit :—TENEND. dictis Walt. et Alis. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Walteri quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 14.

1615. Apud Striveling, 26 Aug.
REX concessit DAVID CRAUFURD filio Walteri C. de Ferme, et ejus heredibus,— terras de Ferme, cum tenentibus &c., extendentes ad 10 libratas terrarum antiqui extentus, vic. Lanark ;—quas dictus Walt. resignavit :—RESERVATIS libero tenemento dicto Walt., ac rationabili tertia Mariote Maxwell ejus conjugi, vel aliquibus aliis ejus conjugibus pro tempore existen. cum contingeret, ac dicte Mar. conjuncta infeodatione terrarum de Flascheis, in dominio de Ferme, pro ejus vita :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 321.

1616. Apud Striveling, 28 Aug.
REX confirmavit cartam Jacobi Wawane de Stevinstoun,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit M. HENRICO SINCLARE, heredibus ejus et assignatis, —terras suas de Stevinstoun, cum turre, fortalicio, manerio, edificiis, ortis, pomeriis, mora, molendino, piscatione in aqua seu flumine de Tyne, pendiculis, *le outsett s*, tenentibus &c., advocatione capellanie sive altaris Sacri Cruoris infra ecclesiam parochialem de Hadingtoun, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh :—REDDEND. annuatim regi unum den. argenti nomine albe firme :—TEST. Joh. Sinclare de Gosfurd, Hen. Wardlaw de Kilbabertoun, Jac.

Sinclare, M. Alex. Levingstoun capellano, Alexandro Young notario publico :—Apud Edinburgh, 25 Aug. 1536] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 324.

1617. Apud Striveling, 28 Aug.
REX confirmavit WILLELMO DOMINO RUTHVEN, et ejus heredibus,—terras de Glensche, cum *le correis*, nemoribus et vallibus earundem, in dominio de Strabrawne, vic. Perth ;—quas idem Wil. personaliter resignavit ; et quas rex, pro bono servitio, creavit liberam forestam, cum potestate curias tenendi &c. :—REDDEND. feodifirmam &c. debit. et consuet. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 329.

1618. Apud Striveling, 29 Aug.
REX constituit JACOBUM S. ANDREE ARCHIEPISCOPUM, totius regni primatem et legatum natum, GAWINUM ARCHIEPISCOPUM GLASGUENSEM cancellarium, GEORGIUM COMITEM DE HUNTLIE dom. Gordoun et Baidyenach, WILLELMUM COMITEM DE MONTROIS dom. Grahame, HUGONEM COMITEM DE EGLINGTOUN dom. Montgomery, ROBERTUM DOMINUM MAXWELL marchiarum occidentalium guardianum,—vicemgerentes et locumtenentes suos totius regni ;—concedendo ipsis sive ipsorum 5, 4 seu 3 conjunctim (cancellario semper presente casu quo ceteri interesse non possent, justo aliquo prepediti impedimento) plenariam potestatem omnes ligeos suos infra regnum durante voluntate sua regendi, defendendi, ad arma pro defensione regni convocandi, justitiam exequendi, statuta &c. condendi, ipsorum violatores, ac vicecomites &c. in executione officiorum seu alias delinquentes, puniendi, ambassiatores regum &c. recipiendi et respondendi, literas salvi conductus alienigenis concedendi ;—et dando cancellario potestatem (cum consensu dictorum vicemgerentium aut duorum eorum) resignationes terrarum de rege tent. acceptandi, easdem iterum donandi, confirmationes super cartis dandi, compositione thesaurario reservata, &c. xxvi. 1.

1619. Apud Striveling, 30 Aug.
REX confirmavit cartam Alani Stewart de Craghall, — [qua concessit nepti sue ANNE STEWARDE, heredibus ejus et assignatis, in supplementum et subsidium ad ejus maritagium, — dimedietatem terrarum suarum de Henderstoun-Estir (40 denariatis ejusdem exceptis), in baronia et vic. de Renfrew :—REDDEND. annuatim dicto Alano unum den. argenti nomine albe firme : — RESERVATO libero tenemento dicto Alano : — TEST. M. Alex. Logane capellano ac notario publico, Jac. Grahame, Wil. Layng, Joh. Gibsoun notario publico :—Apud civitatem Glasguen., 31 Dec. 1529] : — INSUPER, pro bono servitio, concessit dicte Anne,—jus suum ad dict. terras ratione alienationis, nonintroitus, warde &c. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 38.

1620. Apud Striveling, 31 Aug.
REX,—quia Jacobus Stewart, filius naturalis inter regem et quondam Eliz. Schaw procreatus, in beneficiis et aliis sufficienter provisus est,—concessit JACOBO STEWART juniori, filio naturali inter se et Margaretam Erskin procreato,—terras de Temptalloun, cum castro, fortalicio, molendinis, cunicullariis, *le outsetis*, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capel-

---

[1] Of the same date as the above is the following, which not being under the Great Seal is subjoined in a note :—

In Camera Regis infra Oppidum Strivelingen., hora 2 post meridiem vel eocirca, 30 Aug. 1536, indictione 9, anno Pape Pauli III. 2, Regis 23.

Jacobus Hammyltoun de Schawfeild, genibus suis ad terram sedens, resignavit in manibus regis—14 marcatas terrarum antiqui extentus nuncupat. Quhite-camp, cum turre et fortalicio earundem, 6 marcat. ant. ext. nuncupat. Kirkhoip, in baronia de Craufurd-Lyndesay, vic. Lanark ; — ad perpetuam remanentiam :—TEST. Joh. dom. Hay de Yestir, Joh. ejus filio et herede apparente, Jac. Kennedy de Blairquhan, M. David Paintere priore Insule S. Marie, Geo. Ruthirfurd de Hundolee, Joh. Hammiltoun de Comiskeith, Joh. Murray de Touchadam, D. Joh. Manderstoun presbytero ac notario publicio :— Sequitur attestatio Willelmi Litstar, presbyteri S. Andree dioces., anctoritate Apostolica notarii, cum ejus signo et subscriptione. xxv. 318.

laniarum, si que essent, earundem, in constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburgh; terras et baroniam de Bonkill et Prestoun, cum turre, fortalicio, molendinis, nemoribus, *le outsetis*, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Beruik; — que fuerunt dicti Jac. S. senioris per regis donationem, quamquidem, cum omnibus inde secutis ei aut ulli alii persone, rex revocavit; et quas terras &c. rex incorporavit in liberam baroniam de Temptalloun :—TENEND. dicto Jac. juniori et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Rob. S. ejus fratri, filio naturali inter regem et Eufamiam Elphinstoun procreato, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def. Jac. S. ejus fratri, filio naturali inter regem et Cristinam Barclay procreato, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto Jacobo S. seniori et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., regi reversuras, in liberis baronia et forestaria ubi nemora et foreste extiterunt: —FACIEND. jura et servitia debit. et consuet.: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 334.

1621. Apud Striveling, 31 Aug.
REX concessit ROBERTO SCOTT de Howpaslo, et ISOBELLE MURRAY ejus conjugi,—terras de Apilltrehall et Myd-Schelis, in baronia de Hassindene, vic. Roxburgh;—que fuerunt patris dicti Rob., de quondam Alex. dom. Hume tente, et regi devenerunt ratione forisfacture dicti Alex.:—TENEND. dictis Roberto et Is. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Rob. quibuscumque :—TEST. 80. 70. 63. 89. 16. 46. 81. 62. 83. 93. 96. 97. xxv. 371.[1]

1622. Apud Striveling, 31 Aug.
REX confirmavit cartam Walteri Berclay de eodem,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WALTERO OGILVY de Dunlugus militi, et ALISONE HUME ejus sponse,—terras suas de Casteltoun de Kynedward, in baronia de Berclay, vic. Abirdene :—TENEND. dictis Walt. Ogilvy et Alisone et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus vel assignatis dicti Walt. O. quibuscumque, de rege :—TEST. Geo. Bard de Ordinhufe, Thoma Ogilvy, Pat. Salmond, Geo. Todrik, Joh. Cok, Wil. Ogill notario publico : — Apud Edinburgh, 22 Aug. 1536] :—INSUPER, pro bono servitio dicti Walteri, voluit quod dicta alienatio nulla esset ruptio baronie de Berclay :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 13.

1623. Apud Abbotishall, 1 Sept.
REX concessit PATRICIO HUME filio et heredi apparenti Patricii H. de Polwert, et ejus heredibus,—dimedietatem terrarum de Polwert, cum advocatione ecclesie earundem alternatis vicibus, sexdecim terras husbandias in Kymmerjame et dimed. molendini earundem, 2 terras husb. in villa de Gradane, 17 marcatas terrarum in Hardenis, vic. Berwik;—quas dict. Pat. senior resignavit :—RESERVATO libero tenemento dicto Pat. seniori :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 355.

1624. Apud Abbotishall, 1 Sept.
REX confirmavit PATRICIO HUME de Polwort, et ELIZABETH HEPBURNE ejus conjugi, — terras de Birjameschelis, Haitschaw et Belschele, vic. Beruik;—quas idem Patricius resignavit:—TENEND. dictis Pat. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Patricii quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 356.

1625. Apud Kirkcaldy, 2 Sept.
REX ad feodifirmam dimisit familiari suo et barbetonsori JOHANNI MURRAY,—terras vocat. Kingis-medow (jacen. inter *le* Fegot-burne, terras vocatas Kingishauch pertinen. Alexandro Forestare de Corstorphin, et *le* Commoun-myre burgi de Edinburgh), vic. Edinburgh, extenden. in rentali suo ad 20 marcas;—quas quondam Walt. Chepman burgen. de Edinburgh in feodifirma habuit in regis minori etate sibi concessas pro 14 libris annuatim:—TENEND.

[1] The list of witnesses is taken from the confirmation of the above, No 1897 *infra*.

dicto Joh. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—SOLVEND. annuatim 14 lib. 3 sol. 4 den.; necnon duplicando dict. firmam ad introitum heredum; ac edificando domus et politias pro occupatione necessarias tantum: —INSUPER, pro bono servitio dicti Joh., &c., revocavit cartam dicto Walt., Agneti Cokburne ejus sponse, Davidi eorum filio, aut aliis quibuscumque de dictis terris et prato confectam :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 78.

ANNO REGNI 24. ANNO DOMINI 1536.

1626. Apud Edinburgh, 28 Oct.
REX confirmavit cartam Jacobi Hammiltoun, filii et heredis quondam Margarete Mowat de Stanhouse,—[qua,—cum consensu Alexandri Lokkart de Cleghorne et Thome Hammiltoun de Roplo, curatorum suorum,—pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit GILBERTO DIKESOUN de Malvinnislandis, et ejus heredibus,—terras de Burrofeild, vic. Peblis :—TENEND. de rege :—TEST. Jacobo Hammiltoun de Stanhouse patre dicti Jac., M. Johanne Hay de Smeithfeild, Johanne Young, Tho. Mabane notario publico:—Apud Edinburgh, 24 Oct. 1536] :—TEST *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 2.

1627. Apud Edinburgh, 28 Oct.
REX confirmavit cartam Jacobi Hammiltoun, filii et heredis quondam Margarete Mowate de Stanhouse,—[qua,—cum consensu &c. (*ut in carta* 1626),—pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WILLELMO DIKESOUN burgensi de Peblis, et ejus heredibus,—terras de Winkestoun, vic. Peblis :—TENEND. de rege :—TEST. et de data *ut in carta* 1626] ;—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 3.

1628. Apud Edinburgh, 31 Oct.
REX confirmavit cartam Johannis Pitcarne de Drungy,— [qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ANDREE GIB filio et heredi apparenti Johannis Gib *alias* Gray Johnne, et uxori ejus MARGARETE ADMOWTIE, — 10 marcatas terrarum ville sue de Blairfortht, in baronia de Cuthilgurdy, vic. Perth (per Johannem Crammy, Jac. Talyour et relictam Johannis Rastoun occupatas et laboratas):—TENEND. dictis And. et Marg et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti And. quibuscumque et assignatis, de rege :—TEST. Hen. Petcarne filio dicti Johannis P. et herede apparente, Wil. P. filio ejusdem Joh., Alex. Mwre, Joh. Pitcarne, Jacobo Pitcarne, [D, Alex. Gaw notario publico :—cum subscriptione dict. notarii manu dicti Joh. P. de D, pennam tangen. :—Apud locum habitationis dicti Joh, P. de Petloure, 27 Oct. 1536] ; —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 357.

1629. Apud Edinburgh, 31 Oct.
REX concessit WILLELMO CUNYNGHAME clavigero, heredibus ejus et assignatis,—28 solidatas terrarum de Begleis, in balliatu de Cunynghame, vic. Are ;—que fuerunt Willelmi dom. Sympill; et 20 Maii 1534 appreciate sunt dicto Wil. pro 28 lib. pro ejus feodo in executione officii vicecomitis in appreciatione terrarum de Kilrusky Mekill et Litill, extenden. ad 5 libratas antiqui extentus (reddentium per annum 32 bollas farine avenatice, 16 bollas ordei, 5 marcas monete, 3 bol. brasii, 12 bol. avenarum, 12 onera, vulgo *lie tursis*, feni) pro 400 lib., terrarum de Harthcraig pro 160 marc., et 3 libratarum 8 sol. 9 den. dict. terrarum de Begleis (extenden. ad 40 sol. ant. ext.) pro 68 lib. 15 sol, 8 den., Georgio Marschell regis thesaurarii deputato traditarum pro summa 575 lib. 9 sol. regi restan. debit. ex 1000 marcis in quo dictus dom. adjudicatus est tanquam plegius Gabrielis Sympill fratris sui, pro nonintroitu dicti Gab. coram justiciario ad subeund. legem pro interfectione Willelmi Cunynghame de Craganis ;—dictis terris dicto dom. spectantibus tanquam pertinentiis terrarum de Southhannane, in balliatu et vic. antedictis :—et

voluit rex quod dictus dom., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocumque dictam summam dicto Wil. C. clavigero, heredibus ejus aut assignatis, persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 84.

1630. Apud Edinburgh, 2 Nov.
REX confirmavit ALEXANDRO NARNE de Sandfurde, et MARGARETE GARDIN ejus conjugi,—dimedietates ville et terrarum de Cullace, ac terrarum de Litill Buttergask, in baronia de C., vic. Perth ; —quas idem Alexander in manibus Gawini archiepisc. Glasguen., cancellarii uniusque dominorum regni in regis absentia regentium, personaliter resignavit :— TENEND. dictis Alex. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscumque : — TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 376.

1631. Apud Edinburgh, 14 Nov.
REX confirmavit WILLELMO LESLIE de Boquhane, et MARJORIE KEITH ejus conjugi,—terras de Selbe, in regalitate de Gareach, vic. Abirdene ;—quas idem Wil. in manibus cancellarii resignavit :— TENEND. dictis Wil. et Mar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscumque : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 363.

1632. Apud Edinburgh, 18 Nov.
REX confirmavit JOHANNI VAUS de Lochslyne, et ELIZABETH URQUHARD ejus sponse,—terras de Lochslyne (exceptis terris de Newtoun dicto Joh. pertinen.), in comitatu Rossie, vic. Invernes ;—quas idem Joh. in manibus cancellarii resignavit :— TENEND. dictis Joh. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscumque, de rege tanquam com. Rossie :—TEST. 59. 70. 63. 102. 103. 16. 62. 37. 93. 96. 97. xxv. 362.

1633. Apud Edinburgh, 27 Nov.
REX confirmavit WILLELMO DOMINO SALTOUN, et ELIZABETH HAY ejus sponse,—terras de Park de Corncarny, cum mansione et domibus earundem, in baronia de Corncarny, vic. Banff ;—quas idem Wil. in manibus cancellarii resignavit :—TENEND. dictis Wil. et Eliz. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Wil. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 368.

1634. Apud Edinburgh, 29 Nov.
REX confirmavit cartam Roberti Stewart de Clawalg,—[qua vendidit consang. suo WILLELMO PATERSOUN burgensi de Invernys, heredibus ejus et assignatis,— terras suas de Dallegramich, in baronia de Clawalg, vic. Narne ; — et, in warantum earundem,—terras de Dalroye, Drumnesthenwell et Drummoir, in eisdem baronia et vic.:—TENEND. de rege :—REDDEND. annuatim dicto Rob. . . . . nomine duplicis feodifirme :—TEST. M. Tho. Dunnown rectore de Kincarn Rossen. dioces., D. Magno Vaus rectore de Y et commissario de Invernys, Wil. Cuthbert burgen. de Invernys, Rob. Vaus :—Apud burgum de Invernys, 31 Aug. 1536] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 380.

1635. Apud Edinburgh, 1 Dec.
REX confirmavit cartam Davidis Ramsay de Culluthye, — [qua, — cum consensu Margarete Lundy sponse sue,—pro complemento contractus in libris officialis S. Andree principalis registrat., de data apud Sanctum Andream 2 Mar. 1535,—vendidit DAVIDI BALFOURE de Balledmonth, et KATHERINE RAMSAY filie sue, sponse dicti David,—terras suas de Auldmuris et Westir Fotheris, cum 4 marcatis de Kinschaldy, in dominio suo de Lucheris, vic. Fyffe :—TENEND. dictis Dav. et Kath. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos procreandis, quibus deficientibus, heredibus dicti Davidis quibuscumque et assignatis, de rege :—TEST. Walt. Ramsay,

REX confirmavit RICHARDO MAITLAND de Lethingtoun, et MARIOTE CRANSTOUN ejus sponse,—dimedietatem dimedietatis ville et terrarum de Blyth terris de Garmure contiguam, cum dimed.

[1] Only the first confirmed charter is mentioned in the introductory clause. See No. 1694 *infra*.

de Garmure, in baronia de Blyth, dominio de Lauderdale, vic. Beruik, extenden. in integro ad 5 libratas novi extentus;—quas idem Ric. resignavit:—TENEND. dictis Ric. et Mar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Ric. quibuscumque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 51.

1697. Apud Edinburgh, 31 Jul.
REX ad feodifirmam dimisit familiari servitori suo THOME ARTHURE, pro servitio tam in regno suo quam in Francie partibus impenso,—terras de Trabeauch, in balliatu de Kingis-kile, vic. Are, extenden. in novo rentali ad 102 libras; terras de Culzenach, in dominio de Galloway, vic. Wigtoun, extenden. ad 6 lib. 6 sol. 8 den.:—TENEND. dicto Tho. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, viz. Trabeauch de rege tanquam principe et senescallo Scotie, Culzenach de rege:—SOLVEND. annuatim pro Trabeauch 102 lib. 13 sol. 4 den., pro Culzenach 6 lib. 13 sol. 4 den.; necnon duplicando dict. firmam ad introitum heredum; ac edificando mansionem cum politiis necessariis solo correspondentibus:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 26.

1698. Apud Temptalloun, 4 Aug.
REX confirmavit cartam Willelmi Cunynghame militis, filii et heredis apparentis Cuthberti comitis de Glencarne domini Kilmawris &c.,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit consanguineo suo DAVID CUNYNGHAME de Robertland, heredibus ejus et assignatis,—10 marcatas terrarum antiqui extentus, viz. 2½ marcat. vocat. Corscrag, 2½ marcat. nuncupat. Corsinkell, 2½ marcat. vocat. Middilpart, 2½ marc. nuncupat. Lochcrag, Lochend, Glennis et Thelaw, in baronia de Stevinstoun, ballia de Cunynghame, vic. Air:—TENEND. de rege tanquam senescallo Scotie:—TEST. Rob. Cunynghame de Auchinhervy, Arch. C. ejus fratre, Rob. Tempiltoun de Tourlandis, Math. Campbell, Alex. Ruthirfurd, Joh. Colvile, Jac. Sowtar, Willelmo Boyll, Donaldo Fullartoun, M. Rob. Riklingtoun et Alexandro Makneill notariis publicis:—Apud Edinburgh, 11 Jul. 1537]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 60.

1699. Apud Dunbar, 5 Aug.
REX dedit literas legitimationis D. WILLELMO MYRETOUN capellano, bastardo, filio naturali quondam D. Willelmi M. xxvi. 22.

1700. Apud Temptalloun, 8 Aug.
REX,—pro servitio tam in diversis aliis regnis quam suo a sua 14 annorum etate impenso,—concessit familiari suo clerico et secretario THOME ERSKIN de Brechin militi, et ejus heredibus,—terras et baroniam de Morphy-Westir, Morphy-Fraser alias nuncupat., viz. Manis de Petbeidlie, cum *le cruvis* et salmonum piscaria earundem super aqua de Northesk, cum *le outsetis*, vic. Kincardin; terras de Dunfyn, Newbiging, Muredrum, Braktillo, Oxingang, Kirkbuddo cum molendino Hole-mylne nuncupat. ex australi parte torrentis, orientalem dimedietatem de Ethibetoun, cum *le outsetis*, vic. Forfar; terras de Balcomy, cum manerie et portu, vic. Fyffe;—quas terras &c. de Morphy-Westir Alexander Forestar de Corstorphin, dimedietatem terrarum et molendini de Kirkbuddo Alex. Durehame de Grange, ceteras terras in vic. de Forfar idem Thomas personaliter, resignaverunt; et Balcomy fuit regis proprietas et Jacobi Leirmonth de Dersy in feodifirma, qui Jac. eandem personaliter resignavit; et omnes (excepto Balcomy) rex incorporavit in liberam baroniam de Estir Brechin, et voluit turrim et castrum seu maneriem de Morphy-Westir fore principale messuagium ejusdem;—cum potestate dictum Jac. in terris &c. de Balcomy infeodandi, de dicto Tho. tenend. in alba firma, solvend. 80 libras 53 sol. 4 den., cum duplo ejusdem ad introitum heredum:—REDDEND. annuatim pro Balcomy unum den. albe firme; pro ceteris tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Kincardin, cum servitio warde et relevii cum contingeret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 25.

1701. Apud Temptalloun, 11 Aug.
REX ad feodifirmam dimisit familiari

servitori suo HENRICO KEMPT de Thomastoun, — terras de Thomastoun, cum earundem molendino, molendini terris, domibus, edificiis et aqueductu, in dominio et vicecomitatu de Fyffe, extendentes ad firmam 20 librarum :—TENEND. dicto Hen. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione: —SOLVEND. annuatim 26 lib. 13 sol. 4 den.; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum; ac edificando mansionem cum politiis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxvi. 39.

1702. Apud Temptalloun, 11 Aug.
REX, post generalem suam revocationem, ad feodifirmam dimisit familiari suo et barbetonsori JOHANNI MURRAY, pro servitio sibi tam in partibus Gallie quam infra regnum suum impenso,—terras vocat. Kingis-medow (infra limites specificatos), vic. Edinburgh, extenden. in novo rentali ad 20 marc.;—quas quondam Walterus Chepman burgen. de Edinburgh in feodifirma de rege prius habuit in regis minori etate, solvend. annuatim 14 libras :—TENEND. dicto Johanni et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—SOLVEND. annuatim 14 lib. 3 sol. 4 den.; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum; necnon edificando domos cum politiis pro earum occupatione necessariis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 119.

1703. Apud Temptalloun, 17 Aug.
REX,—post diversas speciales et generales revocationes in notariorum et testium presentiis tam in Francie regno quam suo factas, —in recompensationem servitii sibi sepius facti pro suorum in regno Anglie negotiorum executione, ac in sua absentia in Francie partibus,—concessit familiari servitori suo THOME SCOT (justiciarie clerico), et ejus heredibus,—terras et baroniam de Downy, cum molendinis, nemoribus, piscariis, annexis, *lie outsettis*, tenentibus &c. (si qui essent) earundem, vic. Perth;—regi contingentes per decessum Roberti Fergusoun, filii et heredis quondam Johannis F. bastardi, tanquam ultimo heredi dictorum Rob. aut Joh.; qui Rob. absque legit. heredibus de corpore procreatis decessit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 28.

1704. Apud Temptalloun, 18 Aug.
REX confirmavit cartam familiaris sui clerici Thome Erskin de Brechin militis, secretarii sui,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ALEXANDRO FORESTAR de Corstorphin, et heredibus ejus masc.,—terras et baroniam de Morphy-Fresell, terras de Manis-Petbeidlie et Spittall, cum piscaria et *le cruse* super aqua de Northesk, cum *le outsetis* earundem, vic. Kincardin :—TENEND. de rege :—TEST. M. David Borthuik, Waltero Falconar, Rob. Forbes, Wil. Chepman :—Apud Temptalloun, 17 Aug. 1537] :—INSUPER rex voluit quod dicta alienatio non esset prejudicium annexationi baronie de Estir Brechin, que dictis terris a dicto Alex. redemptis staret in effectu :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxvi. 24.

1705. Apud Edinburgh, 19 Aug.
REX concessit ALEXANDRO FORESTAR de . . . ., et KATHERINE GREG ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et vitali redditu, et ROBERTO FORESTAR eorum filio et heredi apparenti hereditarie, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione,—terras de Rowe, in senesc. de Menteith;—quas idem Alex. resignavit: —TENEND. in feodifirma :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 194.

1706. Apud Falkland, 24 Aug.
REX confirmavit CAROLO GEDDES portionario de Rauchane,—6 libratas terrarum de Rauchane extenden. ad dimedietatem ville et terrarum de Glenquhum, 20 solidat. in Glenhigtane, 40 solidat. in Glencotho, extenden. ad dimed. ville de Glencotho, 15 solidat. in Quhittislaid, 5 solidat. in Glenkirk, superioritatem 40 solidat. de Smalehopis-Wester, 4 sol. 8 den. annui redditus de eisdem, cum communi pastura tenentibus de Rauchane, Glencotho, Quhittislaid et Glenkirk in communia de Quhummishope, in parochia de Glenquhum, vic. Peblis;—quas idem Car. resignavit :—

TENEND. dicto Car. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Patricio Geddes filio quondam Johannis G. et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Andree G. fratri dicti Pat. et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. cognominis de G., quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Car. quibuscumque (que terre, ann. red. et superioritas, exceptis Quhittislaid et Glenkirk, centum annis elapsis aut circiter perprius talliate fuerunt):—REDDEND. annuatim unum den. argenteum nomine albe firme:—INSUPER, pro bono servitio dicti Car., voluit rex quod unica sasina apud Rauchane capienda pro omnibus sufficeret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 47.

1707. Apud Edinburgh, 25 Aug.
REX, post generalem revocationem suam, confirmavit cartam per se in minore etate factam,—[qua, cum consensu dominorum regentium in absentia tutoris sui,—quia terre de Mynto super marchiis regni jacebant, et necessarium fuit easdem ad heredes masculos talliari, ut regi in Anglorum resistentia regnique pacis et guerre temporibus defensione deservire idonei efficerentur, ac ne terre dividerentur aut a cognomine de Turnbull recederent,—concessit WILLELMO TURNBULL, filio legit. Willelmi T. de Mynto,—binam partem terrarum dominicalium de Mynto, cum turribus, fortaliciis et maneriis earundem, 5 terras husbandias in villa et territorio de M., cum tenentibus &c., vic. Roxburgh; — quas dictus Wil. senior in manibus Jacobi archiepisc. Glasguen. unius dominorum regentium personaliter resignavit:—TENEND. dicto Wil. juniori et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Hectori T. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Geo. T. eorum fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., David T. eorum fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Willelmi senioris quibuscumque:—TEST. 1. 43. 25. 15. 26. 4. 19. 27.:—Apud Edinburgh, 12 Dec. 1522, an. reg. 10]:—INSUPER rex dict. terras &c. dicto Wil. juniori et heredibus supradictis de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 42.

1708. Apud Petlethy, 26 Aug.
REX confirmavit cartam Andree Ker de Primsidloch,—[qua,—cum consensu filii sui et heredis apparentis Gilberti K.,—pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WILLELMO KER fratri germano Andree K. de Farnihirst, heredibus ejus et assignatis,—terras de Langley et Gilleistongis, in dominio de Jedburgh-forest, vic. Roxburgh:—TENEND. de rege:—TEST. Roberto Ker, M. Joh. Kirktoun, Jacobo Ker, Rob. Kirktoun, D. Joh. Robisoun, Joh. Andersoun, D. Alexandro Borthuik: — Apud Edinburgh, 14 Aug. 1537]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 127.

1709. Apud Falkland, 28 Aug.
REX confirmavit cartam Walteri Innes de Towchis,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti JACOBO INNES, et AGNETI URQUHARD ejus conjugi,—terras de Tulidoun et Torrereauch, vic. Banff:—TENEND. dictis Jac. et. Ag. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Jac. quibuscumque, de rege:—TEST. M. Johanne Bisset, D. Joh. Scheirar, M. Joh. Chepman, Geo. Crukeschank: — Apud Edinburgh, 20 Aug. 1537]:—TEST. 80. 70. 63. 71. 89. 16. 81. 62. 37. 93. 96. 97. xxvi. 30.

1710. Apud Falkland, 29 Aug.
REX confirmavit cartam familiaris clerici et secretarii sui Thome Erskin de Brechin militis, — [qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit (familiari regis servitori) JACOBO LEIRMONTH de Dersey, et GRISILLIDE MELDRUM ejus conjugi, —terras de Balcomy, cum portu, molendino et cunicularis (intra limites specificatos), vic. Fyffe; cum communi pastura in mora vocat. Kingis-mure, cum potestate *le fauldi s* super eodem pro bestiarum, catallorum et bonorum custodia edificandi, cespites, glebas, focalia, *le fale* et *duvatis* effodiendi: —TENEND. dictis Jacobo et Gris. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeoda-

tione, et heredibus masculis inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Jac. quibuscumque, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus ejus fem. quibuscumque : — Reddend. annuatim dicto Tho. 80 libras 53 sol. 4 den. nomine albe firme ; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum :—Test. Geo. Clapane de Claslogy, M. Rob. Monypenny thesaurario Brechinen., Joh. Scheves de Kenbak, M. Patricio Buchquhannane, Wil. Chepman, D. Joh. Auchinlek notario publico :—Apud Balcomy, 24 Aug. 1537] :—Insuper, si dict. terre regi pertinerent ratione eschaete, forisfacture, recognitionis, nonintroitus heredum &c., rex eas quitteclamavit : — Test. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 43.

1711. Apud Edinburgh, 31 Aug.
REX concessit WALTERO OGILVY de Boyne, heredibus ejus et assignatis,—binam partem terrarum dominicalium et ville de Mekle Raty, binam partem dimedietatis ville de Littill R., in baronia de Monbray, vic. Banff (extenden. annuatim ad 9 celdras 5 bollas $1\frac{2}{3}$ firlotas victualium, pretium celdre 10 marc., extenden. ad 93 marc. 5 sol. 1 den. et obulum) ; binam partem piscarie de Thanisnet super aqua de Banff (extenden. ad 15 marcas), et 5 marcas annuatim de dicta piscaria ;—que fuerunt Roberti Dun de Raty, de rege tente per servitium warde ; et 14 Aug. 1537 appreciate sunt et dicto Walt. vendite, viz. dict. 5 marc. annuatim pro 100 marc. pro feodo Alexandri Guthre *alias* Falkland signiferi, vicecomitis in hac parte, cetera pro 2067 marc. 9 sol. 3 den. in partem solutionis summarum super dictum Rob. obtent. per familiarem regis Geo. Gordoun de Geith, dominum amarchiamentorum in quibus ipse Rob. in curia justiciarie apud Edinburgh 17 Jul. 1536, pro non reportatione literarum regis per ipsum Robertum super domino de Boyne et aliis pro mutilatione Nicholaii Dun ejus fratris impetratarum, adjudicatus fuit, sicuti ipse Rob. pro non reportatione plegius devenit, prout in acto sub signo et subscriptione consiliarii regis Thome Scot de Pitgormo, clerici justiciarie, plenius contentum est, viz. in summis 100 lib. pro non comparitione Walteri Ogilvy de Boyne, 100 marc. pro Hen. Ogilvy in Ordenys, 100 marc. pro Jacobo Hay, 100 marc. pro Joh. Hay, 100 marc. pro Alex. Abircrummy, pro quolibet subscriptorum 40 lib., viz. pro Joh. Currour in Banff, Wil. Mortymar, Joh. Auchmore, Geo. Robsoun, Wil. Pret, Gilb. Smyth, Andrea Ardreid, Jac. Andersoun, Joh. Robsoun, Nich. Wilsoun, Joh. Watsoun, Wil. Bocht, Roberto Smyth, Jacobo Donaldsoun, And. Makky, Johanne Cailman, Jacobo Richartsoun, Joh. Turnour, Andrea Nycholsoun, David Quhynty, Jac. Fatho, Pat. Cordinere, Joh. Thomsoun, David Powrye, Jac. Bennett, David Gabriell, Joh. Morysoun, Wil. Sym, Alex. Philpe, Hen. Smyth, Joh. Hewat, Joh. Robsoun juniore, And. Birny, Wil. Lummysdene, Andrea Wilsoun, Geo. Wilsoun, Georgio Tailyeour, Andrea Galloway, Nicholao Symsoun, Joh. Howcot, Andrea Symsoun, Joh. Skynnare seniore, Jacobo Nicholsoun :—et voluit rex quod dictus Rob. D., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocumque dictas summas persolverent infra septennium :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 29.

1712. Apud Falkland, 2 Sept.
REX dedit literas legitimationis JOHANNI CARNCORS, ANDREE CARNCORS et ISOBELLE CARNCORS bastardis, filiis et filie naturalibus Roberti abbatis S. Crucis, xxviii. 554.

ANNO REGNI 25. ANNO DOMINI 1537.

1713. Apud Ruthven, 10 Sept.[1]
REX confirmavit cartam Patricii Sideserf de eodem, — [qua concessit filio suo et heredi apparenti JOHANNI SIDESERF, heredibus ejus et assignatis,—terras de Nethir-Sideserf et Chapelside, vic. Edinburgh, infra constabulariam de Hadingtoun : —Tenend. de rege :—Reservato sibi libero

[1] This and the next charter are dated an. reg. 24. They are placed here according to the A.D.

tenemento :—TEST. D. Geo. King, D. Joh. Lausoun, capellanis, Johanne Quhite, Joh. Leirmonth, D. Thoma Quhite capellano et notario publico : — Apud ecclesiam de Prestoun, 2 Sept. 1537] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 520.

1714. Apud Invernys, 14 Sept.
REX, pro bono servitio, concessit familiari servitori suo JOHANNI ROS de Cragy, et MATE MONCREIF ejus conjugi,—terras de Nethir-Cowlequhecher, cum mansione, molendino, terris molendinariis, silva, lacu et *lie forestar-seittis* earundem, in baronia de Forgundevynny, vic. Perth ;—regi pertinen. ob forisfacturam super Johanne olim dom. Glammys, filio et herede quondam Johannis dom. G., deductam pro nonnullis proditorie traditionis et lese majestatis criminibus per ipsum commissis :—INSUPER rex dict. terras &c. univit terris et baronie de Cragy et Wester-Malar, vic. Perth, tanquam partes et pendiculas earundem :—TENEND. dictis Johanni et Mate et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscumque :—FACIEND. servitium warde &c. : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 37.

1715. Apud Abirdene, 30 Sept.
REX confirmavit cartam Gilberti Kennedy de Balmakclanochane,— [qua, pro consiliis &c., concessit filio suo et heredi apparenti GEORGIO KENNEDY, et KATHERINE KENNEDY ejus sponse, —quinque marcatas terrarum de Atyquin, quinque marc. de Balmakclanochane (viz. 10 sol. de Drumgirnane, 13 sol. 4 den. inhabitat. per Joh. Wicht, 20 sol. de Chapeltoun, 13 sol. 4 den. inhabitat. per Pat. Kennedy, 6 sol. 8 den. de Bendbrek, 40 den. de Blair eisdem contiguas), antiqui extentus, in comitatu de Carrik, vic. Air : —TENEND. dictis Geo. et Kath. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eosdem legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Gilb. et heredibus suis quibuscumque reversuras, de rege tanquam com. de Carrik :— TEST. Walt. Grahame, D. Wil. Allansoun capellano, Tho. Logy, D. Geo. Blair capellano ac notario publico : — Apud Balmakclanochane, 30 Apr. 1537] :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 32.

1716. Apud Abirdene, 30 Sept.
REX confirmavit cartam Gilberti Kennedy de Balmakclanochane,—[qua, pro consiliis &c., concessit filio suo et heredi apparenti GEORGIO KENNEDY, heredibus ejus et assignatis,—sex marcatas terrarum de Balmakclanochane antiqui extentus (viz. 4 marc. 40 den. terrarum dominicalium de B., cum principali mansione, hortis, pomis, pomeriis et molendino de B., 10 sol. de Blair ubi domus et edificia steterunt, 13 sol. 4 den. de Knokgilloche), in comitatu de Carrik, vic. Air :— TENEND. de rege tanquam comite de Carrik :—RESERVATIS libero tenemento dicto Gilb., et rationabili tertia uxori sue cuicunque :—TEST. et de data *ut in carta* 1715] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 33.

1717. Apud Dunnottar, 7 Oct.
REX dedit literas legitimationis M. JOHANNI FRASER bastardo, filio naturali quondam Andree F. xxvi. 35.

1718. Apud Brechin, 13 Oct.
REX, pro bono servitio, concessit familiari servitori suo JACOBO KIRKCALDY de Grange, et JONETE MAILVIL ejus conjugi,— terras de Banquhry, in baronia de Kingorne, vic. Fiffe ;—regi pertinentes ob forisfacturam Johannis olim dom. Glammys, filii et heredis quondam Johannis dom. G. : —TENEND. dictis Jacobo et Jon. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Jacobi quibuscumque :—REDDEND. annuatim unum den. albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 36.

1719. Apud Edinburgh, 26 Oct.
REX concessit ANDREE HAMMILTOUN filio familiaris sui Jacobi H. de Fynnart militis, heredibus ejus et assignatis,— terras de Ovir Snar et Glenkip, extenden. annuatim ad 12 libras, vic. Lanark ;—que

PUBLIC LIBRARIES

fuerunt Roberti Lindesay de Corsbasket, de rege tente per servitium warde; et 14 Aug. 1537 appreciate sunt [1] et dicto And. vendite pro 240 lib. (pro warda terrarum de Corsbasket, vic. Lanark, regi pertinen. per decessum Jacobi comitis Aranie ultimo defuncti, cum firmis earundem in annis 1529—36, extenden. annuatim ad 30 lib., et per regem donatis dicto Jac. H. et per eum dicto And. resignatis), necnon pro 12 lib. pro feodo Thome Weir vicecomitis in hac parte:—et voluit rex quod dictus Rob., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocumque dictas summas persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 126.

1720. Apud Falkland, 30 Oct.

REX confirmavit cartam Johannis Lessellis de Rouchlaw,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit consang. suo PATRICIO SYDESERF de eodem, et JONETE LAUDER ejus sponse,—17 marcatas terrarum de Rouchlaw novi extentus, quas dict. Pat. de dicto Joh. in assedatione et hereditate habuit, vic. Edinburgh, infra constab. de Hadingtoun:—TENEND. dictis Pat. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Pat. quibuscumque, de rege:—TEST. Patricio Flemyng, Clemente Litill, Jac. Grahame, burgen. de Edinburgh, Joh. Sydeserf, Jac. Atkinsoun, Jac. Bissate, Joh. Atkinsoun notario publico:—Apud Edinburgum, 20 Oct. 1537]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 171.

1721. Apud Edinburgh, 8 Nov.

REX concessit DONALDO CAMEROUN filio et heredi apparenti Ewgenii Alansoun capitanei de Clancameroun,—60 denariatas terrarum de Knokdort (extenden. ad 10 libras annuatim), 20 denariat. de Glenneves (ad 10 marcas annuatim), vic. Invernes;—que (de rege tente per servitium warde) fuerunt in manibus regis, viz. Knokdort per 70 annos, Glenneves per 42 annos, a tempore obitus postremi legitimi possessoris, nonintroitu earundem dicto Don. donato; et (bonis mobilibus per Andream Pap serjandum perquisitis et non compertis) 4 Maii 1537 coram Johanne Cuthbert vicecomite deputato de Invernes appreciate sunt [2] et dicto Donaldo vendite pro 700 lib. et 420 marc.:—FACIEND. jura et servitia debita et consueta:—et voluit rex quod domini veteres dictarum terrarum, heredes eorum et assignati, haberent regressum quandocumque dict. summas persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 44.

1722. Apud Striveling, 8 Nov.

REX, — quia predecessores sui loco et FRATRIBUS PREDICATORIBUS juxta burgum DE STRIVELING duo molendina prope dictum locum (que ultra memoriam hominum possederunt) in elimosinam dedere; et donatorum mens extitit quod omnes *le suckynnis* granorum dictis molendinis ut antea venirent, prout confirmatio per Jac. II. regem de dictis molendinis et omnibus aliis dict. Fratrum redditibus &c. proportavit,—confirmavit priori, conventui et loco dictorum Fratrum,—molendina antedict.; cum confirmatione omnium aliorum annuorum reddituum, firmarum &c. in quorum possessione pacifica fuerunt, secundum tenorem dicte carte Jacobi II. regis:—REVOCANS omnes donationes factas vel fiendas, dantes privilegium quibuscumque personis alia molendina, vulgariter *le watter-myllis*, *wynd-myllis*, *horse-myllis*, *man-myllis*, in lesionem dictorum Fratrum edificare:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 50.

---

[1] Names of assize:—Wil. Ballie of Bagbe, Alex. Lokhert of Crocefurd, Jas Levingstoun junior, Walter Weir, Joh. Hammiltoun of Haggis, Wil. Ballie of Cormestoun, William Pennare, Rob. Levingstoun, John Quhitefurd, Hugh Lindesay, Harbert Johnestoun, William Bannatyne, John Weir brother of . . . . ., Steph. Lokhert, Alex. Ballie of Litill-Gill, Jas. Weir brother of . . . . ., Pat. Mure of Annestoun, Jas. Weire in Sillis.

[2] Names of assize: — Alex. Strathauchin of Collodin, Alex. Doles of Cantray, Tho. Dingwell of Kildon, Rob. Stewart of Clavok, Wil. Fraser of Abircalladoris, Dunc. Boyne of Terriddill, Geo. Strathauchin, Tho. Patersoun, Tho. Vaus, Donald Cuthbert, Jas. Cuthbert, Joh. Gollen, Joh. Duf, burgesses of Invernys, Alex. Waltersoun, Alex. M'Gillycoan, burgesses of Dinguall.

1723. Apud Edinburgh, 10 Nov.
REX concessit familiari et consiliario suo JOHANNI CAMPBELL de Lundy militi, heredibus ejus et assignatis,—7 libratas 18 sol. 11 den. terrarum de Formaile et Fornochty, vic. Forfare;—que fuerunt Johannis Creichtoun (de Rothven), filii quondam Jacobi C., de rege tente per servitium warde; qui Joh. Creichtoun 24 Oct. 1527 dicto Joh. Campbell persolvere monitus fuit 270 lib. pro firmis preteritis dimedietatis dict. terrarum, quarum rex dicto Joh. Campbell nonintroitum donaverat; et (bonis per Pat. Montago marum generalem vic. de Forfare quesitis et non inventis), Jac. Gray vicecomes deputatus dictas dimedietates appreciari denunciavit; et 14 Nov. 1536 compertum fuit per assisam[1] coram David Andersoun vicecomite deputato, dictas dimedietates a decessu dicti Jac. C. in campo de Flodoun per 23 annos in firmis de *le penny-maill* ad 10 lib. annuatim extendere, secundum retornatum de data 14 Octobris 1527, et ad 6 solidos 8 den. pro aliis devoriis, et tertiam partem Jonete Ogstoun matri dicti Johannis Creichtoun ratione tertie pertinere, et firmas bine partis per dictum spatium ad 158 lib. 9 sol. 3 den., pro quibus dictas terras appreciaverunt: — et voluit rex quod dictus Joh. Creichtoun, heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocumque dict. summas dicto Joh. Campbell, heredibus ejus et assignatis, persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 13.

1724. Apud Edinburgh, 11 Nov.
REX confirmavit cartam Hugonis Campbell de Lowdoun, vicecomitis de Air,—[qua, pro servitiis &c., concessit consang. suo GEORGIO CAMPBELL, filio quondam Georgii C. patrui sui,—terras suas de Bryntwod, viz. 2 marcat. de *lie* Manis de B. per Gilb. Craufurd inhabitat., unum marcat. de Litilyard et Brintwodhill, per Joh. Wallace et Rob. Wallace inhabitat., unam marc. de Nethir-Langsyde per Nicholaum Dregarne inhabitat., 20 sol. de Pedynyard per Tho. Wilsoun inhabitat., extenden. in integro ad 5 marcat. 6 sol. 8 den. terrarum antiqui extentus, in Kile-stewart, vic. Aire:—TENEND. dicto Geo. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, dicto Hug. et heredibus suis quibuscumque:—REDDEND. annuatim dicto Hug. servitium warde et relevii, et tres sectas ad tria placita capitalia apud Brintwod tenenda:—RESERVATA dicto Hug. proprietate monticuli vocati *lie* Halhill, extenden. ad 3 casuras virge, viz. *lie fawis*, ad tenend. curias suas:—TEST. Jac. Campbell, Joh. Campbell, Colino Campbell, And. Rede, Murdaco Nesbit notario publico:—Apud Newmyllis in Lowdoun, 31 Jul. 1537]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 40.

1725. Apud Edinburgh, 11 Nov.
REX confirmavit cartam per se cum consensu quondam tutoris sui ac trium regni statuum factam,—[qua,— quia antiquum HOSPITALE JUXTA BURGUM MONTISROSARUM, cum redditibus &c. ejusdem alias datum fuit FRATRIBUS PREDICATORIBUS dicti burgi, et parliamenti auctoritate dicti Fratres ad dict. hospitalis locum translati; ac experientia compertum fuit dict. hospitalis locum non tam aptum esse quam dict. Fratrum locum antiquum, et hoc signanter quia dict. hospitale in via publica situatum est, ubi sonitus, motus, strepitus et concursus impedimentum prebuit dictis Fratribus tam in divinorum celebratione quam in quiete statutis horis capienda; — igitur rex, cum consensu (*ut supra*), ordinavit residentiam dict. Fratrum ad antiquum eorum locum de novo transferri; et omnes redditus tam ab antiquo eis datos quam per quondam Pat. Paintere abbatem de Cambuskynneth et regis Jac. IV. secretarium, dicto antiquo loco applicari:—Cum appensione sigillorum nonnullorum prelatorum, procerum et commissariorum burgorum in parliamento congregatorum:— Apud Edinburgh, 10 Maii 1524, an. reg. 11]. [*Vide* Acta Parl. Scot. II. 395]. xxvi. 41.

[1] Names of assize (originally chosen 3 Dec. 1535):—Alex. Ouchterlowny of that ilk, Andrew Guthre of that ilk, Silvester Haldane of Kelour, Alex. Guthre of Halkertoun, And. Lovell of Murhouse, Geo. Arrot of that ilk, James Strathauchin of Balvoussy, Thomas Strathauchin of Auchlair, Jheronimus Ouchterlowny, Joh. Guthre, Gilbert Lindesay, Mychael Andersoun, Rob. Seytoun.

1726. Apud Edinburgh, 11 Nov.
REX dedit literas legitimationis JONETE CARMURE bastarde, filie naturali M. Jacobi C. xxvi. 45.

1727. Apud Edinburgh, 11 Nov.
REX confirmavit cartam Patricii Makclellane de Gilestoun, — [qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit consang. suo JACOBO MAKMORANE in Barlochane, heredibus ejus et assignatis,—terras de Inglistoun (occupatas per Tho. Wilsoun, Joh. Corbrik, Rob. Makge, Wil. Aschennane, Joh. Diksoun, Tho. Gibsoun, Joh. Gibsoun, Wil. Gibsoun et Joh. Makclellane), extenden. ad 12 marcat. antiqui extentus, in parochia de Gilestoun, senesc. Kirkcudbricht :— TENEND. de rege :— TEST. Wil. Makmorane de Glaspen, Arch. Carnis in Tor, Gilb. Lauder burgen. de Edinburgh, D. Joh. Cunynghame prebendario de Linclwdane, M. David Forman, Joh. Buchquhannane et Alex. Young notariis publicis :—Apud Edinburgh, 10 Nov. 1537] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 95.

1728. Apud Edinburgh, 11 Nov.
REX confirmavit JOHANNI FRESALL de Knok, et MARGARETE STEWART ejus conjugi,— 20 solidatas terrarum de Rowtandburn, in balliatu de Cunynghame, vic. Are ;— quas idem Joh. resignavit :— TENEND. dictis Johanni et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 100.

1729. Apud Edinburgh, 11 Nov.
REX dedit literas legitimationis GAWINO BORTHUIK bastardo, filio naturali quondam Willelmi dom. B. xxix. 151.

1730. Apud Edinburgh, 12 Nov.
REX confirmavit cartam Johannis Hwme de Coldenknollis,—[qua, pro amore &c., concessit MARGARETE KER filie Andree K. de Cesfurd, in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—terras suas de Synlawis, vic. Roxburgh :—TENEND. de rege :—TEST. M. Roberto Creichtoun preposito ecclesie colleg. S. Egidii de Edinburgh, Marco Ker de Dolphingtoun, Patricio Creichtoun de Gilbertoun, Wil. Creichtoun de Drylaw, Jac. Ker de Mersintoun, Wil. Carnecors, Joh. Hering, Tho. Creichtoun, M. Roberto Galbraith et Alex. Young notariis publicis :—Apud Edinburgh, 2 Nov. 1524] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 49.

1731. Apud Linlithqw, 12 Nov.
REX concessit JOHANNI CRA(N)STOUN filio et heredi apparenti Jasperis C. de Corsby, et ejus heredibus,—terras baronie de Bowne, vic. Beruik ; — quas dictus Jasp. resignavit :—REDDEND. servitium warde &c.:—RESERVATO libero tenemento dicto Jasp.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 96.

1732. Apud Edinburgh, 12 Nov.
REX confirmavit cartam Hugonis Campbell de Loudoun, vicecomitis de Air,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI LOKHART de Bar, heredibus ejus et assignatis quibuscumque, —dimediam marcatam terrarum in *lie* Manis de Nethir Lowdoun, per Margaretam Finlay inhabitat., antiqui extentus, in baronia de Nethir Lowdoun, balliatu de Cunynghame, vicecomitatu de Air : — TENEND. de rege tanquam senescallo Scotie : — TEST. Jac. Campbell, Geo. Campbell, Rob. Campbell, Joh. Gordoun :—Apud locum de Bar, 11 Apr. 1534] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 102.

1733. Apud Falkland, 10 Dec.
REX confirmavit cartam Archibaldi com. Ergadie dom. Campbell et Lorne, justiciarii generalis Scotie ac magni regis domus et hospitii magistri,—[qua,—post novam suam infeodationem in baronia et dominio regali tatis de Abirnethy, attendens infeodationem per quondam patrem suum Colinum com. Ergadie factam pro quadam compositione pecuniaria, et regis supplicationem pro nova infeodatione fienda, — concessit THOME BALMANNO de eodem, et CRISTINE CRAW ejus conjugi,—terras de Balmanno, cum tenentibus &c., in dominio &c. antedictis, vic. Perth :—TENEND. dictis Tho. et

Cristine et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Thome quibuscumque :—REDDEND. annuatim dominis dicte regalitatis &c. 20 sol., necnon servitia ante dict. terrarum forisfacturam facta, nomine feodifirme :—TEST. Jacobo Colvile de Est-Wemis milite compotorum rotulatore regis, D. Thoma Erskin de Brechin milite, Tho. Scot de Petgormo clerico justiciarie, Jac. Leremonth de Darsy magistro hospitii regis, M. David Painter priore Insule S. Marie :—Apud Falkland, 10 Dec. 1537] : —TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxvi. 114.

1734. Apud Edinburgh, 12 Dec.

REX concessit familiari servitori suo WILLELMO WOD de Bonyntoun, heredibus ejus et assignatis,—binam partem ad umbram terrarum, brasine, lacus et *le brewhous* de Nethir Ruven (extendentium annuatim ad 16 libras 13 sol. 4 den.), vic. Abirdene ;—que terre &c. fuerunt Johannis Vaus de Many, de rege tente in feodifirma ; et 10 Nov. 1537 appreciate sunt[1] et dicto Willelmo vendite pro 300 marcis ei debitis (thesaurario regis per dictum Wil. solutis tanquam cautionarium dicti Johannis pro remissione dicto Joh. concessa), et pro 10 libris pro feodo Petri Thomsoun signiferi, vicecomitis in hac parte :—REDDEND. annuatim 13 sol. 4 den. feodifirme :—et voluit rex quod dictus Joh., heredes ejus et assignati, haberent regressum ad dictas terras quandocumque dictas summas dicto Wil., heredibus ejus et assignatis, persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxvi. 245.

1735. Apud Bawcomy, 13 Dec.

REX confirmavit cartam M. Henrici Sinclare filii quondam Oliveri S. de Rosling militis, domini terrarum de Stevinstoun &c.,—[qua concessit fratri suo germano (regis familiari) JACOBO SINCLARE, heredibus ejus et assignatis,—terras de Stevinstoun, cum turre, fortalicio, manerio, edificiis, ortis, pomariis, mora, molendino, piscatione in aqua seu flumine de Tyne, pendiculis, *lie outseittis*, tenentibus &c., advocatione capellanie sive altaris Sacri Cruoris infra ecclesiam parochialem de Hadingtoun, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh :—REDDEND. annuatim regi unum den. argenti nomine albe firme :—TEST. Hen. Wardlaw de Kilbabertoun, D. Joh. Sinclare prebendario de Corstorphin, M. Alex. Levingstoun capellano capelle S. Anthonii prope Edinburgh, M. David Rowok, Johanne Buchquhannane et Alex. Yong notariis publicis :—Apud Edinburgh, 5 Dec. 1537]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxvi. 97.

1736. Apud Linlithqw, 26 Dec.

REX confirmavit cartam factam per Mariotam Symsoun filiam et unam heredum quondam Willelmi Symsoun de Lathrisk (cum consensu Johannis Cowtis ejus sponsi), et per Johannem Johnstoun burgensem de Edinburgh, alterum heredum dicti Wil., —[qua, pro summa pecunie persoluta, vendiderunt DAVID WEMYS de eodem, heredibus ejus et assignatis,—duas suas sextas partes terrarum de Lathrisk, vic. Fyfe :—TENEND. de rege : — RESERVATO libero tenemento Eliz. Cant relicte dicti Wil.:—TEST. D. Tho. Mailvile rectore de Hwtoun, M. Alex. Kynnynmont, M. Jacobo Strang, D. Rob. Simsoun capellano, Tho. Kynnynmont, Joh. Buchquhannane et Alex. Young notariis publicis :—Apud Edinburgh, 13 Dec. 1537]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxvi. 56.

1737. Apud Linlithqw, 29 Dec.

REX confirmavit cartam Alexandri Makculloch de Cardines,—[qua, pro pecunie summa sibi persoluta, vendidit RICHARDO BROUN de Carsluyth, heredibus ejus et assignatis,—6 marcatas terrarum de Bagby,

[1] Names of assize :—Jas. Gordoun of Lesmore, Wil. Gordoun of Crag, Tho. Gordoun of Kennerte, Alexander Gordoun of Toldow, Pat. Gordoun of Auchmenze, Duncan Forbes of Cultis, M. John Lyndesay of Blairfeddane, Rob. Karnegy of Kynnard, Alexander Forbes in Mygve, Rob. Doguve (Dugude?) of Auchinhuyf, Nicholas Ros of Auchlossin, Joh. Andersoun in Westoun, Joh. Adam, Rob. Cowttis, Ric. Thomsoun.

4½ marc. de Kirkmakbrek, antiqui extentus, in parochia de Kirkmakbrek, senesc. Kirkcudbricht:—TENEND. de rege:—TEST. Wil. Makclellane tutore de Bomby, D. Herberto Dun commissario de Kirkcudbricht, Joh. Gordoun in Cuyll, Alano Makclellane, D. Nicholaio Makclellane, D. Wil. Makgovin, capellanis:—Apud Kirkcudbricht, 4 Nov. 1537]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxvi. 59.

1738. Apud Linlithqw, 29 Dec.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam famuli sui M. Johannis Chepman de Schelis, burgen. de Edinburgh,—[qua, —pro salute animarum Jac. V. regis, ejus predecessorum et successorum, sue, Isobelle Hendersoun sponse sue, patrui sui quondam Walteri C. de Ewirland burgen. de Edinburgh, altaris subscripti fundatoris, &c.,— in puram elemosinam concessit ad sustentationem capellani secularis perpetui ad altare S. Johannis Ewangeliste in sacello sive capella ipsius per dictum Walt. fundata in australi parte ECCLESIE COLLEGIATE B. EGEDII DE EDINBURGH, —annuos redditus 4 marcarum de tenemento et orto quondam Nicholaii Broun burgen. dicti burgi, ultra Archum superiorem, ex parte australi vici regii ejusdem (continen. in longitudine septem particatas et quartam partem ulne), 3 marc. de tenemento Wil. Ra burgen. ejusdem, ex parte australi vici regii juxta Libertonis-wynde, 7 marc. de taberna sive volta quondam Stephani Law, tunc vero Rob. L. ejus filii burgen. ejusdem, subtus gradum anterioris tenementi quond. David Dalrympill ex parte australi vici regii (et in speciale warantum dict. 7 marc. alium ann. red. 7 marc. de aliis terris dicti Steph. ex parte australi vici regii), 2 marc. de tenemento quond. Georgii Halkerstoun burgen. ejusdem, tunc vero Jacobi H. ejus filii et heredis, ex parte boreali vici publici juxta Halkerstonis-wynde, 6 marc. de terra posteriori (olim Joh. Broun burgen. ejusdem, fratri M. Thome B. rectoris de Lammelethane, tunc vero Wil. Carnecors spectan.) tenementi quond. Jac. Baty ex parte boreali vici publici juxta Bonkillis-cloise, extenden. in integro ad 22 marcas annui redditus;— necnon ann. red. 4 marc. de parte superiori olim tenementi Ade Fawside filii et heredis quond. Willelmi F. burgen. ejusdem, supra gradum ejusdem tenementi, tunc vero Wil. Tod cerarii, ex parte australi vici regii, per dict. capellanum levandum et cum consensu patroni distribuend., viz. 16 sol. capellanis chori dicte ecclesie annuatim pro anniversario suo, 6 sol. pro 4 candelis ponderis 2 librarum, 4 sol. pro 2 thedis sive *torcheis* ponderis 3 lib., 3 sol. pro pulsu magnarum campanarum, 4 den. pro pulsu parve campane per dict. burgum ad notitiam populi, 8 den. pro ornatione altaris et sui tumuli, 4 den. pro cruce et candelabris argenteis, 4 den. pro portatione thedarum, 6 sol. pro sustentatione olei in lampade ardente tempore vesperarum et usque ad horam sextam in hieme a festo Omnium Sanctorum ad festum P. V. M., 15 sol. pro sustentatione duarum candelarum tempore vesperarum primarum et secundarum et summe misse cujuslibet diei festi super dict. altari;—ac ann. red. 5 marcarum de domibus et terris suis ex parte australi vici publici in Grays-cloise, juxta Richardsonis-cloise, per dictum capellanum cum consensu patroni distribuend., viz. 8 den. cuilibet 30 capellanorum pro placebo &c., 30 sol. pro 30 *lee dalis* panis, carnis et potus 30 pauperibus die anniversarii sui, 7 sol. pro pane et vino pro missis, 11 sol. 4 den. pro reparatione ornamentorum dict. altaris:— RESERVATIS sibi pro vita sua dictis ann. red. (exceptis 22 marc. pro sustentatione capellani, 6 sol. pro oleo in lampade et 7 sol. pro pane et vino):—et voluit donationem dicte capellanie post decessum suum heredibus masc. de corpore suo legit. procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus suis masc. cognominis de Chepman quibuscumque, quibus def., seniori legit. et propinquiorum heredum fem. cuicumque pertinere, quibus omnibus def., curato et prebendariis dict. ecclesie:—et quod alicui idoneo capellano cognominis de Chepman, et ipso deficiente alii de parentela dicti Joh., dict. capellania conferretur:— TEST. Johanne Crummy, David Chepman, Wil. Ker, Wil. Watsoun, dict. burgi burgensibus, Willelmo Reche, Gilb. Hendersoun, Tho. Chepman, Rob. Chepman:—cum sigillo Kentigerni Tenent unius ballivorum dicti burgi,

sasinam dantis :—Apud Edinburgh, 20 Nov. 1537] : — TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 98.[1]

1739. Apud Linlithqw, 29 Dec.
REX confirmavit cartam Johannis Kennedy de Culzeane,— [qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit THOME CORRY de Kelwod, heredibus ejus et assignatis,—40 solidatas terrarum antiqui extentus de Cragdow, et 10 sol. de Lagandirre, in balliatu de Carrik, vic. Air :— TENEND. de rege tanquam comite de Carrik et principe Scotie :—TEST. And. Hume in Nynewellis, Joh. Wilsoun, Joh. Broun, M. Tho. Kene notario publico, Geo. Makalexander :—Apud Edinburgh, 22 Dec. 1537] : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 99.

1740. Apud Linlithqw, 29 Dec.
REX confirmavit JOHANNI KENNEDY de Culzane, et KATHERINE MAKCLELLANE ejus sponse affidate,—terras de Culzane, extenden. ad 20 libratas antiqui extentus, in balliatu de Carrik, vic. Air ;—quas idem Joh. resignavit :—TENEND. dictis Joh. et Kath. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Joh. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 147.

1741. Apud Linlithqw, 31 Dec.
REX dedit literas legitimationis JOHANNI MURHEID bastardo, filio naturali quondam Johannis M. xxvi. 433.

1742. Apud Linlithqw, 2 Jan.
REX confirmavit cartam Roberti Stewart de Clavach,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI GRANT in Ballindallach, heredibus ejus et assignatis quibuscumque,— terras suas dimedietatis ville de Estir Urquhard, terras suas de Cantradoun, in baronia de Clavach, vic. Narne : — FACIEND. regi servitium warde &c. :— TEST. Alex. Doles de Cantray, David Clerk, Dunc. Toy, Wil. Thane, D. Johanne Portar, Joh. M'Ingoune, Joh. M'Keren :—Apud Estir Urquhard, 6 Nov. 1532] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 52.

1743. Apud Linlithqw, 12 Jan.
REX, pro servitio sibi impenso, concessit OLIVERO SINCLAR, et KATHERINE BALLENDENE ejus conjugi,—terras de Petcarnis, cum molendino, tenentibus &c., vic. Perth;—regi pertinen. per decessum Alexandri episc. Moravien. ultimo defuncti, bastardi absque legit. heredibus et absque legit. dispositione desuper facta mortui;— quas rex creavit in liberam baroniam de Petcarnis:—TENEND. dictis Oliv. et Kath. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Oliv. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 54.

1744. Apud Linlithqw, 12 Jan.
REX concessit familiari servitori suo PATRICIO WEMYS de Pettincreif, et heredibus ejus quibuscumque,— terras de Dunfeild, tam proprietatem quam tenandriam, vic. Fyffe ;—quas David Ramsay de Dunfeild resignavit :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 57.

1745. Apud Linlithqw, 14 Jan.
REX confirmavit cartam Johannis Makgilleone de Lochboy,—[qua concessit filio suo naturali MURDACO MAKGILLEONE, et heredibus ejus masc. quibuscumque,—6 denariatas terrarum de Achlenane, 6 den. de Drummyne, 4 den. de Achyawale, 2½ den. de Auchlycht-macrufflane, 2½ den. de Aldachonnyche, dimedietatem de Dowderre, 4 den. de Yaore, unam

[1] This charter contains the following names of adjoining owners : — umquhile John Mosman, heirs of umq. Alex. Reid, Hen. Cranstoun, Joh. Arres, Joh. Quhite, umq. Wil. Levingstoun, heirs of umq. Joh. Windizettis, the laird of Corstorphin, Petronilla Libertoun, Wil. Adamsone, umq. And. Bell, umq. Geo. Tailliefere, umq. Roger Murray, umq. Wil. Halkerstoun, Joh. Fischear, umq. Wil. Currour, M. Adam Otterburne, umq. John Bonkill, Edw. Kincaid, umq. Luke Young, heirs of umq. John Davidsoun, umq. Lord Lindesay of Byris, Thomas Dalzell, heirs of umq. M. John Murray of Blakbarony, umq. Rob. Sclater, umq. Joh. Berclay, Joh. Stevinsoun executioner.

den. de Dernamart, 5 den. de Barre, in dominio de Moravia (Morvern ?), vic. Invernys ; cum officio balliatus omnium terrarum de Moravia ; 2 den. terrarum de Growding, den. de Calchele, den. de Kelbeg, den. de Gyeddroll, dimediam den. de Chowoure, den. de Brayadill, quadrantem de Toslebeg, den. de duabus Rousillis, den. de Coroche, den. de Pengowyne, den. de Letter-ardnacreile, den. de Finchenis, den. de Laychtirdill, den. de Garemowne, den. de Skowlestillmore, den. de Skowlestilbeg, in Forsay in insula de Mowill, extenden. ad 20 marcas ; den. de Ardnesaleyne, den. de Drummatyin, den. de Kowillay, obulat. de Germowne, oblat. de Berchantromane, den. de Chanloch-spelow, oblat. de Juredill, den. de Debedill et Deisgaig, 2 den. de Lagane, den. de Moy (cum) castro, den. de Camroyne, den. de Glenbair, oblat. de Crosta, obulat. de Inegard, den. de Roysaile, obulat. de Darnakowlane, in Molorous in dict. insula, extenden. ad 17½ marc. ; den. de Tayobill, obulat. de Kayltrene, oblat. de Kaylemore, den. de Scoabill, 1½ den. de Teyrhowrane, obulat. de Brekache, 2 den. de Knokroy, 1½ den. de Soweconnell, den. de Cammys, in Ardmannych in dict. insula, extenden. ad 12 marc. ; terras 2½ marc. de Ardlisay et Knokinsawill in Dowray ; den. de Kylmoyre in Scarba, extenden. ad 2 marc. ; den. de Lunga ; cum terris 12 marc., viz. 6 den. de Achenbeg et Yecomys, 2 den. de Kowilkelis, 3 den. de duabus Achefors, 3 den. de Achenagawyne, 2 den. de Henyngbeg, den. de Areangus, den. de Corosmedill, 3½ den. de Cleynlond, 2½ den. de Cormawin, in dominio de Morwarn :—TENEND. de rege :—RESERVATO libero tenemento dicto Johanni :—TEST. D. Alano M'Gilleone monacho de Yona, Joh. Campbell de Lundy milite, Hugone Maxwell de Teling, M. Tho. Keyne notario publico :—Apud Edinburgh, 8 Sept. 1534] :—PROVISO quod nulle dict. terrarum regi in proprietate spectaverunt, et quod dict. donatio non esset in prejudicium veri heredis aut legit. filiorum dicti Joh. si quos habuit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 124.

1746. Apud Striveling, 3 Feb.
REX confirmavit cartam Patricii Vaus, filii et heredis quondam Thome Vaus in Quhithillis,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI VAUS de Barnbarroch, heredibus ejus et assignatis, —2½ marcatas terrarum de Drumgergan antiqui extentus, in dominio Galwidie, parochia de Kirkynner, vic. Wigtoun :—TENEND. de rege :—TEST. Geo. Campbell de Karyntray, Henrico Makcullach in *ly* Mary-port, Joh. Vaus, Joh. Car, M. Pat. M'Cullach :—Apud Barnbarroch, 9 Aug. 1535] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 205.

1747. Apud Striveling, 10 Feb.
REX concessit NICHOLAIO TRONOS Gallo—potestatem super ejus terris, bonis &c., disponendi, omnes actus exercendi simili modo ac si de regno Scotie oriundus fuisset ;—renunciando juri suo ad bona dicti Nich., non obstan. quod bona quorumcumque extraneorum infra Scotiam decedentium ad regis dispositionem pertinuerunt. xxvi. 113.

1748. Apud Striveling, 17 Feb.
REX concessit WILLELMO BURNET de Campfell, heredibus ejus et assignatis,—occidentalem dimedietatem terrarum de Tulihekke, cum tenentibus &c., in comitatu de Mar, baronia de Onele, vic. Abirdene ; —quam And. Huntar, cum consensu Jacobi Gray in Perth curatoris sui, resignavit :—SOLVEND. annuatim 10 sol. feodifirme, et faciend. alia servitia debita et consueta secundum tenorem antiqui infeofamenti :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 109.

1749. Apud Striveling, 18 Feb.[1]
REX confirmavit JOHANNI DOMINO ERSKIN, heredibus ejus et successoribus, —terras et baroniam de Balmakelle, viz. villam, terras dominicales de B., *le* Bernis, Newtoun, cum tenentibus &c., cum communia in communiis de Luthirmure et Kursloch, dimedietatem terrarum de Balmaledy, Haltoun, Balmaschynnare et

[1] Dated A.D. 1538. Placed here according to the regnal year, which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xi. fol. 63.

Smythhill, cum tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum earundem, cum communia in communiis predictis, et piscaria salmonum infra aquam de Northesk, vic. Kincardin ;—quas idem Joh. personaliter resignavit ; et quas terras de Balmakelle &c. rex,—pro servitio sibi in minoritate sua et hucusque impenso, et specialiter in Francie et Anglie regionibus et regnis ob causarum suarum expeditionem, —incorporavit in liberam baroniam de Balmakelle, et terras de Balmaledy &c. in liberam baroniam de Haltoun:—REDDEND. annuatim pro baronia de Balmakelle wardam &c., cum tribus sectis ad tria placita capitalia vic. de Kincardin ; pro baronia de Haltoun unum den. argenti nomine albe firme ; ac voluit rex quod una presentia seu secta pro omnibus dict. terris in curiis justiciarie et parliamentis sufficeret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 6.

1750. Apud Dunde, 7 Mar.

REX confirmavit cartam Johannis Vaus de Lochislyn,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit cognato suo ROBERTO VAUS burgensi de Invernys, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Lochislyne et Newtoun, in comitatu Rossie, vic. Invernis :—TENEND. de rege tanquam com. Rossie :—RESERVATO vitali redditu dicto Joh. et Margarete Urquhard sue sponse, et ipsorum alteri diutius viventi :—TEST. Angusio M'Culloch de Mekle Terrell, Alex. M'Culloch filio ejus et herede apparente, Hugone M'Culloch, D. Magno Vaus vicario de Abirtarf, D. Joh. Scot notario publico, D. Roberto Strabrok canonico de Ferne : — cum subscriptione dicti Joh. V. tangendo pennam dicti notarii :—Apud Lochislyne, 20 Jan. 1537] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 62.

1751. Apud Dunde, 12 Mar.

REX, pro bono servitio, concessit familiari servitori suo DAVID WOD, et MARJORIE CULLACE ejus conjugi,—terras de Drumgreith (Drumgeith?), vic. Forfare ;—regi pertinen. ob forisfacturam Johannis dom. Glammis :—TENEND. dictis Dav. et Mar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti David quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 101.

1752. Apud Dunde, 17 Mar.

REX confirmavit cartam Johanni Vaus de Many,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit GILBERTO MENZEIS de Fyndone, et MARJORIE CHALMER ejus sponse,—piscariam dimedii rethis de *lie* Raik super aqua de Dee, in communitate de Abirdene, vic. ejusdem: — TENEND. dictis Gilb. et Mar. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibus eorum et assignatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Gilb. quibuscumque, de rege:—TEST. Arch. Craufurd, David Piot, D. David Vaus, M. Edw. Menzeis, M. Rob. Menzeis, M. Davide Nicholsoun et M. Tho. Young notariis publicis: — Apud Abirdene, 30 Jan. 1538]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxvi. 232.

1919. Apud Edinburgh, 1 Mar.

REX,—cum villa et burgus de Annand, super limites occidentales situatus regnoque Anglie propinquior adjacens, infra senesc. de Annandale, sepius combustus fuisset et destructus, ac burgenses et inhabitatores per Anglos in regni Scotie protectione tam pacis quam belli temporibus depredati et occisi fuissent, et corone sue Scoti fideles et justi semper extitissent; ac cum carte antique fundationis et infeofamenta dict. burgi, per regis progenitores confecte, per dict. regis inimicorum obsidionem et incendium et alias destructe et combuste essent, unde inter eos usus marcantiarum cessaverat; — prop-

[1] Names of assize:—Robert Maule of Panmure, And. Ogilvy of Duntrone, Wil. Betoun of Westhall, Hen. Ramsay of Ardowny, Hen. Ramsay of Lawaris, M. John Auchinlek of Wodhill, Ninian Guthre of Kingany, John Guthre of Balnabreich, David Guthre of Esse, M. Alexander Auchinlek, David Guthre in Inverpeffer, James Nachty, Joh. Piggat, Alex. Creichtoun in Crowdy, Alex Ogilvy in Cany.

terea de novo infeodavit dict. burgensibus et communitati—BURGUM ET VILLAM DE ANNAND in burgum liberum pro perpetuo, cum omnibus terris, annuis redditibus et possessionibus, piscationibus quibuscumque eidem pertinentibus (viz. incipien. ad *lie* Sandy-pule de Kirkbank, Beucherbek, et ascenden. ad sublimitatem de Holingbog limitan. inter Dunbertane et Wrmanbe, ad Robgillistrand, ad *lie carne* de Cragkow, et tunc ad sublimitatem de Ragilschawis, et abhinc ad tres lapides de Sandy-gile, et ab his ad *lie* South-wod, et abhinc pre mora de Grekane ad *lie* Merebek curren. in mare, et ab hoc ad *lie* Altarestane infra aquam de Sulway, et abhinc ad pedem de Annand-watter *scare* et *schand*, et sic ad *lie* Northburne-fute), cum piscatione rethis a flumine usque ad mare; — cum potestate terras communes infringendi et colendi, molendina, terras molendinarias et aqueductus, *le dammis*, ad eorum maximam utilitatem et proficuum desuper faciendi, ballivos &c. annuatim eligendi et jurari faciendi, crucem foralem et diem fori ebdomidatim die Sabbati, et diem fori *lie fare-day* annuatim die Ascentionis vocat. *Alhallow-Thurisday*, et per octavas ejusdem habendi, cum pretorio &c., potestate emendi et vendendi &c.:—SOLVEND. firmas burgales &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 340.

1920. Apud Edinburgh, 2 Mar.

REX concessit DAVID LINDESAY in Kerymure, et ejus heredibus, — dimedietatem terrarum de Ester Marcus, sextam partem terrarum et ville ejusdem, cum dimed. et sexta parte molendini ejusdem, et terris dict. molendini ad partem occidentalem dict. ville et molendini coadjacen., in baronia de Tannades, vic. Forfare;—que fuerunt Johannis olim dom. Glammys in superioritate et dicti Dav. in proprietate, et regi devenerunt ob forisfacturam dicti Joh.: —REDDEND. annuatim unum den. argenti nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 11.

1921. Apud Edinburgh, 4 Mar.

REX concessit ALEXANDRO MAKEE, heredibus ejus et assignatis,— marcatam terrarum de Stronard, et 5 solidatas de Tornyrghe, antiqui extentus (redden. per annum 6 marc.), in senesc. Kirkcudbricht; —que fuerunt Gilberti Makdowell de Spottis, de rege tente per servitium warde et relevii cum communi secta; et 7 Nov. 1537 per Alex. Levingstoun de Litil-Ardis (senescallum deputatum de Kirkcudbricht per Rob. dom. Maxwell senescallum ejusdem principalem specialiter constitutum) appreciari facte sunt[1] dicto Alex. M. pro 160 marcis in partem solutionis 200 marc. ei debitarum:— et voluit rex quod dictus Gilb., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocumque dictas summas persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 251.

1922. Apud Linlithqw, 4 Mar.

REX confirmavit cartam servitoris sui Symonis Carruderis de Mowswald,—[qua, —pro amore &c., ac pro pecuniarum summis sibi, et Willelmo Litill burgensi de Edinburgh nomine suo, persolutis,—concessit AGNETI MURRAY, filie Cuthberti M. de Cokpule (in ejus virginitate et ante complementum matrimonii inter se et dictam Ag.), in vitali redditu,—10 libratas terrarum de Dronok antiqui extentus, cum piscationibus earundem quibuscumque, 7 marcat. de Mowswald ant. ext. (per Joh. Rowle, Halbertum Diksoun, Cristopherum Carruderis, Helenam Robsoun relictam Thome Carruderis, Joh. Alansoun et Halbertum Alansoun occupatas), in senesc. Vallis Annandie, vic. Drumfreis:— TENEND. de rege:—TEST. M. Harberto Maxwell, Cuthberto Murray de Duncreif, D. Math. Saitlar rectore de Pennyrsakkis, D. Joh. Wilsoun capellano, Alex. Sinclare et Alex. Makneill notariis publicis:—Apud Edinburgh, 24 Feb. 1538]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 252.

1923. Apud Linlithqw, 4 Mar.

REX confirmavit cartam Willelmi com-

[1] Names of assize:—David Craufurde of Litill Park (Parco), Arch. Mure of Torhous-Mure, Rob. Schaw in Kerstrommane, Martin Makenynsterre of that ilk, And. Heroun of Crerewchtre, Jas. M'Culloch, Dunc. Makee, Alex. Mure in Slewlarg, Rolland M'Caihze, Alan Makee, Peter M'Dowell, Robert Levingstoun, Roger Gordoun, Pat. M'Ke, Tho. M'Dowell, Joh. M'Culloch.

mendatarii seu usufructuarii monasterii de Culros, Johannis abbatis de C., et conventus ejusdem,—[qua,—cum Roberto abbate de Kinlos suo patre abbate, et Donaldo abbate de Cupro cum eo assistente,—pro 508 libris sibi persolutis (pro reparatione dicti monasterii et domorum regularium ejusdem caducarum et ruinosarum, ac pro relevamine suo ad manus creditorum, et presertim sue partis compositionis magne taxe super prelatis ecclesie Scoticane per Sedem Apostolicam imposite), ac pro aliis gratitudinibus &c., — ad feodifirmam dimiserunt JOHANNI DOMINO ERSKIN,—terras de Gogar, et Gargrais Estir et Westir, vic. Perth;—quas incorporaverunt in unam liberam tenandriam de Gogare :—TENEND. dicto Joh. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, ejus legitimis et propinquioribus heredibus masc. quibuscumque : —SOLVEND. annuatim dicto monasterio, aut episcopo Dunblanensi nomine ejusdem, unam celdram frumenti; necnon dicto monast. 50 libras (in rentalis augmentationem ad 10 lib.), de quibus 2 libre ad *lie pette-comonis* dicti conventus applicarentur; necnon 50 lib. pro duplicatione in introitu heredum :—Insuper si contingeret solutionem per 3 terminos insimul deficere, dicta infeodatio amitteretur:—dicti vero commendatarius &c. dict. terras de Gogar warantizarent liberas ab omni solutione decimarum garbalium, et signanter ad manus priorisse et conventus monialium de North Berwik, et eorum successorum rectorum ecclesie parochialis de Lundy, Dunblanen. dioces. (infra cujus parochiam terre de Gogar jacebant) :—Apud locum capitularem monasterii de Culros, 17 Feb. 1538] ;—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxviii. 439.

1924. Apud Lynlithqw, 6 Mar.

REX concessit ALEXANDRO M'KANE M'ALISTER de Glengarre, et MARGARETE YLIS ejus conjugi, et eorum alteri diutius viventi in vitali redditu seu conjuncta infeodatione, et ANGUSIO M'ALISTER eorum filio et heredi apparenti in feodo,—castrum, fortalicium et maneriem terrarum de Strome, dimedietatem terrarum de Lochelche, Lochcarne et Lochbrome, cum piscariis, tenentibus &c., in comitatu de Ros, vic. Invernys; terras de Sleismene de Glengarre extenden. ad 20 denariatas, Moror ad 12 den., cum piscariis, tenentibus &c., in dominio de Gartmoror et Lochabir, vic. Invernys;—quas terras in Ros eadem Marg. cum avisamento dicti Alex., ceteras idem Alex., resignaverunt :—INSUPER rex, pro servitio sibi impenso, concessit dicto Angusio nonintroitum terrarum de Sleismene et Moror: —TENEND. dictis Alex. et Marg. *ut supra*, dicto Ang. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscumque, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxvi. 247.

1925. Apud Linlithqw, 6 Mar.

REX confirmavit cartam quondam Cristiane de Mala Villa domine de Glenbervy,—[qua, in sua pura viduitate, pro servitio sibi impenso, concessit consanguineo suo (quond.) JOHANNI DE MALA VILLA, et ejus heredibus (de corpore procreatis [1]), —terras de Legevin cum *le* Rig ejusdem usque ad Malewilsete ex parte australi de L., ac *le* Curmyre usque ad Scalegib versus orientem, ac *le* Carnefeild usque ad terras templariorum versus occidentem, et *le* Drupehill cum Glascogrene versus occidentem contigue usque ad rivolum ejusdem, ac *le* Coldon cum Leidecon (?) usque ad terras cultas de Inchebrek ex parte boreali vie qua itur a vado de Genny orientaliter extendendo ad *le* Hundhillok ac *le* Blacmur, occidentaliter extenden. ad *le carne* ex parte orientali de Ynchbrek prope domos ejusdem, et borealiter extenden. ad rivolum emanan. de *le* Petemyre, et sic secundum quod dict. rivolus currit inter Bogjergon et Bogyntagart usque ad Badinavane, Badinavane borealiter extenden. ad marresium de Withquhry, Blere(r)nach extenden. versus orientem ad vadum de Cromlott, Herwod (usque ad communem viam a Cromlot-

[1] In introductory clause only.

furde ascenden. ad crucem ligneam et descenden. versus occidentem ad Malewillsete), in baronia de Glenbervy, vic. Kyncardin :—FACIEND. forinsecum servitium regi de dictis terris ; ac REDDEND. dicte Cris. annuatim unum den. argenti nomine albe firme :—Et si dictus Joh. et heredes molendinum proprium non haberent, concessit quod molerent ad molendinum dicte Cris. de Glenbervy pro vicesimo quinto vase multure :—TEST. Adam episc. Brechinen., D. Wil. de Alto Monte, D. David de Brechyn (Berclay ?) dom. de Brechyn, D. Malc. de Ramsay vicecomite de Angus, militibus, Joh. de Stratoun, Joh. Dempstar, Walt. de Allirdes, Samuele de Wiltoun, Tho. de Strachewin juniore] :—quequidem carta per David Scotorum regem confirmata extitit, et sigillum ejusdem ob temporis vetustatem ruptum extitit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 32.

1926. Apud Regiam de Lynlithqw, 7 Mar.

REX constituit OLIVERIUM DE BURGUNDIA thesaurarium Bituricensem, ac comitatus sui de Gyan in Francia receptorem et thesaurarium, — suum procuratorem, receptorem et thesaurarium generalem ;—cum potestate recipiendi nomine suo annuam pensionem 20,000 librarum Tourn. per Francorum regem socerum suum Marie a Lotheringia sponse sue concessam. xxvi. 227.

1927. Apud Palatium de Linlithqw, 7 Mar.

REX constituit RODULPHUM TITULI S. PRISCE CARDINALEM CARPENSEM—negotiorum regni sui protectorem et promotorem generalem et specialem ;—cum potestate apud papam Paulum et ejus successores, consessum cardinalium &c., sua negotia tractandi. xxvi. 228.

1928. Apud Linlithqw, 7 Mar.

REX confirmavit cartam Jacobi I. regis,—[qua concessit priori et conventui MONASTERII VALLIS VIRTUTIS ordinis Cartusien. prope burgum de Perth,—quod ipsi et eorum successores tenerent maneria, terras, tenementa, redditus, et possessiones quascumque, cum omnibus libertatibus et consuetudinibus tam de priore eligendo quam aliis quas habuit domus Cartusie, liberas et quietas de scutagiis, operationibus castellorum, pontium et parcorum et fossarum et domorum, de theoloneo nero et passagio et paagio et pontagio et lastagio et de omni servitio et consuetudine et de omni questu pecuniario regi pertinen. per totam regis terram et dominium sive in terra sive in insulis maris, et de assertis et redargo (regardo ?) foreste infra terminos eorum, et de placitis et querelis omnibus; et terre eorum, de quibus solebat dari murdrum, quiete essent de murdro et omni actione et vexatione mundana ;—prohibuit etiam ne forestarii vel eorum ministri eis molestiam facerent infra eorum limites &c.;—et concessit quod essent quieti de omnibus auxiliis, subsidiis, tallagiis &c. regi prestandis ; et quod si bona aliorum religiosorum taxari contingeret, bona dict. prioris &c. non taxarentur ; — concessit etiam eisdem finea, redemptiones, exitus, forisfactos et amerciamenta regi pertinen. pro delictis &c. de quibus tenentes et servientes dict. prioris &c. coram justiciariis regis forent impetiti ad statutum de operariis &c., durante dicto statuto ; — concessit etiam quod ipsi aut eis servientes pro coriis tannatis et venditis non molestarentur ; et eos in specialem protectionem suscepit ;—precepit insuper quod nulli vicecomites &c. blada vel aliqua triturare, et ea vel aliqua bona, aut etiam equos, boves, plaustra, carectas, naves seu batellas dicti prioris &c. sub colore emptionis vel alio modo abducere aut extortionem aliquam ab iis facere presumerent ;—concessit etiam quod mineras plumbi, stanni, auri vel argenti seu cujuscumque metalli, aut thesauri absconditi de solo suo, possent effodere et eorundem exitus percipere;—et quod quieti essent de muragio, caragio, petagio, panagio et stallagio &c., et quod haberent omnes libertates quibuscumque domibus Cartusien. quocumque loco concessas ;—preterea concessit quod haberent omnes terras, bona &c., quieti de decimis et quintisdecimis regi concessis per papam seu clerum sive per laicas gentes ;—preterea confirmavit articulos sequentes ; viz. primo quod ipsi vel servitores eorum

possent emere, infra burgum de Perth seu extra, ligna seu alia focalia, tam ad edificandum quam ad comburendum, et omnia comestibilia et potabilia, viz. omnia genera piscium, lac, ova, caseos &c., de quibus eis primo serviretur, etiam ante regem et reginam, et de pretio regis rationabili, sub pena confiscationis omnium talium in usum dicte domus; et voluit quod in burgo de Perth pisces, casei, butirum et ova ante venditionem presentarentur dictis religiosis ad crucem in via australi dicti burgi; item quod dicti prior &c. possent facere de riparia de Almonde vel *mildam* de Perth unum conductum 2 pedes latum ad domum suam pro conductione aque recentis pro stagnis fossatis &c., nec ulli ausi essent facere introitum seu exitum aquarum infra spatium fossatorum dicte domus sine expresso consensu dict. prioris &c.; et quod haberent usque ad spatium unius leuce circa dict. domum ad exercend. omnes artes qua possent proficere; item quod haberent tronum pro mercantiis, et quod eorum omnes mercantie sive in lanis, pellibus vel *hydis barkit* et *onbarkit* &c. exempte essent a custuma &c.; item quod nulli eos, eorum servitores &c. molestarent; item concessit eis licentiam ad faciend. stagna, nemora, parcas &c.; et quod de foresta de Byrnane haberent 4 quadrigas continue ducentes ligna tam ad edificand. quam ad comburend.; item (quia pisces de complexione sunt frigidi, et terra Scotie ex appropinquatione ad polum naturaliter est frigida), concessit eis de custuma burgi de Perth, sive de aliis quibuscumque redditibus suis dicti burgi, 6 dolia vini boni et sufficientis, sani et incorrupti et immixti annuatim; item concessit licentiam omnibus caritative dictis priori &c. terras, bona &c. concedere; quas eisdem mortificavit: —TEST. Joh. episc. Glasguensi cancellario, Hen. episc. S. Andree, Joh. episc. Brechinen., Johanne abbate de Melros confessore regis, Wil. abbate de Calco, Walt. com. Atholie avunculo, Arch. com. de Douglas, Wil. com. Angusie, nepotibus regis, Geo. com. Marchiarum, M. Wil. de Foulis preposito de Bothuile et privati sigilli custode, Jac. de Dowglas de Balbany scutifero, Jac. de Douglas dom. de Dalkeith, Rob. de Erskin, Walt. de Ogilvy, Joh. Forstare, Rob. de Lawedre, Wil. de Crechtoun, Wil. de Borthuic, David Stewart, Tho. Colvile, Johanne de Bothuile, militibus, Jacobo de Dundas, Wil. de Erskin, Joh. de Spens, Jac. Schaw, cum multis aliis regni prelatis et proceribus:—Apud Perth, 31 Mar. 1429, an. reg. 23]:—TEST. 80. 63. 71. 88. 81. 93. 106. 97. 108. xxvi. 234.

1929. Apud Linlithqw, 7 Mar.

REX, pro bono servitio ac pro compositione soluta, concessit WILLELMO LIOUN, heredibus ejus et assignatis,—terras de Estir Ogill, cum molendino earundem et communia in *lie glen* de Ogill, terras de Glenley, in baronia de Tannades, terras de Balbegeno et tertiam partem de Balmukkety, vic. Forfare; terras de Pittanes, in baronia de Balhelvy, vic. Abirdene;—que fuerunt dicti Wil., de quondam Joh. dom. Glammys tente; et regi devenerunt per forisfacturam Johannis olim dom. G., filii et heredis dicti Joh.:—REDDEND. annuatim pro Pettanes unam sectam ad placitum capitale vic. de Abirdene, cum servitio warde, relevii et maritagii cum contingerent; pro ceteris tres den. argenti nomine albe firme:—RESERVATIS Jonete Scrymgeour matri dicti Wil. vitali redditu de Pettanes, et tertia parte ceterarum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 266.

1930. Apud Linlithqw, 7 Mar.

REX confirmavit fundationem unius collegii per quondam Jac. Betoun archiepisc. S. Andree in *lie pedagoge* infra UNIVERSITATEM et civitatem S. ANDREE propositi, et tunc per consang. regis David Beittoun (Romane ecclesie presbyterum cardinalem et archiepisc. S. Andree, necnon Mirapicen. ecclesie administratorem, et commendatarium de Abirbrothok) inchoandi et complendi de nonnullis doctoribus, regentibus, magistris, capellanis, et in diversis facultatibus studentibus pro suorum ligeorum in fide catholica instructione, heresis resistentia, justitie administratione, habilium virorum in virtutibus, scientia et politia infra regnum suum instructione, ac pro divini cultus suffragiis manutenen., prout in erectione per papam facta seu fienda, et

in annexationibus ecclesiarum de Tynnynghame, Tannades et Inchebriok, ac nonnullarum terrarum et annuorum reddituum de metropolitana S. Andree ecclesia dicto colleg., latius contentum est;—igitur pro favore erga dict. Dav., &c., concessit licentiam edificandi dictum collegium &c.; et dictis doctoribus &c., gaudendi privilegiis collegiis S. Salvatoris infra S. Andream et B. V. M. infra Universitatem Abirdonen. concessis; et eosdem de taxationibus &c. exoneravit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 330.

1931. Apud Linlithqw, 8 Mar.
REX ad feodifirmam dimisit DAVID BETOUN, filio naturali David archiepisc. S. Andree,—terras dominicales *le* Manys de Baky, cum manerio, messuagio, lacu, ortis, terris de Drumderne ac partibus &c. earundem, cum molendino de Baky, astricta multura, terris molendini, domibus molendinariis (extendentes in firma, grassuma, porcis, caponibus, *le cane* et aliis devoriis, ad 40 libras 16 sol.), terras et villam de Lundarteris et Murehous (extendentes in firmis, grassumis, caponibus *le cane*, granis equorum, de (*lie*) *ryn mart*, *ryn welderis* &c. ad 30 lib. 16 sol.), in baronia de Baky, vic. Forfare;—regi pertinen. ob forisfacturam Johannis olim dom. Glammys:—TENEND. dicto David et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Jac. B. fratri ejus germano et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Dav. quibuscumque:—SOLVEND. annuatim pro Baky &c. 41 lib. 2 sol. 8 den.; pro Lunderteris &c. 31 lib. 2 sol. 8 den.; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politiis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 231.

1932. Apud Linlithqw, 9 Mar.
REX confirmavit ANDREE GUTHRE de eodem, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Guthre, cum turre, fortalicio, manerio, molendinis, multuris, piscationibus, *le outsettis*, annexis, tenentibus &c., advocationibus prepositure, prebendariorum et aliarum ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Forfare;—quas idem Andreas personaliter resignavit, exceptis 10 marcatis 10 sol. earundem resignatis per Joh. Dempster de Ouchterles, nepotem et heredem quondam Johannis D. cui appreciate fuerant pro pecuniarum summis per eum super quondam Alex. Guthre de eodem milite recuperatis;—et quas rex pro bono servitio de novo incorporavit in liberam baroniam de Guthre:—REDDEND. annuatim unum den. albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 17.

1933. Apud Linlithqw, 10 Mar.
REX concessit PATRICIO OGILVY de Inchemartyne, et ELEZABETH KYNNARD ejus sponse,—dimedietatem terrarum de Balgalle, cum manerie et pomerio earundem, in baronia de Incheture, vic. Perth;—que terre fuerunt dicti Pat., tente de quondam Joh. dom. Glammys tanquam barone de Incheture; et regi devenerunt ob forisfacturam Johannis olim dom. G., filii et heredis dicti Joh.;—et quas rex, pro bono servitio, univit terris et baronie de Inchemartyne, vic. Perth:—TENEND. dictis Pat. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibus et assignatis dicti Pat.:—SOLVEND. annuatim unum den. albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 233.

1934. Apud Linlithqw, 10 Mar.
REX confirmavit ROBERTO MOWBRAY de Bernbowgall, et BARBARE MOWBRAY ejus sponse, domine de Bernbugall, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, in vitali redditu, et JOHANNI MOWBRAY, filio seniori legit. inter eosdem procreato, hereditarie,—terras et baroniam de Dunmany, cum castro, fortalicio et manerie de Bernbowgall, cum tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Linlithqw; cum piscariis in aquis de Crawmond et Forth et in aqua salsa ad fluxum et refluxum maris; terras et baroniam de Inverkething, tam proprietatem quam tenandrias, viz. terras de Kincarny, Petcalder et molendinum de P., terras de Cauldside vocat. Newtoun de Petcalder, toftas de Balbugy, Caslane, *le* Datis (Dalis?), Spensarfeild, Salueynche, et

17 porcas, vulgo *riggis*, terrarum ex parte orientali pontis borealis de Inverkething, cum partibus, annexis, tenentibus &c., vic. Fiffe;—quas eadem Barbara personaliter resignavit; et quas rex, pro bono servitio dictorum Roberti et Barb., incorporavit in liberam baroniam de Dunmany:—Tenend. dictis Rob. et Barb. *ut supra*, dicto Joh. et heredibus ejus masc. quibuscumque, quibus deficientibus, Johanni Bertoun seniori filio Roberti B. de Ovir-Berntoun, et heredibus ejus masculis quibuscumque:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 255.

1935. Apud Linlithqw, 10 Mar.
REX concessit DAVIDI GARDIN burgensi de Dunde, et MARIOTE ERSKIN ejus conjugi,—tenementum terre in dicto burgo ex parte boreali de Murray-gait (inter terras heredum quondam Joh. Barre et heredum quond. Rob. Ramsay);—quod fuit quondam Davidis Stratoun, et regi devenit ob heresis puncta de quibus accusatus et ad mortem justificatus extitit:—Tenend. dictis Davidi G. et Mar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Dav. quibuscumque:—Reddend. firmas burgales et annuos redditus quibuscumque personis debit. et consuet.:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 304.

1936. Apud Linlithqw, 10 Mar.
REX confirmavit cartam David comitis Craufurdie domini Lyndesay &c.,—[qua,—cum consensu Domine Isobelle[1] Lundy comitisse Craufurdie, sponse sue,—pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WILLELMO BONAR de Rossy, heredibus ejus et assignatis,—terras de Newtoun et Balgarscho, cum tenentibus &c., in baronia sua de Inverarite, vic. Forfar:—Tenend. de rege:—Test. David Lindesay de Edzell, M. Jacobo Bonar, Hen. Braid, Adam Reidpeth, Harberto Gledstanis notario publico:—Apud Edinburgh, 9 Mar. 1538]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 308.

1937. Apud Lynlithqw, 11 Mar.
REX, cum consensu matris sue, ad feodifirmam dimisit ROBERTO SPITTALE,—terras de Cobilland de Downe, in senesc. de Menteith, vic. Perth, extendentes in firma, grassuma et martarum moneta ad 14 sol.:—Tenend. dicto Roberto et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—Solvend. annuatim matri regis, et post ejus decessum regi, 25 sol.; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum; ac edificando mansionem cum politiis solo correspondentibus:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 280.

1938. Apud Linlithqw, 12 Mar.
REX confirmavit cartam Andree Bard de Auchmeddane,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit DAVID BALFOUR de Balledmont, et JONETE ANNAND ejus sponse,—carucatam terre de Inverduvat, Laveroklaw nuncupat., cum tribus acris in *lie* Fluris et uno tofto in villa de I., cum piscaria salmonum ad easdem pertinen., in dicta villa de I., vic. Fiffe:—Tenend. dictis Dav. et Jonete et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Dav. quibuscumque et assignatis, de rege:—Test. Alexandro Kyd, Hen. Hay, Jac. Wischeart, Alex. Strathauchin de Brigtoun, laicis, D. And. Kintra et M. David Roberti capellanis ac notariis publicis:—Apud Dunde, 3 Nov. 1537]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 235.

1939. Apud Linlithqw, 12 Mar.
REX concessit ANDREE SCHAW filio et heredi apparenti Johannis S. de Polkemmet, et HELENE ROS ejus conjugi, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti And. quibuscumque,—4 marcatas terrarum de Smyddane-harvist, in balliatu de Killestewart, vic. Air;—necnon dicto And., et ejus heredibus quibuscumque,—terras et molendinum de Polkemmet, vic. Linlithqw;

[1] In introductory clause called *Elizabeth*.

unam marcat. de Nether-Langsyd, 3 marcat. de Sornebeg, cum turre et fortalicio earundem, duas marcat. de Ovir-Langsid, unam marcat. de Dundrivane, in balliatu de Kille-stewart, vic. Air;—quas omnes dictus Joh. resignavit:—Tenend. Polkemmet de rege, cetera de rege tanquam Scotie senescallo:—Test. *ut in aliis cartis* &c.

xxvi. 240.

1940. Apud Linlithqw, 12 Mar.

REX dedit literas legitimationis DAVIDI LAUSOUN bastardo, filio naturali D. Richardi Lausoun capellani, ecclesie collegiate B. Egidii de Edinburgh prebendarii.

xxvi. 317.

1941. Apud Linlithqw, 12 Mar.

REX concessit GEORGIO BOYD de Petkindy, et ISOBELLE RYND ejus conjugi,—6 bovatas terrarum de Balgalle, Arthuris-land, Adillis-flat et Norraway-dikis vulgo nuncupat., cum 2 toftis et 2 ortis ad easdem spectan., in baronia de Inchesture, vic. Perth;—que fuerunt dicti Geo., tente de quondam Joh. dom. Glammys tanquam barone de Inchesture; et regi devenerunt ob forisfacturam Johannis olim dom. G., filii et heredis dicti Joh.:—Tenend. dictis Geo. et Is. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Geo. quibuscumque:—Reddend. annuatim tres den. argenti, aut unum par cirothecarum pretii trium denariorum, nomine albe firme:—Test. *ut in aliis cartis* &c.

xxvii. 18.

1942. Apud Linlithqw, 12 Mar.

REX confirmavit cartam factam per familiarem et secretarium suum Tho. Erskin de Brechin militem, —[qua concessit DAVID COMITI CRAUFURDIE dom. Lyndesay, et Domine ISOBELLE LUNDY ejus conjugi,—binam partem terrarum dominicalium de Downy et terrarum de Corlongy, in baronia de Downy, vic. Forfare;—in excambium pro terris de Newbigging, Muredrum, Oxgang et tertia parte de Dunfynd, in dicta baronia, et terris de Braktillo in baronia de Inverarite, vic. Forfare:—Tenend. dictis David et Is. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. et assignatis dicti Dav. quibuscumque, de rege:—Insuper voluit quod si dicte terre dominicales &c. a dictis Dav. et Is. recuperate forent, recursum haberent ad terras de Newbigging &c.:—Test. David Lyndesay de Adzell, Ric. Lundy burgen. de Edinburgh, M. Jac. Erskin, Rob. Lindesay, D. Johanne Farny, David Murray, Harberto Gledstanis:—Apud Edinburgh, 8 Mar. 1538]:—Test. *ut in aliis cartis* &c.

xxvi. 241.

1943. Apud Linlithqw, 13 Mar.

REX, pro bono servitio, necnon pro compositione persoluta, concessit JOHANNI CHESHOLME filio et heredi apparenti Wilandi C. de Comir, et ejus heredibus,—terras de Knokfyn, Comermore, duo Inverchanais, duo *le* Brakachiis, cum *le outsettis*, silvis, nemoribus et forestis de Auffrik, Culove et Bramulich, ac antiquis bondis earundem, in Straglasche, comitatu Rossie, vic. Invernys;—que fuerunt dicti Wil., et regi Jacobo IV. pro summis ei debitis appreciate fuerunt; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Comermore:—Reddend. annuatim regi tanquam com. Rossie tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Invernys, cum warda &c.:—Reservato libero tenemento dicto Wil.:—Test. *ut in aliis cartis* &c.

xxvii. 14.

1944. Apud Linlithqw, 14 Mar.

REX concessit THOME STEWART filio et apparenti heredi Alexandri S. de Garntulie, et heredibus ejus masc. quibuscumque,—terras de Garntulie, Kiltulie, Tullochcrosk, Pittoquharne, vic. Perth;—quas dictus Alex. resignavit; et quas rex, pro servitio sibi impenso, incorporavit in liberam baroniam de Garntulie:—Reservato libero tenemento dicto Alex.:—Test. *ut in aliis cartis* &c.

xxvi. 236.

1945. Apud Linlithqw, 14 Mar.

REX confirmavit cartam Elizabeth Kennedy domine de Culzeane,—[qua, cum consensu sponsi sui Johannis Kennedy de Dalquhorrane, concessit Domine JONETE

STEWART, relicte Johannis Kennedy de Culzeane militis, in vitali redditu, qua deficiente, dicte Elizabeth et heredibus suis reversuras,—40 solidatas terrarum dominicalium de Culzeane, adjacen. ad principalem mansionem de C., inhabitat. per dictam Jon., 10 sol. de Culzeane per Rob. Quhitfurd inhabitat., antiqui extentus, in comitatu de Carrik, vic. Air ;—pro renunciatione tertie partis terrarum de Goldring et Crukeside (dicte Jon. spectan. per decessum ejus sponsi) ad utilitatem dicti Joh. K. de D. :—TENEND. de rege tanquam principe Scotie et comite de Carrik :—TEST. Willelmo Hammyltoun de Sancquhare, David Kenedy, Arthuro Hall de Foulebar, Rob. Law, D. Joh. Burnis capellano ac notario publico :—Apud burgum de Air, 7 Mar. 1538] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxvi. 238.

1946. Apud Linlithqw, 14 Mar.

REX confirmavit cartam Johannis Kennedy de Dalquhorrane,—[qua concessit matri sue Domine JONETE STEWART relicte Johannis Kennedy de Culzeane militis, in vitali redditu, qua deficiente, dicto Joh. K. de D. et heredibus suis reversuras,—20 solidat. terrarum de Carne antiqui extentus, in Glenstinchear, in comitatu de Carrik, vic. Air, inhabitat. per Joh. Ros ; — pro renunciatione tertie partis terrarum de Elintoun et Auchinruglen, dicte Jonete spectan. per decessum ejus sponsi :—TENEND. de rege tanquam principe Scotie et com. de Carrik :—TEST. et de data *ut in carta* 1945] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxvi. 239.

1947. Apud Linlithqw, 14 Mar. [1]

REX concessit DAVID DEMPSTAR filio et heredi apparenti Willelmi D. de Carrastoun, et heredibus ejus quibuscumque,—terras et baroniam de Carrastoun, cum molendinis, multuris et piscariis earundem, terras et baroniam de Petmoweis, cum molendinis et multuris et sequelis, terras de Preschak, Freache, Petforthe et Braiklo, vic. Forfar ;—quas dictus Wil. resignavit : —RESERVATIS libero tenemento dicto Wil., et rationabili tertia . . . . . Fentoun ejus conjugi :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxviii. 27.

1948. Apud Linlithqw, 16 Mar.

REX confirmavit cartam Willelmi Kirkpatrik de Kirkmichaell,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit GEORGIO HUME de Aytoun, heredibus ejus et assignatis,—terras de Dunspark et Caldsydeis, cum tenentibus &c., in comitatu Marchie, vic. Beruik :—TENEND. de rege :—TEST. And. Ker de Fernyhirst, M. Joh. Kirktoun, Tho. Craig, And. Richartsoun, Joh. Wilkesoun, M. Tho. Kene notario publico : —Apud Edinburgh, 23 Jul. 1537] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 314.

1949. Apud Linlithqw, 19 Mar.

REX ad feodifirmam dimisit familiari servitori suo ROBERTO GIB,—quartam partem terrarum dominicalium de Ballincreiff, Kowgishill nuncupatam (inter terras Rob. Borthuik, terras de Cottis, Spittale, et commune pratum), vic. Edinburgh, infra constabulariam de Hadingtoun, extenden. in rentali ad 17 marcas ;—quam prius Agnes Dinglaw in vitali redditu habuit :—TENEND. dicto Rob. G. et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—SOLVEND. annuatim 20 marc. ; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum ; ac edificando mansionem cum aliis politiis necessariis solo correspondentibus :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxviii. 8.

1950. Apud Linlithqw, 20 Mar.

REX confirmavit cartam Georgii abbatis[2] de Dunfermling, et conventus ejusdem,—[qua, pro gratitudinibus &c., ad feodifirmam dimiserunt JOHANNI ROS de Cragy, et MATILDE MONCREIF ejus sponse,— terras de Jakstoun, Logybrid, Rochilie, Balmacolye, Blalak et Inchestrawe, cum piscatione aque de Tay ad easdem pertinen. (extenden. ad 44 marcas annuatim), jacentes in West-Stermont, in

[1] The date is supplied from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xii. fol. 85 verso.

[2] In introductory clause, "commendatarii."

regalitate de Dunfermling, vic. Perth : — TENEND. dictis Joh. et Mat. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Joh., quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscumque :—REDDEND. annuatim dicto monast. 48 marc. ; et 55 sol. pro 11 bollis avenarum dict. *lie cayneaittis*, 13 sol. 4 den. pro staminibus dict. avenarum, cum 35 sol. pro 70 pultreis ; necnon duplicando dictam firmam in introitu heredum ; quod si dicta firma per tres terminos continuous non solveretur, voluerunt dict. feodifirmam annullari ; et faciend. tres sectas ad tria placita capitalia apud burgum de Dunfermling :—et voluerunt quod unica sasina apud Jakstoun capienda pro omnibus sufficeret :—TEST. M. Hen. Forsith rectore de Monymusk, D. Thoma Bothuile rectore de Newdosk, Archibaldo Betoun de Capildra, M. Geo. Hay de Menzeane, Rob. Betoun de Creich, D. Joh. Cowper capellano ac notario publico :—Apud dictum monasterium, 18 Mar. 1538]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 397.

1951. Apud Linlithqw, 21 Mar.

REX confirmavit cartam David comitis Craufurdie, dom. Lindesay et Glennesk,—[qua, pro servitio impenso et impendendo, concessit consanguineo suo DAVID LINDESAY de Adzell, heredibus ejus et assignatis,—terras de Adzell cum principali loco ejusdem, Bonehard, Invereskondy, cum molendinis fullonum et granorum ejusdem (sexta parte de Invereskondy excepta), terras de Dawach, viz. Carnecors, Auchedyne cum molendino ejusdem, Ardach, Auchintowle, Glentennet, Schanequhir et Glencat, in baronia de Glennesk, vic. Forfare ;—quas idem David L. personaliter resignavit :—TENEND. de dicto com., et post ejus decessum de rege :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta :—TEST. Ric. Lundy burgen. de Edinburgh, Alexandro Lundy, Alex. Lyndsay, Alex. Blair, Alex. Mychell, David Murray, D. Joh. Ferny capellano, M. David Balfoure notario publico :—Apud Edinburgh, 19 Mar. 1538]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 15.

1952. Apud Linlithqw, 23 Mar.

REX confirmavit cartam Georgii Clapane de Carslogy,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit GEORGIO PRESTOUN de eodem, et ISOBELLE HOPPRINGILL ejus sponse,—terras suas de Quhelplaw, cum tenentibus &c., in dominio de Lauderdaile, vic. Beruik : — TENEND. dictis Geo. P. et Is. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Geo. quibuscumque, de rege :—REDDEND. servitium debitum et consuetum :—TEST. M. Rob. Galbraith rectore de Spott, Jac. Prestoun burgen. de Edinburgh, Tho. Dudingstoun de Kilduncane, M. Joh. Spens de Maristoun, Mich. Gudlawd, D. Thoma Stevin capellano ac notario publico, Jac. Tait, Wil. Sinclar :—Apud Edinburgh, 4 Mar. 1538]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 277.

1953. Apud Linlithqw, 23 Mar.

REX dedit literas legitimationis clerico et oratori suo M. WILLELMO GORDOUN, bastardo, filio naturali quondam Johannis G. de Lochinver. xxvi. 284.

1954. Apud Linlithqw, 24 Mar.

REX,—pro servitio patri suo et sibi per Robertum Bertoun de Ovir-Berntoun facto, et pro amore erga personas subscript., pro eorum servitiis impensis et impendendis, et pro occasione eis danda faciendi politiam &c.,—confirmavit filio dicti Rob. B. ROBERTO MOWBRAY de Bernbowgall, et BARBARE MOWBRAY domine de Bernbugall ejus sponse,—piscariam juxta *lie* Hund infra bondas terrarum de Bernbowgall, ad imam aquam, infra salsam aquam, et ab imo maris refluxu usque ad estum, necnon piscariam in aqua de Crawmond ab ima aqua tam procul sicut mare infra aquam de C. fluit, vic. Linlithqw ;—quas iidem Rob. et Barb. personaliter resignaverunt :—TENEND. dictis Rob. et Barbare et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, Joh. Bertoun filio et heredi apparenti dicti Rob.

B. et heredibus ejus masc., quibus def., dicti Rob. M. heredibus quibuscumque :—REDDEND. annuatim unam sectam ad placitum capitale vic. de Linlithqw, cum servitio warde et relevii ac maritagii cum contingeret :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxvi. 254.

1955. Apud Linlithqw, 24 Mar.
REX, pro bono servitio, concessit JOHANNI DOMINO ERSKIN, heredibus ejus et assignatis,—unam domum ex parte australi vici publici burgi de Striveling (inter vinellam pretorii ejusdem, terras Ric. Narne et Joh. Makke);—que fuit quondam Roberti Forestar, et regi devenit ob nonnulla crimina heresis de quibus dictus Rob. delatus fuit et convictus :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxvi. 298.

1956. Apud Linlithqw, 24 Mar.
REX, pro bono servitio, concessit familiari servitori suo DAVIDI WOD de Crag, compotorum rotulatori, heredibus ejus et assignatis, — officium coronatoris infra bondas vic. de Forfar et Kincardin, cum feodis &c., et potestate deputatos creandi ; —quod fuit quondam Johannis domini Glammys, et regi devenit ob forisfacturam Johannis olim dom. G., filii et heredis dict. Joh.:—REDDEND. annuatim unum denarium super solo terrarum de Crag, nomine albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxviii. 112.

ANNO DOMINI 1539. ANNO REGNI 26.

1957. Apud Linlithqw, 25 Mar.
REX confirmavit ALEXANDRO INNES de eodem, et ejus heredibus,—terras de Innes, terras dominicales et molendinum earundem, terras de Brankstoun, Watterscott, Kempstoun, Corsque, Stanewellis, Newtoun, Spayislaw, Cottis, Fauldis, Kers, terras de Sklentok, binam partem de Garmok, cum tenentibus &c., et *le outsettis*, terras de Kilmalemmok, viz. Sanctandroiskirktoun, Frostersette, Dunkempty, Petgowny, et Blairflathillis, cum piscaria super aqua de Losse, vic. Elgin ; terras de Abirkeirdoure, viz. Auchintoule, binam partem de Knokcorth, Stokfeild, Thanistoun, Kynnarde, cum turre, fortalicio, terris dominicalibus et molendino earundem, cum integra multura *le suckin* dict. terrarum de Abirkeirdour, binam partem de Myreside, Cromme, Monide, Elrig, Nethir-Culve, Ovir-Culve, Romoir, Tulifoff, Ardmalye, Blaklaw, cum tenentibus &c., vic. Banff ; —quas idem Alex. personaliter resignavit ; et quas rex, pro bono servitio, incorporavit in liberam baroniam de Innes :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxvi. 249.

1958. Apud Linlithqw, 26 Mar.
REX confirmavit HUGONI DOMINO FRASARE DE LOVET, — terras et baronias de Lovet, Strahawrik, Ard, Abirtarf, Hereiclis *alias* Straglas, et Dalcos, terras de Ardranicht, Ki(l)birne, quarterium de Balladrum, terras de Irrichit et Ballichcarnoch, tertiam partem terrarum de Glenelg, cum castris, turribus, fortaliciis, partibus, *le outsettis*, annexis, molendinis, multuris, piscationibus super aquis de Forne et Aveche et omnibus aliis piscationibus, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum earundem, terras de Comerkle in baronia de Ard, Myd-Leyis cum duabus Daltaleyis in baronia de Dalcos, vic. Invernys ;—que terre de Comerkle, Myd-Leyis et Daltaleyis regi Jac. IV. pro summis ei debitis per quondam Tho. dom. Lovet et Joh. M'Kinze appreciate fuerunt ; reliquas idem Hug. personaliter resignavit ; et quas rex, pro servitio sibi impenso, incorporavit in liberam baroniam de Lovet, et voluit castrum de Lovet fore principale messuagium ejusdem : — TENEND. dicto Hug. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscumque, arma, insignia et cognomen de Fraser gerentibus, quibus def., heredibus ejus quibuscumque :—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Invernes, cum warda &c. : —et si dicte terre &c. per linealem successionem ad filias, que succedere deberen

nisi esset hec carta tallie, devenirent, voluit rex quod dict. filie per heredes masc. egregie dotarentur, ac super partibus et viris maxime sibi convenientibus, et terrarum hereditarie possessoribus valoris 1000 librarum annuatim, maritarentur: — TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 244.

1959. Apud Linlithqw, 27 Mar.

REX ad feodifirmam dimisit familiari suo JOHANNI KIRKCALDY, fratri germano Jacobi K. de Grange thesaurarii sui, — molendinum de Luthre, cum terris, summarum gramine et pasturis, multuris, *lie sukkin* et devoriis ejusdem, in dominio et vic. de Fyffe, extenden. in firma et grassuma ad 8 libras :—TENEND. dicto Joh. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :— SOLVEND. annuatim 8 lib. 6 sol. 8 den. ; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum; ac edificando et sustentand. domos et alias politias necessarias solo corresponden.:—INSUPER rex specialiter revocavit pretensa infeofamenta quondam Johanni Murray et Andree Kinloch, aut quibuscumque aliis, desuper confecta, tanquam in sua minori etate facta et sub generali revocatione comprehensa ; ac, pro bono servitio dicti Joh., se obligavit in proximo parliamento ad presentem cartam ratificand.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 20.

1960. Apud Striveling, 30 Mar.

REX confirmavit JOHANNI CRECHTOUN de Strathurde militi, et JONETE SINCLARE ejus conjugi, — terras de Balbrogow et Lethame, ac molendinum de Louchok, in baronia de Rogortoun, vic. Perth ;—quas idem Joh. resignavit :—TENEND. dictis Joh. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus dicti Joh. quibuscumque : — TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 250.

1961. Apud Striveling, 7 Apr.

REX, pro bono servitio, concessit familiari suo M. JACOBO FOULIS de Collintoun, rotulorum, registri ac concilii clerico, heredibus ejus et assignatis,—terram anteriorem et tenementum in burgo de Edinburgh ex parte boreali vici regii (inter terras Joh. Kerkettill, quondam Joh. Broun burgensis dicti burgi, terram et tenementum heredum quond. Thome Kerkettill per dictum Jac. tunc inhabitatum), cum advocatione capellanie S. Patricii apud altare B. Francisci in ecclesia collegiata B. Egidii de Edinburgh, ac terram posteriorem et tenementum ibidem (inter terras Rob. Bruse burgensis, heredum quond. Tho. Young, quond. Wil. Hoppar, quond. Jacobi Barroun), annuum redditum 10 marcarum de terra et tenemento Georgii Henrisoun de Fordalis in dicto burgo, in vinella vocat. Halkerstonis-wynd; —que et qui fuerunt Johannis Broun burgen. dicti burgi ; et regi devenerunt ob existentiam dicti Joh. de heresi convict. et objurat., unde ejus bona regi per sententiam definitivam David S. Andree archiepiscopi adjudicata fuerunt :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 311.

1962. Apud Striveling, 8 Apr.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam familiaris sui M. Roberti Walterstoun (Valderstoun), Hadingtoniani, ecclesie colleg. de Bothanis prepositi, rectoris de Petcokkis,—[qua,—pro salute animarum regis Jac. V., Pat. et Adami ejus filii comitum de Bothuile, &c.,—in puram elimosinam concessit ad sustentationem unius capellani secularis imperpetuum in choro et ad altare S. Trinitatis ECCLESIE PAROCHIALIS DE HADINGTOUN celebraturi,—2 tenementa contigua in vico regio, vulgariter *lie* Hardgaite, dicti burgi (inter terras quondam M. Rob. Blakader archiepiscopi Glasguen., et Wil. Lowden), unam acram in territorio de *lie* Harmanschot ex boreali parte dicti oppidi (inter acras Joh. Getgude et Alex. Ogilwy) quam dictus Joh. in firma tenuit, acram ibidem (inter acras Arch. Cutlar et Arch. Yule) quam Patricius Congiltoun in firma tenuit (quarum acrarum fructus in reparationem dictorum tenementorum convertendi erant); necnon capellanis chori dicte ecclesie 8 marcas annue pensionis de thecis communitatis burgi de Hadingtoun, donec dicti capellani de aliis 8 marc. annui redditus infeodarentur :—INSUPER voluit quod dict. capellanie donatio post decessum suum ad ballivos, consules et communitatem oppidi

de Hadingtoun spectaret :—Test. D. Hen. Lausoun decano Cristianitatis de Hadingtoun, D. Wil. Borthuik rectore de Quhitsoun, D. Johanne Giffert vicario de Ynnerlethane, D. Alexandro Cokburne rectore de Scraling, Davide Forhous et Willelmo ejus filio, burgensibus :—Apud Hadingtoun, 8 Oct. 1521]: — Necnon aliam cartam ejusdem Rob.,—[qua,—pro salute animarum supradict., necnon Johannis dom. Hay de Yester uxorisque ejus, Nicholaii Hay quond. prebendarii ecclesie collegiate de Bothanis, &c.,—in puram elimosinam concessit ad sustentationem unius capellani secularis imperpetuum in choro ad altare S. Crucis ECCLESIE COLLEGIATE DE BOTHANIS celebraturi,—tenementum in *lie* Hardgait burgi de Hadingtoun, 2 acras terre arabilis prope dict. burgum ex parte boreali ejusdem, juxta terras de *lie* Harperdene, annuum redditum 30 sol. de tenemento terre quond. Joh. Caudil, tunc Joh. Barnis, ex parte boreali crucis foranie dict. burgi, ann. red. 40 sol. ex 3 acris terre arabilis (de se tentis per Johannem Burne in feodifirma, ex australi parte dicti oppidi in prato regio), acram terre arabilis (ex parte boreali de Hadingtoun infra libertatem dicti burgi in *lie* Harmanflat, juxta terras de Peddercrag), tenementum in *lie* Nungaite, 3 perticatas terre in *lie* Braid-croftis, ann. red. 8 den. de tenemento quond. Joh. Puddill in *lie* Nungaite :—Preterea dictus dom. Hay de Yester dedit locum mansionis faciende cum hortis in pago de Bothanis (inter terras quondam Alex. Lempetlaw et capellanie S. Edmundi), cum acra terre arabilis per Joh. Smyth occupata, cum 2 *gersommis* in pastura de Gammilstoun ac 2 dietis glebarum vel cespitum, viz. in vulgari *twa dawerkis of peittis or turffis ;* ac annexuit dicto servitio tenementum terre in eodem pago (inter terram Sancte Crucis et croftam rectoris de Moram), cum uno sulco terre et ustrino (prope crucem que ducit ad villam de Gammilstoun), cum 2 acris terre arabilis in territorio de Gammilstoun ;—que fuerunt quond. viri cognomine Cosour ;—cum pastura 2 *lie gersommis*, viz. equorum, bovum vel ovium, ubicumque animalia de Gammilstoun contingerent pasturari, et cum potestate lucrandi focalia per duas dietas in terris de G. :—Insuper dictus Rob., pro obsequiis suis ebdomidatim celebrandis &c., concessit capellanis et clerico dicti collegii,—acram terre infra libertatem dicti burgi in *lie* Harmanflat, 2 acras ad finem occidentalem dicti burgi et infra libertatem ejusdem (juxta Myldisburn), unam acram in Virlinstreit dicti burgi (inter viam ducentem ad molendinum, et aqueductum), unam acram terre arabilis in *lie* Mylflat infra libertatem dicti burgi (inter terras de *lie* Walkmyle et viam ducentem ad Clerkintoun, de qua acra die depositionis D. Adami Lempetlaw pro ejus anniversario darentur dict. capellanis 6 sol. 8 den., ac clerico parochiali pro pulsandis campanis cruceque ferenda circa templum in obsequiis dicti Rob. 6 sol. 8 den.):—Insuper voluit quod dicte capellanie donatio post ipsius decessum dominis Hay de Yester spectaret :—Test. Joh. Hay filio et apparente herede dom. de Yester, Geo. Brown dom. de Cummercolstoun, M. Tho. Haye prebendario dicti Bothanis, D. Joh. Giffert de Innerlethane vicario, D. Johanne Mandarstoun notario publico, D. Joh. Henrisoun, D. Joh. Frysale, capellanis :—cum sigillo dicti dom. de Yester :—Apud fortalicium de Yester, 23 Jan. 1535]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 265.[1]

1963. Apud Striveling, 9 Apr.

REX ad feodifirmam dimisit JOHANNI HARDY, et JONETE STEVINSOUN ejus sponse,—acram terre jacen. in terris dominicalibus de Levingstoun, in *lie* Burneflat, cum una tofta, mansione et ortis (quas dictus Joh. 4 Jun. 1524 occupavit), cum pecia Lini porce (*lie Lynt-rig*), in villa et territorio de Kirktoun de Levingstoun,

[1] The second confirmed charter contains the following names of owners of adjoining lands or houses in or near Haddington : — Joh. Masone, Rob. Beir, Cristina Kelle, Joh. Aytoun, umquhile Joh. Hynd, umq. Wil. Young, umq. Tho. Vawane, umq. Wil. Fourrous, umq. Joh. Getgude, umq. Adam Lausoun, And. Kerintoun, Joh. Wilsoun, umq. Hen. Kerintoun, Joh. Getgude, Joh. Mayne, umq. Jas. Tait, umq. Arch. Douglas, Wil. Brown, William Robertsoun, Tho. Dikisoun, umq. Rob. Dikysoun, 'Dominus Redpeth,' And. Mayne.

baronia ejusdem, vic. Linlithqw; cum officio communis hostliarii et brasiatoris dicte baronie;—que fuerunt eorundem Joh. et Jon., tente de Jac. Hammyltoun olim de Kincavill; et regi devenerunt ob dicti Jac. existentiam a legibus fugitivi pro herese :—TENEND. dictis Joh. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. propinquioribus heredibus dicti Johannis quibuscumque :—SOLVEND. annuatim 15 sol.; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 344.

1964. Apud Striveling, 22 Apr.
REX confirmavit cartam Jacobi Lile, dom. feodi de Kilmacolmes, — [qua,—de consensu patris sui Johannis (dom.) L., dom. liberi tenementi ejusdem, — pro summa pecuniesibi persoluta, vendidit PATRICIO MAXWELL de Newwerk, heredibus ejus et assignatis,—terras de Kilmacolmes, cum tenentibus &c., extendentes ad 5 libratas antiqui extentus, in parochia de Kilmacolme, baronia et vic. de Renfrew :—TENEND. de rege tanquam senescallo Scotie :—TEST. Johanne Lyndesay, David Craufurd, Georgio Flemyng de Kilmacolme, M. Joh. Portarfeild notario publico :—Apud Duchell, 21 Oct. 1539] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxvi. 365.

2074. Apud Crag, 26 Jan.
REX confirmavit cartam Johannis abbatis de Jedburgh, et conventus ejusdem,—[qua, —pro pecuniarum summis sibi persolutis pro solutione taxe super clero per papam imposite et regi debite, ac pro restructione monasterii sui per Anglos combusti,—ad feodifirmam dimiserunt ANDREE GRAY, et JONETE HUME ejus conjugi,—terras de Dunnynad (*sive* Drumnynad) cum portu et piscaria earundem, in parochia S. Skaochy, prioratu de Restinot, vic. Forfare, quas idem And. pro vita sua in assedatione habuit, extenden. in firmis,grassumis &c. ad 43 libras 16 sol. 10 den. :—TENEND. dictis And. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti And. quibuscumque, quibus def., And. Oliphere de Gagy et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., Patricio Ogilvy de Newtoun de Inverarite et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Joh. Ogilvy de Balmagarro et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Patricio Gray filio et heredi apparenti Gilberti G. de Buttirgask et heredibus &c. (*ut sup.*), de dicto monast. :

—REDDEND. annuatim 45 lib.; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum: —Apud dict. monasterium, 17 Nov. 1539]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 380.

2075. Apud Linlithqw, 27 Jan.
REX confirmavit cartam Johannis Myddiltoun de eodem,—[qua vendidit DAVID FALCONAR de Halkertoun, et MARIOTE DUNBAR ejus sponse,—terras de Myddiltoun-Estir, Husbandtoun de Myddiltoun, et Drumquharbir, cum manerio, pomeriis, molendinis, piscariis, toftis, croftis, cotagiis, pendiculis, tenentibus &c., vic. Kincardin;—in excambium pro terris (*in carta* 2076 *contentis*), et pro summa pecunie sibi persoluta :—TENEND. dictis Dav. et Mar. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Dav. quibuscumque, de rege :—TEST. Johanne Wischert de Petterrow, Rob. Stewart de Latheris, M. Thoma Wentoun, M. Davide Ramsay, Joh. Charteris burgen. de Edinburgh, Joh. Bannatyne et Jacobo Bannatyne notariis publicis: — Apud Edinburgh, 19 Jan. 1539] :—INSUPER, pro bono servitio et pro compositione persoluta, dict. terras quitteclamavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 358.

2076. Apud Linlithqw, 27 Jan.
REX confirmavit cartam David Falconar de Halkertoun,—[qua concessit JOHANNI MYDDILTOUN de eodem, heredibus ejus et assignatis,—terras de *lie* Nethir-seit de Halkertoun, et binam partem de Bent, cum molendinis, multuris, piscariis, toftis, croftis, cotagiis, *lie outsettis* earundem, in baronia de Halkertoun, vic. Kincardin;—in excambium pro terris (*in carta* 2075 *contentis*): —TENEND. de rege :—TEST. et de data *ut in carta* 2075] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 359.

2077. Apud Abirbrothok, 28 Jan.
REX dedit literas legitimationis MARIOTE DIKE[1] bastarde, filie naturali quondam Jacobi D. xxvii. 40.

2078. Apud Linlithqw, 3 Feb.
REX confirmavit et, pro bono servitio, quitteclamavit familiari suo DAVID BLANTYR, heredibus ejus et assignatis,—terras de Leggisland (inter bondas specificatas), cum communia in mora de Kynmount, vic. Forfare; — quas idem David personaliter resignavit :—TEST. 80. 63. 71. 88. 81. 93. 106. 97. 109. xxvi. 369.

2079. Apud Edinburgh, 4 Feb.
REX dedit literas legitimationis JACOBO EDMONSTOUN bastardo, filio naturali quondam Willelmi E. de Duntreith militis. xxvi. 394.

2080. Apud Edinburgh, 5 Feb.
REX confirmavit cartam Donaldi abbatis de Cupro, et conventus ejusdem,—[qua,—pro extinctione litium immortalitate quadam permansurarum, maximis impensis facta, ac pro magnis pecuniarum summis sibi persolutis pro taxe regi solutione, necnon pro aliis gratitudinibus &c.,—ad feodifirmam dimiserunt WALTERO OGILVY de Denlugus militi, et ALISONE HUME ejus conjugi,—terras suas de Alweth et Inverrichny, cum piscariis earundem super aqua de Duverne, vic. Banff, extenden. in rentali suo ad 12 libras :—TENEND. dictis Walt. et Alis. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, Geo. O. filio naturali dicti Walt. et heredibus ejus de corpore legitime procreandis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Walt. quibuscumque, de dicto monast. :—REDDEND. annuatim 20 libras; necnon duplicando dictam firmam ad introitum heredum :—TEST. Joh. Campbell de Caldor milite, Arch. C. ejus filio et herede apparente, M. Andrea Berclay :—Apud dict. monasterium, 2 Feb. 1539]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 370.

2081. Apud Edinburgh, 6 Feb.
REX confirmavit cartam Andree abbatis de Melros, et conventus ejusdem,—[qua,—quia alias terre de Drygrange, in regalitate de Melros, vic. Roxburgh, olim arboribus ac saltibus more nemorum et silvarum

[1] In one clause, and in *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xiii. fol. 61, called *Marjoria*.

consite et pene steriles, quondam Davidi Linlithqw pro 10 marcis annuatim locate fuerunt; cujus opera arboribus eradicatis dict. terre ad agriculturam redacte fuerunt; quorum contemplatione dicta firma in firmam 5 celdrarum ordei pro dictis terris decimisque garbalibus earundem commutata fuit, dictusque canon augmentatus nonnullis annis per ipsum Dav., dict. terrarum magna fertilitate durante, solutus fuit; tandem dicte terre per continuam manurationem minoris valoris extiterunt, dictoque Davide et ceteris colonis de eorum inopia et gravamine reclamantibus, utilius visum est dictum canonem in rationabilem pecunie canonem commutare, ut occupatores inde decenter ali et sustentari possent, quam terras ob non solutionem tam importabilis canonis incultas jacere, veluti dudum canon terrarum dicti monast. de Dornyk, Newsteid et Gawtounside diminutus fuit; et ubi terre pro 5 celdris ordei locate fuerunt, decime ad 2 celd. victualium ad minus extendere debuissent, quare decimis exclusis tempore majoris fertilitatis dict. terrarum 3 celdre ordei tantum solvi debuerunt, et celdra ordei communiter 10 marcis vendi solita est, quare dict. 3 celd. in canonem pecunie commutand. duxerunt; et ob industriam Willelmi L. filii dicti Dav., et dictorum Dav. et Wil. benemerita, signanter incursionibus predonum regnorum Anglie et Scotiē fortiter resistendo, ipsosque non absque vite periculo viriliter prosequendo pro dicti conventus bonis et vita defendendis;—igitur ad feodifirmam dimiserunt dicto WILLELMO LINLITHQW in vitali redditu, et JOHANNI LINLITHQW ejus filio et heredi apparenti hereditarie, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscumque, cognomen et arma de L. gerentibus, quibus def., legit., propinquiori et seniori heredi feminee absque divisione,—dictas terras de Drygrange:—TENEND. de dicto monast.; cum passagio ad communiam de Ersiltoun et pastura solit. et consuet.:—REDDEND. annuatim 20 libras in commutationem dict. 3 celdrarum, et 3 marcas in augmentationem proficui dicti monast.; necnon duplicando dictam firmam ad introitum heredum:—Apud dict. monasterium, 18 Jan. 1539]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Wil., ordinavit quod dicta confirmatio tanti valoris esset ac si ante susceptionem sasine data fuisset:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 360.

2082. Apud Edinburgh, 7 Feb.

REX concessit ANDREE LESLEY de Kilmany, filio Georgii com. de Rothes,—binam partem terrarum de Westir Newtoun, cum mansione, manerio, ortis, pomeriis, toftis et croftis earundem, terras vocat. Coitlandis et Brewlandis de Sandfurd, extenden. ad 8 acras, cum pendiculis et *lie outsettis*, piscariam salmonum de Wodhavin, cum superioritate terrarum de W., in dominio de Newtoun, vic. Fiffe;—quas M. Joh. Gardin, filius quondam David G. de Braktillo, personaliter resignavit; et quas rex, pro bono servitio dicti Geo., quitteclamavit; et voluit quod unica sasina apud Wester Newtoun capienda pro omnibus staret:—TENEND. dicto And. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Petro L. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Jac. L. eorum fratri germano, heredibus ejus et assignatis quibuscumque:—RESERVATO libero tenemento dicto David Gardin (*sic*):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 404.

2083. Apud Edinburgh, 10 Feb.

REX confirmavit cartam Rogeri Makbrair prepositi burgi de Drumfreis, Herberti Cunynghame et Edwardi Johnestoun ballivorum ejusdem, factam cum consensu communitatis dicti burgi,—[qua in puram elimosinam concesserunt CAPELLE B. V. M. vulgariter *lie* CASTELDIKIS nuncupat., infra territorium dicti burgi, et JOHANNI MAKILREVE custodi et administratori dict. capelle, et heredibus ejus masc.,—4 acras terrarum nuncupat. *the Chapelland*, occupatas per quondam Dunc. Fergusoun, And. Fergusoun et Pat. Fergusoun, custodes et administratores in dict. capella, cum domibus, edificiis, ortulis et pomeriis, jacentes versus dict. capellam (inter vicum regium, rivolum descendentem a fonte dict. capelle, particulam terre communis sue

occupatam per Tho. Welsche, et terras suas communes) :—TENEND. dict. acras, necnon dictam capellam cum ejus oblationibus, de dict. preposito &c. :—REDDEND. annuatim 8 sol.:—RESERVATO dictis preposito &c., inter dict. acras et terras per Tho. Welsche occupatas, communi passagio curruum marino aut terreno :—dicto custode debente ipsam capellam sustentare, certas missas celebrari facere &c. :—TEST. Geo. Maxwele, Herberto Maxwell, David Cunyghame, Eliseo Cunyghame, Joh. Corsby, Joh. Martyne, Herberto Patersoun, Wil. Patersoun, David Nevele, Joh. Rig, Joh. Andersoun, burgen. dicti burgi :—cum communi sigillo dicti burgi :—In pretorio dicti burgi, 18 Maii 1537] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxvi. 366.

2084. Apud Edinburgh, 10 Feb.
REX confimavit cartam Georgii comitis de Rothes, domini Leslie,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit M. JOHANNI GARDIN, heredibus ejus et assignatis,—terras de Mekill Fethy, Estir Fethy, cum brasina et molendino earundem, necnon superioritatem terrarum vocat. *the-lard-of Bourrofeildis-Fethy*, vic. Forfare :—TENEND. de rege :— TEST. Alex. Gardin, M. Rob. Patersoun, Georgio Broune, Wil. Forsitht, Jac. Andersoun :—Apud Edinburgh, 8 Feb. 1539] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxvi. 379.

2085. Apud Edinburgh, 10 Feb.
REX confirmavit cartam Alexandri Guthrye de Kyncaldrum,— [qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit fratri suo germano THOME GUTHRE, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Carret (per Joh. Alane et Rob. Sym occupatas), in baronia de Kyncaldrum, vic. Forfare :—TENEND. de rege :—TEST. Jac. Rynd de Carse, Alex. Guthre de Halkertoun, Geo. Guthre, Johanne Guthre, Hugone Guthre, Alex. Grahame, D. Tho. Strauchin, D. Joh. Wellis, capellanis et notario publico :—Apud Kyncaldrum, 29 Jan. 1539] :—Necnon aliam cartam ejusdem Alex.,—[qua,—in varanto terrarum suprascript.,—concessit dicto Thome Guthre, heredibus ejus et assignatis,—quartam partem occidentalem terrarum suarum de Kyncaldrum, in baronia ejusdem, vic. Forfare:—TENEND., TEST. et de data *ut supra*] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxvi. 391.

2086. Apud Edinburgh, 10 Feb.
REX confirmavit cartam Jacobi Skrymgeour constabularii de Dunde ac domini de Dudhop,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WILLELMO BRUCE de Erlishall, et MARGARETE MELDRUM ejus sponse,—villam sive terras de Wallace-cragy (per Jacobum Hay, Jonetam Inglis ejus sponsam, Pat. Gray de Kynneff et Cristinam Grahame ejus sponsam inhabitat.), in dominio de Dudhop, baronia de Dunde, vic. Forfare :—TENEND. dictis Wil. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Wil. quibuscumque, de rege : — TEST. Pat. Bronfeild, Thoma Skrymgeour de Henderstoun, Jac. Mowbray, And. Gourlay, Tho. Stratharne, M. Alex. Gourlay ac D. David Luyd capellanis ac notariis publicis :—Apud Erlishall, 6 Feb. 1534] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxvi. 415.

2087. Apud Edinburgh, 11 Feb.
REX confirmavit GEORGIO GORDOUN de Scheves, et ELIZABETH GORDOUN ejus sponse,—terras de Boquhanyochquhy, in baronia de Scheves, vic. Abirdene ;—quas idem Geo. personaliter resignavit :—TENEND. dictis Geo. et Eliz. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Geo. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxvi. 444.

2088. Apud Edinburgh, 13 Feb.
REX concessit, et pro bono servitio ac pro compositione persoluta quitteclamavit, ALEXANDRO M'CLOYD de Dunvegane, heredibus ejus et assignatis, — terras et barouiam de Glenelg, cum castro, fortalicio, manerio, molendinis, piscariis, toftis, croftis, pendiculis, annexis, *lie outsettis*, tenentibus

&c., advocationibus ecclesiarum et capellania rum earundem, vic. Invernys ;—quas Hugo dom. Fraser de Lovet resignavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 446.

2089. Apud Edinburgh, 14 Feb.
REX confirmavit cartam filii sui Jacobi commendatarii perpetui monasterii de Calco, Johannis abbatis de Lundoris coadjutoris et administratoris ejusdem, et ejusdem loci conventus,—[qua, cum licentia regis, et pro gratitudinibus &c., ad feodifirmam dimiserunt JOHANNI KER incole ville de Leith, et AGNETI BERTOUN ejus sponse, —terras de Bothill cum molendino earundem, terras de Kirkclewch, Hairheid et Bowscheilhill, cum pendiculis &c., in regalitate de Kelso, vic. Berwik :—TENEND. dictis Joh. et Ag. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, de dicto monast.:— REDDEND. annuatim 22 libras 8 sol. (viz. 17 lib. prius solvi consuetas, 4 lib. 8 sol. pro gressumis, cariagiis et aliis servitiis, et 20 sol. in augmentationem rentalis), cum tribus sectis ad tria placita capitalia apud Kelso ; et duplicando dict. firmam ad introitum heredum :—INSUPER voluerunt quod sasina apud Hairheid capienda pro omnibus sufficeret :—TEST. Wil. Hammiltoun de Sanchquhare, Magistris Rob. Walterstoun preposito de Bothanis, Pat. Cokburn, Pat. Buchquhannane, Rob. Lausoun vicario de Eglisgreg, Edw. Inche, Wil. Lausoun, Joh. Hutsoun (Hudsoun), Jac. Hoppringill, Joh. Makneill notario publico :—cum sigillo secreto et subscriptione manuali regis, patroni dicti monasterii :—Apud dictum monasterium, 25 Jan. 1539] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 384.

2090. Apud Edinburgh, 14 Feb.
REX confirmavit cartam Johannis Gordoun partionarii de Auchinsthaynk,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit GEORGIO STRAITHAUCHIN de Estir-Losmurdye, et MARGARETE GORDOUN ejus sponse, — tertias partes orientales terrarum suarum de Balchery, in baronia de Inverquhirrauch, vic. Banff :—TENEND. dictis Geo. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Geo. quibuscumque, de dicto Joh.:—REDDEND. annuatim unum den. albe firme :—TEST. M. Jac. Gordoun, Ric. Mathisoun, Jac. Wardlaw, M. Pat. Maitland :—Apud Carneborrow, 6 Dec. 1539]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 409.

2091. Apud Edinburgh, 14 Feb.
REX confirmavit cartam Jacobi domini Ogilvy de Arlie,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti JACOBO OGILVY, et KATHERINE CAMPBELL ejus conjugi, filie Johannis C. de Calder militis,— pro favore &c., necnon pro magnis summis dotis nomine sibi per dictum Joh. persolvendis,—terras de Compsy (Campsy), cum molendinis granorum et fullonum earundem, terras de Cragyloch cum partibus &c., in baronia de Luntrathin, vic. Forfare ;—in speciale varantum terrarum de Halyardis cum *lie outsettis* &c., in baronia de Ballindouch, vic. Perth, et terrarum de Tulmordo (*sive* Tullimordo), in baronia de Alith, vic. Perth, alias per se eisdem concessarum :—TENEND. dictis Jac. O. et Kath. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jacobi O. quibuscumque, de rege : — TEST. Adamo Othirburn de Reidhall milite, Jac. Ogilvy de Cloway, Jac. Ogilvy de Cukistoun, Joh. Ogilvy de Inverquhardy, Wil. Blair de Bawgillo, Joh. B. filio et herede apparente ejusdem :—Apud monasterium de Cupro, 1 Oct. 1539]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 434.

2092. Apud Edinburgh, 14 Feb.
REX confirmavit cartam filii sui Jacobi commendatarii perpetui monasterii de Calco, Johannis abbatis de Lundoris coadjutoris et administratoris ejusdem, et ejusdem loci conventus,—[qua, cum licentia regis, et pro gratitudinibus &c., ad feodifirmam dimiserunt JOHANNI BERTOUN filio et heredi apparenti Roberti B.

de Ovir-Berntoun, et JONETE LITILL ejus sponse,— terras de Westir et Estir Dudingstoun, et dimedietatem molendini hujusmodi, cum multuris, sequelis, carbonibus, carbonariis, in regalitate de Calco, vic. Edinburgh :—TENEND. dictis Joh. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, de dicto monast.:—REDDEND. annuatim 93 libras 13 sol. 4 den. (viz. 54 lib. 16 sol. prius solvi consuetas, 32 lib. 5 sol. 10 den. et obulum pro gressumis, *lie kane foulis, cariagis* et aliis servitiis, 6 lib. 11 sol. 5 den. et obulum in augmentationem rentalis), cum tribus sectis ad tria placita capitalia apud villam de Westir-Dudingstoun ; et duplicando dict. firmam ad introitum heredum : — INSUPER voluerunt quod sasina apud Westir-Dudingstoun capienda pro omnibus staret :—TEST. *ut in carta* 2089 : —cum sigillo secreto et subscriptione regis, patroni dicti monast.:—Apud dict. monast., 25 Jan. 1539]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 436.

2093. Apud Edinburgh, 15 Feb.
REX, pro bono servitio, concessit JACOBO SKRYMGEOUR, et MARIE DARGENT ejus conjugi,—terras nuncupat. Litiltoun, in baronia de Baky, vic. Forfare ;—regi pertinen. ob forisfacturam Johannis olim dom. Glammys :—TENEND. dictis Jac. et Mar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis :—REDDEND. annuatim unum den. argenti nomine albe firme : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 441.

2094. Apud Edinburgh, 15 Feb.
REX, pro servitio sibi impenso, concessit GEORGIO COMITI DE ROTHES in vitali redditu, et familiari servitori suo NORMANO LESLEY filio dicti Geo. in feodo,—terras et baroniam de Ballinbreich, cum castro, fortalicio, terris dominicalibus *lie* Manis, molendinis, multuris, silvis, parcis *lie parkis*, terris molendinariis, partibus, tenentibus &c., piscariis, advocationibus ecclesie de Flisk et prebende ecclesie collegiate de Abirnethy Foirevinschip nuncupat., et capellanie de Glenduky, cum piscariis dicte baronie super aquade Tay, et cimbis *lie ferry boittis* earundem inter Corbiden et fauces aque de Erne, prout medius cursus dict. aque decurrit, terras de Fliskis Estir et Westir, Fliskmyllane, Ballinderane, Heichame, Logy, Balhelvy, Malmadeside (*sive* Balmadeside), Pittauchop, Drumbarrow, annuum redditum 5 bollarum ordei de terris et dominio de Abirnethie, terras et baroniam de Tacis, Hal-tacis, Hil-tacis, Kynmukkis, cum molendinis, piscariis, annexis, partibus, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum earundem, 40 sol. annui redditus de Estir Lathrisk vocat. *lie* Riggis, vic. Fyffe ; terras et baroniam de Carny, cum castro, fortaliciis, molendinis, piscariis, tenentibus &c., *lie outsettis*, advocationibus ecclesie Sancti Medoci et aliarum ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Perth ; terras et baroniam de Fethiis, cum manerio, fortaliciis, molendinis, piscariis, tenentibus &c., *lie outsettis*, advocationibus ecclesiarum et capellaniarum, vic. Forfare ; terras et baroniam de Balmane et Wodfeild, cum manerio, fortaliciis, molendinis, piscariis, tenentibus &c., *lie outsettis*, advocationibus ecclesiarum et capellaniarum, vic. Kincardin ; terras et baroniam de Qwisny et Fowlis-Mowat, cum manerio, fortalicio, molendinis, piscariis, tenentibus &c., *lie outsettis*, advocationibus ecclesie de Qwisny et omnium aliarum ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Abirdene ; terras et baroniam de Rothes, cum castro, fortaliciis, molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocationibus ecclesie de Rothes et capelle infra castrum de R., cum piscariis infra bondas dicte baronie super aqua de Spey, vic. Elgin ; terras et baroniam de Rothynorman, cum manerio, fortaliciis, molendinis, piscariis, tenentibus &c., *lie outsettis*, advocationibus ecclesiarum et capellaniarum, vic. Abirdene ; terras de Kildethis, vic. Invernys ; tertiam partem terrarum et baronie de Dunloppy, vic. Forfare ;—quas idem Geo. resignavit ; et quas rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Ballinbreich :—TENEND. dicto Georgio *ut supra*, dicto Normano et heredibus masc. ejus de

corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus ejus masc. quibuscumque, arma et cognomen de L. gerentibus; terras &c. de Rothes et Carny, cum piscaria super aqua de Tay et aliis piscariis dict. baronia-rum, cum villa de Balhelvy et terris de Drumbarrow, AGNETI SOMERVILE sponse dicti Geo. in vitali redditu; Haltacis, Hil-tacis, Ballinderane, Heichame, Logy, terras dominicales et molendinarias de Ballinbreich, MARGARETE CREICHTOUN in vitali redditu; Fliskis Estir et Westir PETRO LESLEY filio dicti Geo. in vitali redditu; Fliskmyllane JACOBO LESLEY filio dicti Geo. in vitali redditu: —REDDEND. annuatim tres sectas ad tres curias capitales vic. de Fyffe, cum wardis &c.: — INSUPER rex dedit licentiam ad infeodand. tenentes qui de quondam Geo. com. de Rothes, et de Geo. com. de R. patre dicti Norm., vel eorum predecessoribus tenuerunt; et confirmavit alienationes per dict. Geo. &c. factas, seu per dictum Norm. et ejus heredes fiendas :—TEST. 80. 63. 71. 88. 81. 93. 106. 110. 97. 109.

xxvii. 33.

2095. Apud Edinburgh, 17 Feb.

REX, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, confirmavit WILLELMO LEVINGSTOUN de Kilsyth,—terras de Westir-Kilsyth jacentes apud occidentalem partem montis Garwaldhill nuncupati, et torrentis Garwaldburne nuncupati, cum turre, fortalicio, molendinis, multuris, *lie outsettis*, tenentibus &c., dimedietatem terrarum de Glaswellis, tunc Fannochhauch et Myddilthrid nuncupatam (extenden. in integro ad 24 libratas antiqui extentus), vic. Striveling; tertiam partem terrarum de Graden, cum piscaria earundem super aqua de Tweid (extenden. ad 5 lib. ant. ext.), terras de Dernchester (ad 10 lib. ant. ext.), in comitatu Marchie et vic. de Berwik; cum nemoribus omnium dictarum terrarum;—quas idem Wil. personaliter resignavit; et quas rex quitteclamavit et in liberam baroniam de Wester-Kilsyth incorporavit, ordinando veterem locum de Wester K. in villa de Ovir Gawell fore principale messuagium ejusdem :—TENEND. dicto Wil., quo deficiente, Willelmo L. ejus nepoti et heredi apparenti, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def.; Alex. L. filio secundogenito dicti Wil. senioris et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Wil. quibuscumque, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus ejus femineis quibuscumque :—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Striveling, cum servitio warde et relevii ac maritagio cum contingeret :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxvi. 439.

2096. Apud Edinburgh, 18 Feb.

REX confirmavit cartam Willelmi Suthirland de Duffous, — [qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI CAMPBELL de Caldour militi, heredibus ejus et assignatis,—terras de Kinstarie cum molendino earundem, terras de Brichtmony, cum tenentibus &c., vic. Narne :—TENEND. de rege :—TEST. Jacobo comite Moravie, Roberto abbate de Kinlos, Waltero Innes, Johanne M'Dowgall de Roray, Waltero Montgomery, M. Thoma Kene notario publico :—Apud Edinburgh, 15 Feb. 1539] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxvi. 385.

2097. Apud Edinburgh, 18 Feb.

REX dedit literas legitimationis ROBERTO NICHOLSOUN bastardo, filio naturali M. David N. xxix. 161.

2098. Apud Edinburgh, 20 Feb.

REX dedit literas legitimationis M. WILLELMO SINCLARE rectori de Olrik, bastardo, filio naturali quondam Henrici dom. S. xxviii. 92.

2099. Apud Edinburgh, 20 Feb.

REX,—quia clare constabat ROBERTUM DOWGLAS de Lochlevin terras de Fossoquhy, in comitatu et senesc. de Stratherne, vic. Perth, de . . . . . com. Erolie tenere pro uno den. argenteo nomine feodifirme, et dictum comitem easdem de rege tenere per servitium warde et relevii; et quondam Johannem Ogilvy de eodem, tenentem quond. Thome dom. Hay regni constabulario, a quo avus dicti Rob. dictas terras

comparavit, privilegium a Jacobo III. rege habuisse, quod quandocumque dicte terre in manibus regis devenirent ratione warde aut relevii, libere forent ab omnibus wardis, releviis et maritagiis ;—igitur dictum privilegium dicto Rob., heredibus ejus et assignatis, confirmavit. xxviii. 203.

2100. Apud Edinburgh, 24 Feb.

REX confirmavit cartam quondam Johannis com. Buchanie et Rossie, camerarii Scotie ac domini de Obeyne,—[qua, pro servitio sibi impenso et impendendo, concessit (quond.) ALEXANDRO FORBES militi, dom. ejusdem, et ejus heredibus,—terras de Forthirbris, in dominio de Obeyne, vic. Abirdene;—quas Joh. Scott resignavit: —Tenend. de dicto comite : — Faciend. communem sectam curie de Obeyne, ac servitium debit. et consuet.:—Test. Gilb. episc. Aberdonensi cancellario, Alex. Senescallo comite de Mar et de Garviach, Joh. Senescallo dom. de Lorne, And. Senescallo dom. de Portastoun, Walt. Lindesay vicecomite de Abirdene, militibus, Alex. Senescallo de Lorne et Mich. de Narne :—Apud Perth, 24 Maii 1417] :—Necnon cartam quond. Alexandri de Seytoun de Gordoun, dom. baronie de Cluny,—[qua, pro homagio et servitio impensis et impendendis, concessit consanguineo suo (quond.) JACOBO DE FORBES filio et heredi apparenti D. Alexandri de F. de eodem militis, et ejus heredibus, — terras de Corsindawe, Kebidy, Ordyquhork, Achkebidy, Ruvynauchlach et Tulicarne, in baronia de Cluny, vic. Abirdene :—Faciend. annuatim dicto Alex. de Seytoun tres sectas ad tria placita capitalia apud manerium de Cluny, cum wardis et releviis duntaxat :—Test. Pat. Lion de Kingorn, Waltero Ogilvy de Deskfurde, militibus, Andrea Gray de Foulis, Walt. Ogilvy de Bewfort, Alexandro Gram, Gilb. Meignes burgen. de Abirdene, Cowplande, armigeris, M. Gilb. Forster archidiacono Brechinen., D. Laurentio rectore de Tulch :—Apud Abirdene, 30 Sept. 1444] : — Necnon cartam quond. Alexandri com. de Huntle et dom. de Badyenach,—[qua concessit JACOBO DOMINO *LIE* FORBES militi, et ejus heredibus,—pro eo quod ordinem militie de manibus dicti Alex. suscepit,—terras de Tulyreoch, cum Tullachwyneys, et terras de Litill Tolmade, Tornavethyne, Drumlaussy et Barglassy, in baronia sua de Cluny, comitatu de Huntlie, vic. Abirdene : —Tenend. de dicto com. :—Faciend. regi forinsecum servitium &c. ; et reddend. dicto com. unum den. argenti nomine albe firme :—Test. Tho. episc. Abirdonen., D. Wil. Leslie de Balchane, D. Pat. Mateland de Scheves, D. Joh. Suthirland, militibus, Joh. Forbes de Burghis, Tho. Davisoun, armigeris, D. Joh. Kemlok capellano et notario publico :—Apud Huntlie, 20 Sept. 1460] :—Necnon cartam dicti com. de H., —[qua,—cum consensu filii sui et heredis apparentis Georgii domini Gordoun,—pro homagio et servitio impensis et impendendis, concessit WILLELMO DOMINO *LE* FORBES, filio suo in lege, et ejus heredibus, — terras de Abirgardene, in baronia de Obeyne, vic. Abirdene ; terras de Tulyfour et Tulikery, in dominio suo de Tulich, baronia de Cluny, terras de Suthnahune in baronia de Mygmar, vic. Abirdene: —Faciend. dicto com. tres sectas annuatim ad tria placita capitalia apud *lie* Graystane de Cluny : — et in warantum earundem concessit dicto Wil. &c.,—terras de *le* Manys de Cluny, *lie* Brodland cum molendino, cum terris de Parkhill et Sauchingis majore et minore, cum molendino earundem, in baronia de Cluny : — Test. Thoma episc. Abirdonen., David episc. Moravien., Malcolmo abbate de Abirbrothok, Alex. dom. Glammys, Willelmo dom. Abirnethy, Malcolmo magistro Flemyng, Walt. Stewart de Strathoun, Waltero Lyndesay, D. Jac. Ogilvy milite, M. Joh. de Baidenach et D. Roberto Bois notariis publicis :—Apud burgum de Abirdene, 8 Jul. 1468] : — Test. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 372.

2101. Apud Edinburgh, 25 Feb.

REX concessit, et pro bono servitio quitteclamavit, famulo suo JACOBO ROS, et MARJORIE STEWART ejus conjugi, —peciam terre cum pomerio ejusdem, in baronia de Forgundeveny, cum piscaria in aqua de Erne, vic. Perth ;—quas Margareta, Cristiana et Katherina Oliphant apud Halirudhous, 16 Feb., resignaverunt :—

TENEND. dictis Jac. et Marjorie et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jac. quibuscumque :—REDDEND. annuatim 2 den. albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxvi. 443.

2102. Apud Edinburgh, 26 Feb.
REX confirmavit WILLELMO CRAUFURD de Hanyng, et MARGARETE LEVINGSTOUN ejus conjugi,—6 marcatas terrarum de Bogo per Math. Caldor occupat., 6 marc. terrarum Gillanderis-land nuncupat., et molendinum de Manwell cum terra molendinaria ejusdem, in baronia de Manwell, vic. Striveling ;—quas idem Wil. personaliter resignavit : — TENEND. dictis Wil. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 49.

2103. Apud Edinburgh, 26 Feb.
REX confirmavit WILLELMO BOID de Badinhaith, et ISOBELLE LEVINGSTOUN ejus conjugi,—terras de Gawane et Risk, vic. Renfrew ;—quas idem Wil. personaliter resignavit : — TENEND. dictis Wil. et Is. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscumque, de rege tanquam senescallo Scotie :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 50.

2104. Apud Edinburgh, 27 Feb.
REX confirmavit WALTERO BERCLAY de eodem, et MARGARETE OGILVY ejus sponse,—dimedietatem terrarum de Kirktoun de Drunblat, tertiam partem de Garrye, terras de Newtoun de Garrye cum crofta et *lie Ailhouse* earundem, in baronia de Berclay, vic. Abirdene ;— quas idem Walt. apud Linlithqw resignavit :—TENEND. dictis Walt. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Walteri quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 36.

2105. Apud Edinburgh, 28 Feb.
REX concessit MARGARETE BROUN, filie et heredi inter quondam Johannem B. burgen. de Edinburgh et quond. Eliz. Adamsoun ejus sponsam procreate, et JOHANNI DOUGLAS sponso dicte Marg.,—dimedietatem terrarum dominicalium *lie* Manis de Dunsyar, extenden. ad 12 libratas, ac molendinum de D. cum terris molendinariis, in baronia de D., vic. Lanark ; — que fuerunt dictorum Joh. B. et Eliz. in proprietate, et Archibaldi olim com. Angusie in superioritate ; et regi devenerunt ob forisfacturam dicti Arch.:—TENEND. dictis Margarete et Joh. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicte Margarete quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxvi. 377. et 386.

2106. Apud Edinburgh, 29 Feb.
REX confirmavit cartam Jacobi Colvile de Est-Wemys militis, — [qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit fratri suo ROBERTO COLVILE, et MARGARETE SKOWGALL ejus conjugi, — terras de Pitkenny, Murtoun et Balgony, in baronia de Lochorschire, vic. Fiffe : — TENEND. dictis Rob. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Roberti quibuscumque, de rege :—TEST. Joh. Forret de eodem, M. Eduardo Bruse, Jac. Gaw, M. Wil. Schaw: —Apud Culros, 28 Feb. 1539] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 382.

2107. Apud Edinburgh, 29 Feb.
REX confirmavit cartam Jacobi Colvile de Est-Wemys militis,— [qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit fratri suo ROBERTO COLVILE, et MARGARETE SKOWGALL ejus conjugi, — terras de Balbathy, in baronia de Lochoirschire, vic.

Fiffe :—TENEND., TEST. et de data *ut in carta* 2106] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxvi. 383.

2108. Apud Edinburgh, 29 Feb.
REX confirmavit cartam Jacobi Colvile de Est-Wemys militis,—[qua,—in speciale warantum terrarum (*in cartis* 2106 *et* 2107 *contentarum*),— concessit fratri suo ROBERTO COLVILE, et MARGARETE SKOWGALE ejus conjugi,—dimedietatem terrarum dominicalium de Est-Wemys, vic. Fiffe :—TENEND., TEST. et de data *ut in carta* 2106]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxvi. 381.

2109. Apud Edinburgh, 1 Mar.
REX ad feodifirmam dimisit familiari servitori suo WALTERO MONCUR, et AGNETI MURRAY ejus conjugi, —9 terras husbandias et terras cotagias earundem, jacen. in villa et territorio de Forgound, baronia de Langforgound, vic. Perth, extenden. in firma, victualibus &c., ad 50 libras 8 sol. 3 den. ;—que fuerunt quondam (Johannis) dom. Glammys, et regi devenerunt ob forisfacturam Johannis olim dom. G., filii et heredis dicti Joh. :—TENEND. dictis Walt. et Ag. et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Walt. quibuscumque :—SOLVEND. annuatim 51 lib. ; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum ; necnon edificando mansionem cum politiis : — TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 399.

2110. Apud Edinburgh, 3 Mar.
REX, pro bono servitio sibi in arte chirurgia impenso, concessit familiari servitori suo JACOBO WATSOUN chirurgo, et MARIOTE ROLLOK ejus sponse, ac ipsorum alteri diutius viventi in vitali redditu,—duas partes terrarum de Balbunno, cum 2 acris ex prato de Langforgund, in baronia de L., vic. Perth ; croftam et terram in burgo de Forfare (inter terras Jacobi Fute et Joh. Huntare, viam ducen. ad parvum molendinum, et *le* Darnrod), ortum ad latus australe dicti burgi (inter terras Jacobi Young et Jac. Smyth), ortum in *le* Barnyhill in eodem burgo (inter terras Jac. Lindesay et Rob. Huntare), ortum in *lie* Dowcatschield in dicto burgo (inter terras Jac. Dysart et Jac. Richardsoun);—regi pertinentes ob forisfacturam Johannis olim domini Glammys :—REDDEND. annuatim unum den. si peteretur tantum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxviii. 137.

2111. Apud Edinburgh, 4 Mar.
REX confirmavit cartam Willelmi Cunynghame militis, baronis de Reidhall,—[qua, pro consilio et auxilio, concessit M. JACOBO FOULIS de Colintoun, clerico rotulorum registri, et KATHERINE BROUN ejus sponse,—terras de Oxingangis, cum tenentibus &c., in baronia de Reidhall, vic. Edinburgh :—TENEND. dictis Jac. et Kath. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jac. quibuscumque, de rege :—TEST. D. Jac. Craufurd . . . de . . . , D. Bartholomeo Hammiltoun vicario de Tempill, Gawino Kneland, Joh. Cob nuncio, Steph. Hendersoun, Geo. Gledstanis :—Apud Edinburgh, 24 Feb. 1539]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxix. 37.

2112. Apud Edinburgh, 5 Mar.
REX,—quia clare constabat personas subscriptas, per cartam sub magno sigillo et sasinam desuper secutam, habere terras de Lare cum pertinen., eis concessas post resignationem earundem per Joh. dominum Forbes factam ; et quod crofta terre Correauchlane nuncupat., jacen. inter terras de Lare et regis terras de Cultis, vic. Abirdene, fuit pars et pertinentia de Lare ultra memoriam hominum reputata et possessa ; — propterea concessit WILLELMO MAGISTRO DE FORBES, et ELIZABETH KEITH ejus conjugi, — dictam croftam :—TENEND. dictis Wil. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscumque : — REDDEND. servitium warde et relevii :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxvi. 376. et 396.

2113. Apud Edinburgh, 5 Mar.
REX confirmavit JOHANNI CRAWFURD de Drongane, et MARGARETE CRAUFURD ejus sponse,—4 marcatas terrarum antiqui extentus de Camlarg et Penneveinyeis-Westir, et molendinum de Dalmellingtoun, cum astricta multura et *lie suckin* baronie de D., in baronia de D., vic. Air;—quas idem Joh. tenuit de Alano domino Cathcart, qui omnes suas terras in manibus regis ad remanentiam resignavit; et quas idem Joh. in manibus regis personaliter resignavit:—TENEND. dictis Joh. et Marg. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Johannis quibuscumque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 378.

2114. Apud Edinburgh, 5 Mar.[1]
REX concessit HENRICO RAMSAY filio et heredi apparenti David R. de Colluthye, in feodo, heredibus ejus et assignatis, et dicto DAVID RAMSAY in libero tenemento,—terras et baroniam de Leucharis-Ramsay, viz. terras dominicales de Leucharis, tertias partes de Raschemyre, Segypark, Kirktoun de L., et Bordland, terras de Mydmure cum lacu vocato Haddrieloche, tertiam partem lacus vocati Can-loche, terras de Balbeuchlie, tertiam partem de Formund, cum piscaria super aqua de Edyne ab ejus faucibus ad aquam de Motre prout mare fluit et refluit, cum cymba *lie ferriboit*, et devoria vocat. *ancorage* navium et cymbarum infra bondas dict. aque applicantium, ac cum libertate piscandi cum cymbis *lie cobillis* et retibus infra eandem per limites predictos, tertiam partem de Myletoun, cum integris 2 molendinis granorum et Scheilinghauch eorundem, tertiam partem de Pursk et communia ad Luklawhill, dimedietatem de Kinstare, tertias partes de Balcongy et Sylverwelmos, dimed. de Rynd cum marresiis, moris et *lie mossis* earundem, quartam partem de Muretoun et marresii vocat. Inchegray, tertias partes de Aldmures cum cunicolario earundem, Kinschawdy, Nethirmyres cum cunicolario et piscaria earundem, Westir Fotheris, cum castro et fortalicio de Leucharis, ac cum ortis, pomeriis, *lie parkis*, pratis, equorum pascuis *lie horswairdis*, maneriis, molendinis, piscariis, cottagiis, *lie outsettis*, annexis, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum omnium predictarum terrarum, vic. Fyffe; dimed. terrarum et baronie de Cruvy, cum turre, fortalicio, terris dominicalibus et piscaria super aqua de Motry et ex parte boreali de Broundod, cum communia de Luklawhill et Lillismure, dimed. terrarum de Wedderisbe et Wodeheid, cum communia ad Monkismos et Edinnismure, dimed. de Gadwen cum wardo et prato ac communia in dict. mora et marresiis, dimed. de Bowhous cum piscaria, et communia ibidem, dimed. de Schelis cum dimed. de Lurgmyre, *eilstand* et piscaria earundem, ac cum communia ibidem, terras de Newtoun cum communia etiam in dict. mora et marresiis, cum molendinis, multuris, toftis, croftis, *lie outsettis*, annexis, maneriis, ortis, pomariis, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Fyiff;—quas dictus Dav. resignavit; et quas rex, pro bono servitio dicti David ac pro compositione persoluta, quitteclamavit et in liberam baroniam de Leucharis incorporavit; cum potestate libera fora, *lie frie fairis*, annuatim infra villam de Leucharis die Sancti Bonoci et per octavas ejusdem tenendi, et custumas aliis baronibus consuetas levandi:—REDDEND. annuatim tres sectas ad tres curias capitales vic. de Fyiff, cum wardis, releviis et nonintroitibus heredum cum contingerent:—RESERVATO vitali redditu Margarete Lundy sponse dicti Dav., secundum tenorem ejus conjuncte infeoda-

[1] This charter is added in a later hand at the end of vol. xxvi. of the Register. It is accompanied by a petition of Sir David Carnegie of Kynnaird knicht, then proprietor of the lands therein mentioned, to the Lords of Council, praying them to command M. Joh. Scot, "directour of His Hienes Chancellarie," to receive it and cause it to be registered. Endorsed on the petition is the fiat, dated at Edinburgh, 25 Nov. 1614, and signed by Al. (Seton) Cancell. I.P.D., and by R. Cokburne. There is also a note of the same date by Alex. Hay, Clerk Register, appended to the charter, mentioning that it was ordained by the Lords of Session to be engrossed in the Register.

tionis :—Test. 80. 63. 71. 88. 81. 93. 106. 110. 97. 109. xxvi. 449.

2115. Apud Edinburgh, 5 Mar.
REX confirmavit DAVID CUNYNGHAME de Robertland, heredibus ejus et assignatis,—terras de Bartaneholme, Snodgers, cum communia ejusdem in communia de Irwin, piscariam super aquam de Garnok, septem acras vocat. *Sevin-acris*, terras de Ovir-Robertland cum castro et fortalicio earundem, terras de Ovir-Lochrig, Horsmure, Lochside de Buistoun cum parte lacus eisdem corresponden., molendinum de Buistoun cum *le suckin* et astricta multura, 11 marcat. terrarum antiqui extentus de Lochriggis, 2 marcas annui redditus de custumis burgi de Irwin, terras de Watterland, Hacket, Hesilbank, cum molendino et lacubus earundem, terras de Cassiltoun cum molendino, 10 marcat. 12 sol. 4 den. ant. ext. subscriptas, viz. 5 marc. de Ovir-Lamrochtoun, 4 marc. 20 den. vocatas Buistoun, 6 sol. 8 den. vocat. Arnottis-Boddum, cum prato earundem, 17 sol. 4 den. de Langmure, terras de Foulschawis, cum tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum omnium dictarum terrarum, in balliatu de Cunynghame, vic. Air ; septimam partem terrarum de Auchinbothy vocat. Castell-wallis, cum lacubus ejusdem, in baronia et vic. de Renfrew ;—quas idem Dav. personaliter resignavit ; et quas (exceptis Foulschawis) rex, pro servitio sibi impenso, incorporavit in liberam baroniam de Robertland, ordinando castrum et fortalicium de R. fore *le chymmes* ejusdem :—Reddend. annuatim regi tanquam senescallo Scotie pro Foulschawis 6 marc. feodifirme ; pro ceteris tres sectas ad tria placita capitalia balliatus de Cunynghame, cum warda &c.:—Insuper confirmavit cartam feodifirme factam per vicarium de Kilmawris, cum consensu abbatis et conventus de Calco, dicto Dav. et ejus heredibus,—de Kirkland de Kilmawris dicte vicarie pertinen. :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 34.

2116. Apud Edinburgh, 5 Mar.
REX confirmavit cartam David Ramsay de Culluthy,—[qua,—pro matrimonio contrahendo inter Hen. R. filium suum et heredem apparentem, et Marjoriam Kirkcaldy filiam Jacobi K. de Grange thesaurarii regis, ac pro proficuis et pecuniarum summis per dictum Jac. sibi impensis,—concessit dicte MARJORIE KIRKCALDY, in ejus pura virginitate, in vitali redditu, —terras de Wedderisbye, cum molendinis, annexis, cotagiis et *lie outsettis*, vic. Fiffe ; necnon annuum redditum 2 celdrarum brasii de terris de Balbuchy, Brodland, et molendinis de Myltoun, in baronia sua de Luchris, vic. Fiffe : — Reddend. annuatim regi unum den. argenti nomine albe firme :—Test. M. Hen. Balnavis de Halhill clerico thesaurarie regis, Alex. Orrok de Sillibaube, M. David Ramsay, Walt. Ramsay, M. David Balfour notario publico : — Apud Edinburgh, 8 Feb. 1539] :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 182.

2117. Apud Edinburgh, 5 Mar.
REX dedit literas legitimationis WILLELMO DONALDSOUN et EGIDIE DONALDSOUN bastardis, filio et filie naturalibus Michaelis D. xxix. 55.

2118. Apud Edinburgh, 6 Mar.
REX dedit literas legitimationis GAWINO DUNBAR, JACOBO DUNBAR, JOHANNI DUNBAR, GEORGIO DUNBAR, DAVID DUNBAR, bastardis, filiis naturalibus quondam Patricii D. xxvii. 135.

2119. Apud Edinburgh, 6 Mar.
REX dedit literas legitimationis JOHANNI STEWART bastardo, filio naturali Johannis S. de Stuikis. xxviii. 184.

2120. Apud Linlithqw, 10 Mar.
REX confirmavit JACOBO HAMMILTOUN de Stanehouse, et GRISSILLIDI SYMPILL ejus conjugi,— 2½ marcatas terrarum de Kittemure, Kingis-holme nuncupat., in baronia de Stanehouse, vic. Lanark ;—quas idem Jac. resignavit :— Tenend. dictis Jac. et Gris. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et pro-

pinquioribus heredibus dicti Jac. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 54.

2121. Apud Linlithqw, 10 Mar.
REX dedit literas legitimationis HENRICO BALLIE bastardo, filio naturali quondam Andree B. de Northberwik. xxvii. 73.

2122. Apud Linlithqw, 10 Mar.[1]
REX dedit literas legitimationis JOHANNI YETHAME bastardo, filio naturali quondam Johannis Y. xxviii. 498.

2123. Apud Edinburgh, 12 Mar.
REX concessit WILLELMO UDDART burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis, — dimedietatem 4 marcatarum terrarum dominicalium de Cumnok antiqui extentus (per Geo. Portar, Pat. Hammiltoun, Joh. Hammiltoun, Wil. Hammyltoun inhabitat., valen. in firma *le malis*, firmis *le fermes*, et omnibus devoriis 15 libras 18 sol.), in baronia de Cumnok, vic. Air ;— que fuerunt Alexandri Dunbar de Cumnok, de rege tente per servitium albe firme ; et, dicto Alex. per Wil. Weir serjandum et officiarium dicti vic. citato, 20 Dec. 1539 appreciate fuerunt[2] et Johanni Lokhert de Bar attornato dicti Wil. U. vendite pro 454 marcis 4 sol. 6 den. ei debitis (viz. 100 lib., cum lastis salmonum ad valorem 145 lib. 19 sol., pretium laste 30 lib., ac parte summe 250 marc.), necnon pro 15 lib. 2 sol. 10 den. pro feodo Jacobi Campbell de Lochley, vicecomitis deputati de Air :—et voluit rex quod dictus Alex., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocumque dictas summas persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvi. 387.

2124. Apud Falkland, 17 Mar.
REX, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, confirmavit WILLELMO DOMINO SYMPILL, heredibus ejus et assignatis,—terras de Fernynes, Raiflat, Bar in Kilbarchane, Brandiscroft, Weitlandis, Haris-pennaldis, Bordlandis, Mechelstoun et Craginfeach, 20 librat. antiqui extentus de Auchinfour, 10 marcat. ant. ext. tertie partis de Auchnames, in baronia et vic. de Renfrew ; terras de Padyochriding, Haly, cum communi in communia de Largis, que fuerunt olim Johannis de Balliolo, in tenemento de Largis, balliatu de Cunynghame, vic. Air ; 12 lib. ant. ext. de Previk, in dictis balliatu et vic.; cum castris, turribus, fortaliciis, molendinis, multuris, silvis, piscariis, *lie outsettis*, annexis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum earundem si que essent ;— quas idem Wil. personaliter resignavit ; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Craginfeauch : — REDDEND. annuatim regi tanquam senescallo Scotie tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Renfrew, cum servitio warde &c.: — TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 37.

2125. Apud Falkland, 17 Mar.[3]
REX, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, confirmavit WILLELMO DOMINO SYMPILL, heredibus ejus et assignatis, — terras de Cassiltoun, cum parca, castro et lacu earundem, terras de Elliotstoun, Schutirflat, Nethir-Pennell, Hairstentoun, terras de Lavane, Bargane et Lecheland, in baronia et vic. de Renfrew ; cum officiis vicecomitis de R., coronatoris et mari feodi infra bondas inter aquas de Blakcart et Laberane ; terras de Southennane, vic. Air ; terras de Glasfurd, vic. Lanark ; cum molendinis, multuris, castris, turribus, fortaliciis, silvis, piscariis, annexis, *lie outsettis*, tenentibus &c., advocatione ecclesie de Glasfurde, prepositure et prebendarum ecclesie colleg.

[1] Dated an. reg. 1, the A.D. not given. This date is rendered improbable by the position of the charter so late in the Register. The charter has been placed here on the authority of *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xvii. fol. 73.

[2] Names of assize:—Joh. Crawfurd of Drongane, John Foullertoun of Drougarne, John Wallace of Menfurde, Wil. Craufurd of Barquhore, David Cathcart of Duchrai, Rob. Cathcart of Kelluchane, Rob. Craufurd of Clolynane, Hugh Craufurd of Smythischaw, Jas. Nesbit of Graneholme, David Craufurd of Kerse, Arch. Cathcart of Barquhois, And. Huntar in Crag, Colin Campbell in Gelt, Rob. Dalzell in Rylandside, John Ros of Drumgrange.

[3] Dated an. reg. 28. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xiii. fol. 72.

de Sympill, ac ceterarum ecclesiarum et capellaniarum dict. terrarum; quas idem Wil. personaliter resignavit; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Sympill, ordinando castrum de S. fore principale messuagium ejusdem:—TENEND. cum privilegio liberarum forestarum: — REDDEND. annuatim regi tanquam senescallo Scotie 4 den. argenti cum una rosa rubea, nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 38.

2126. Apud Edinburgh, 17 Mar.[1]
REX concessit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit ROBERTO DOUGLAS de Lochlevin,—terras, dominium, regalitatem, baroniam et burgum in baronia de Dalkeith, cum castro, fortalicio, manerie, molendinis, piscariis, nemoribus, *lie parkis*, ortis, pomeriis, columbariis, cuniculariis, *lie outsettis*, tenentibus &c., advocatione et donatione prepositure et prebendarum ecclesie collegiate de D. et ceterarum ecclesiarum et capellaniarum earundem, terras et baroniam de Garmyltoun-Dunning, cum manerie, ortis, pomeriis, molendinis, piscariis, *lie outsettis*, nemoribus, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, terras de Elphinstoun, cum molendinis, piscariis, toftis, croftis &c., terras et baroniam de Caldorcleir, cum manerie, ortis, pomeriis, molendinis, piscariis, nemoribus, *lie outsettis*, annexis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, vic. Edinburgh; terras de Bonytoun, Bernis, Kincavill, Drumcors, Gallowhill, Williame-cragis, vic. Linlithqw; terras et baroniam de Quhittingehame, cum castro, fortalicio, manerie, molendinis, piscariis, nemoribus, *lie outsettis*, annexis, tenentibus &c., advocatione ecclesie de Q. et ceterarum ecclesiarum et capellaniarum earundem, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; terras de Halthornsike, in constabularia de Linlithqw, vic. Edinburgh; terras de Dechmont, Holdene, Knychtisrig, in baronia de Wester Caldor, vic. Linlithqw; terras et baroniam de Newlandis, terras et baroniam de Lintoun, terras et baroniam de Kilbocho, cum castris, fortaliciis, maneriebus, molendinis, piscariis, nemoribus, *lie outsettis*, annexis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum de Newlandis et Kilbocho, et ceterarum ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Peblis; . . . . . partem terrarum de Kirkurd et Lochurd, terras et baroniam de Esschelis, cum manerie, fortalicio, molendinis, piscariis, *lie outsettis*, annexis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum earundem, terras de Quylt, terras de Fythane, 6 libras 13 sol. 4 den. strivelingen. annui redditus de terris de Horsbruk, 6 lib. 13 sol. 4 den. striv. ann. red. de terras de Estir Hoipcalzo, 4 lib. striv. ann. red. de terris de Newby, vic. Peblis; terras et baroniam de Robertoun, cum manerie, fortalicio, molendinis, piscariis, nemoribus, ortis, pomeriis, pendiculis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Lanark; terras et baroniam de Edmestoun, cum manerie, fortalicio, molendinis, piscariis, *lie outsettis*, nemoribus, ortis, pomeriis, pendiculis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, in baronia de Begar, vic. Lanark; terras et baroniam de Abirdour, cum castro, fortalicio, manerie, molendinis, piscariis, villa, nemoribus, parcis, ortis, pomeriis, columbariis, cunicularis, *lie outsettis*, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Fiffe; terras de Tiry, Wodfeild, Seyfeild, binis Babertanis, cum turribus, fortaliciis, maneriebus, ortis, pomeriis, molendinis, piscariis, cotagiis &c., in constabularia de Kingorne, vic. Fiffe; terras, comitatum et baroniam de Mortoun, cum turre, fortalicio, manerie, ortis, pomeriis, molendinis, piscariis, *lie outsettis*, nemoribus, annexis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, vic. Drumfres; terras et baroniam de Mordintoun, cum earum manerie, fortalicio, ortis, pomeriis, molendinis, piscariis, nemoribus, *lie outsettis*, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum de Mordintoun et Lochirmachus et ceterarum ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Berwik; terras de Ganoquhy, Petculane cum piscaria earundem super aqua de Tay, in baronia

de Kinnoule, vic. Perth; terras et baroniam de Prestoun, terras et baroniam de Borg, terras et baroniam de Buthill, cum maneriebus, molendinis, piscariis, ortis, pomeriis, nemoribus, annexis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum earundem, in senesc. Kirkcudbrycht; terras et tenementum de Hutoun sub mora, cum castro, fortalicio, manerie, ortis, pomeriis, nemoribus, pendiculis, molendinis, piscariis, *lie outsettis*, annexis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum earundem, terras de Moffetdale, cum manerie, molendinis, piscariis, nemoribus, ortis, pomeriis, annexis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum earundem, in senesc. Annandie, vic. Drumfres;—quas, in dominium, regalitatem ac baroniam de Dalkeith per regis progenitores incorporatas, Jacobus com. de Mortoun personaliter resignavit; et quas rex de novo incorporavit &c. (*ut supra*);—et, pro speciali amore &c., de novo creavit dict. VILLAM DE DALKEITH, cum toftis, croftis et perticatis ejusdem, in liberum burgum in baronia et regalitate; concedendo incolis libertatem emendi et vendendi &c., et ut essent burgenses, et haberent potestatem ballivos &c., cum consensu dicti Rob. et heredum, annuatim eligendi, crucem foralem et forum ebdomidatim die Jovis ac nundinas annuatim in festo S. Michaelis archangeli et per octavas ejusdem habendi; cum potestate dicto Rob. et heredibus terras et croftas dicte ville in perticatas burgales hereditarie assedandi; cum tholoneis &c.; ac cum potestate dicto Rob. et heredibus jurisdictionem et privilegia libere regalitatis cum quatuor corone punctis per ipsos, eorum justiciarios, ballivos &c. tenendi: — TENEND. dicto Rob. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masculis quibuscumque; cum liberarum forestarum privilegiis ubi nemora fuerunt: — REDDEND. annuatim unum den. albe firme secundum formam antiqui infeofamenti, quod in omnibus punctis rex ratificavit, et hanc cartam in primo parliamento per se aut suos successores tenendo ratificare promisit: —RESERVATIS libero tenemento dicto Jac., et rationabili tertia sorori regis Katherine Stewart comitisse de Dalkeith ejus conjugi cum contingeret:—INSUPER exemit incolas dicte regalitatis ab omni presentia in curiis, excepta presentia in parliamentis et vic. de Edinburgh justiciarie itineribus; et ab omni compulsione ad equitandum in exercitibus, nisi quando rex in persona propria ad invadend. veteres suos Anglie inimicos progrederetur:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 179.

2214. Apud Monasterium de Cupro, 20 Oct.

REX confirmavit cartam David Gardin de Leyis,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit MORICIO BOWICHANE, et MARGARETE QUHYT ejus sponse,—terras de Ballinschois Ovir et Nethir, in baronia de Balmukyteis, vic. Forfare:—TENEND. dictis Mor. et Marg. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Mor. quibuscumque et assignatis, de rege:—TEST. Jacobo Gardin, Alano Gardin, David Spalding, Johanne Nicholsone, M. David Robertsone notario publico:—Apud Leyis, 18 Oct. 1540]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 116.

2215. Apud Falkland, 25 Oct.

REX confirmavit cartam Jacobi Cokburne de Langtoun,—[qua,—quia terre subscripte, de dicto Jac. tente per quondam Jacobum Hammiltoun olim de Fynnart militem, regi devenerunt per forisfacturam dicti Jac. H., — concessit familiari regis servitori WILLELMO LINLITHQW, sibi per regem presentato in tenentem, heredibus ejus et assignatis,—terras de Weltoun, cum loco, domibus, edificiis, ortis, et nova piscaria et *le cruve* in mari prope terras de Murehous, in baronia de Cariddan, vic. Linlithqw: — REDDEND. annuatim dicto Jac. C. unum den. albe firme:—TEST. Rob. Congiltoun de eodem, Wil. Cokburne, Bartholomeo Cokburne:—Apud Langtoun, 21 Oct. 1540]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 232.

2216. Apud S. Andream, 1 Nov.

REX constituit familiarem servitorem

suum JOHANNEM TENNENT, durante ejus vita,—custodem palatii sui de Halirudhous, necnon forestarium et custodem sui nemoris seu *lie park* prope idem, jacen. intra monasterium S. Crucis et villam de Dudingstoun, vic. Edinburgh ;—et, pro bono servitio in dict. custodia impendendo, concessit eidem Joh.,—100 marcas annuatim per compotorum rotulatorem de promptioribus firmis &c. sue proprietatis persolvendas. xxvii. 183.

2217. Apud S. Andream, 2 Nov.
REX, cum consensu matris sue, ad feodifirmam dimisit cotidiano servitori suo ANDREE MYCHELSOUN, uni a stabulis suis famulo,—pro bono servitio, et presertim in prima premunitione jucunda sibi facta super facili partu filii sui Jacobi principis Scotie ducis Rothissay comitis Carrik &c., —terras de Mortoun et molendinum de Abircorne, cum pomeriis, ortis novis et antiquis de Ekbekhill, North et South Bankis, multuris et *lie suckin* dicti molendini, in baronia de Abircorne, vic. Linlithqw (extenden. in rentali terras ad 10 libras, molendinum et pomeria in firma et gressuma ad 11 marcas):—TENEND. dicto Andree et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscumque :—SOLVEND. annuatim matri regis, et post ejus decessum regi, 28 marc. ; necnon duplicando dictam firmam ad introitum heredum ; ac edificando dict. molendinum, et mansionem cum politiis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 98.

2218. Apud Edinburgh, 17 Nov.
REX ad feodifirmam dimisit familiari servitori suo JACOBO EDMONSTOUN, fratri germano Willelmi E. de Duntreith, —5 marcatas 10 marcatarum terrarum de Wester Rowis, cum principali manerie et orto earundem, per quondam Jac. Kinloch de Rowis fratrem Margarete K. occupatas, in senesc. de Menteith, vic. Perth ;—quas dicta Marg. resignavit : — TENEND. dicto Jacobo et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione : — SOLVEND. annuatim matri regis, et post ejus decessum regi, 12 marcas 6 sol. 8 den., et perimplend. reliqua puncta infeodationis dicte Marg., sicut ipsa et ejus heredes pro residuo dict. terrarum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 99.

2219. Apud Edinburgh, 17 Nov.
REX,—cum Mariota Stewart tertiam partem terrarum de Plewlandis (quam Joh. Mure in assedatione de quondam Jacobo Hammiltoun de Fynnart milite 14 Feb. 1530 habuit), in baronia de Avendale, vic. Lanark, de dicto Jacobo in vitali redditu tenuisset in alba firma, que terre regi devenerunt ob forisfacturam dicti Jac.,— concessit dicte MARIOTE STEWART, in vitali redditu, — annuum redditum 10 librarum de promptioribus firmis terrarum et baronie de Avendale : — REDDEND. annuatim unum den. albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 132.

2220. Apud Edinburgh, 18 Nov.
REX, pro servitio sibi impenso, concessit JOHANNI BALFOUR in Leith, in vitali redditu,—dimedietatem terrarum de Sannak, Balmangane nuncupat., in dominio de Galloway, senesc. Kirkcudbrycht ; — que fuit quondam Guillermi Broun *alias* Albany heraldi, in vitali redditu ; et regi devenit ob decessum dicti Guil. :—REDDEND. annuatim unum den. albe firme :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 118.

2221. Apud Edinburgh, 20 Nov.
REX ad feodifirmam dimisit JACOBO HALIBURTOUN, et MARGARETE ROSSY ejus sponse affidate,—quarterium terrarum de Litill Buttircask, quarterium de Cullace apud umbram, cum toftis, croftis et edificiis, in baronia de Cullace, terras de Belloch Estir, cum toftis et croftis, in baronia de Langforgund, vic. Perth, extendentes in firma, grassuma &c. ad 20 marcas 6 sol. 8 den. ;—que regi pertinuerunt ob forisfacturam Johannis olim dom. Glammys :—TENEND. dictis Jac. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti

Jac. quibuscumque :—Solvend. annuatim 22 marc. ; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum :— Test. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 228.

2222. Apud S. Andream, 2 Dec.
REX concessit familiari servitori suo WILLELMO WOD de Bonyntoun in libero tenemento, et ejus filio et heredi apparenti JACOBO WOD et ejus heredibus in feodo,—terras de Finlarg, vic. Forfare ;—quarum unam dimedietatem idem Wil. personaliter, alterius dimed. liberum tenementum Isobella Rollok conjux quondam Willelmi Carmychell de Carpow, feodum Wil. Carmychell nepos dicti Wil. C., resignaverunt :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 207.

2223. Apud Falkland, 3 Dec.
REX, tanquam administrator filio suo Jacobo principi &c., pro bono servitio, concessit THOME STEWART de Gastoun, et ejus heredibus, — 8 marcatas terrarum antiqui extentus de Tulloch, 2 marc. ant. ext. Hammiltonis-Brintwod nuncupat., in balliatu de Kile-stewart, vic. Air ;—que fuerunt Johannis Hammiltoun de Brintwod in proprietate, et quondam Jacobi Hammiltoun de Fynnart militis in superioritate, et regi devenerunt ob forisfacturam dicti Jac.; et quas dict. Joh. in favorem dicti Tho. pro pecuniarum summis sibi persolutis resignavit :—Tenend. de senescallo Scotie :— Test. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 100.

2224. Apud Edinburgh, 5 Dec.
REX dedit literas legitimationis ROBERTO M'KE bastardo, filio naturali quondam Johannis M. xxvii. 201.

2225. Apud Edinburgh, 5 Dec.
REX confirmavit familiari servitori suo DAVIDI WOD de Crag, compotorum rotulatori, et MARJORIE CULLACE ejus conjugi,— terras de Quhitefeild et Drumgeith, vic. Forfare ;—quas idem Dav. personaliter resignavit ;—et pro bono servitio dicti Dav., rex ordinavit quod unica sasina apud Quhitefeild capienda pro Drumgeith sufficeret :—Tenend. dictis Dav. et Mar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Dav. quibuscumque :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 113.

2226. Apud Edinburgh, 6 Dec.
REX dedit literas legitimationis JOHANNI SCHAW bastardo, filio naturali quondam Roberti S. in Donyfad. xxvii. 87.

2227. Apud Edinburgh, 7 Dec.
REX concessit familiari suo GEORGIO COMITI DE ROTHES in libero tenemento, et NORMANNO LESLIE ejus filio ac dom. feodi comitatus de Rothes, et ejus heredibus, hereditarie,—officium vicecomitis de Fyff, cum feodis &c. debit. et consuet.;—quod idem Georgius personaliter resignavit : — Ministrand. justitiam ut congruit ; et reddend. annuatim unum den. albe firme. xxviii. 82.

2228. Apud Edinburgh, 8 Dec.
REX concessit JOHANNI STEWART de Halrig, heredibus ejus et assignatis, — quintam partem terrarum de Caldstreme, in baronia de Avandaill, vic. Lanark ;—que fuit quondam Jacobi Hammiltoun de Fynnart militis in superioritate, et dicti Joh. in proprietate ; et regi devenit ob forisfacturam dicti Jac.:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 83.

2229. Apud Edinburgh, 8 Dec.
REX concessit WILLELMO HAMMILTOUN in Perduvyne, et ejus heredibus,— terras de Quhiterig, vic. Striveling ;—que fuerunt dicti Wil., tente de quondam Jac. Hammiltoun de Fynnart milite, cum regis confirmatione ; et quarum superioritas regi devenit ob forisfacturam dicti Jac. :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 97.

2230. Apud Edinburgh, 8 Dec.
REX ad feodifirmam dimisit familiari servitori et aurifabro suo JOHANNI MOSMAN, et ejus heredibus,—terras de Wray (per Wil. Gillespy et Thomam Mukill occupatas et manuratas), vic. Linlithqw ;— que regi devenerunt ob forisfacturam quondam Jacobi Hammiltoun de Fynnart

militis :—Solvend. jura et servitia debit. et consuet.:—Test. *ut in aliis cartis* &c.
xxvii. 141.

2231. Apud Edinburgh, 8 Dec.
REX confirmavit cartam Willelmi Suthirland domini de Duffous et Querrelwod,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit HUGONI DOMINO FRASER DE LOVET, heredibus ejus et assignatis, —integras terras suas, viz. dimedietatem orientalem ville ecclesiastice de Duffos (per Alex. Innes inhabitat.), in dominio de D., 9 acras de Lidgait de Querrelwod (per Tho. Coly occupat.), in dominio de Q., vic. Elgin et Fores : — Tenend. de rege :— Insuper obligavit se ad relevandum dictas 9 acras ab omni annuo redditu capellanis ecclesie cathedralis Moraviensis seu aliis debito :—Test. Roberto abbate de Kinlos, Martino Balcasky burgensi de Edinburgh, D. Thoma Hay vicario de Duffos, D. Joh. Moir, D. Severino Stewart, M. Pet. Galbrath :—Apud Elgin, 22 Oct. 1540] :— Test. 80. 63. 105. 88. 81. 93. 106. 110. 97. 109. xxvii. 190.

2232. Apud Edinburgh, 10 Dec.
REX, cum consensu trium regni statuum in Parliamento, fecit registrari in libris parliamenti judicia forisfacture in justiciariorum curiis contra Johannem olim dom. Glammys et quondam Jac. Hammiltoun de Fynnart olim militem, per M. Tho. Bellenden justiciarie clericum producta; et fecit dicta judicia, et judicia forisfacture in parliamento contra Arch. quondam com. Angusie, Geo. Douglas ejus fratrem, et quond. Arch. Douglas de Kilspinde ipsorum avunculum, sub signo et subscriptione M. Jacobi Foulis de Colintoun, registri, concilii et rotulorum clericum extrahi, et sigillari *ut infra*;—cujus forisfacture dictorum Arch. &c. tenor sequitur;—[In Parliamento tento apud Edinburgh, 3 Sept. 1528, per regem cum prelatis &c., Gilberto Wauchop de Nudry-Marschell deputato comitis Mariscalli, Pat. Baroun deputato constabularii, Andrea Dalmahoy serjando, Johanne Andersoun judicatore;—quo die Arch. comite Angusie, Geo. Douglas ejus fratre, et Arch. Douglas sepe vocatis, et re continuata ad diem Sabbati 5 Sept., illo die comparuit Leo rex armorum, vicecomes in hac parte, et presentavit summonitionem sub hac forma;—(Jacobus &c. Leoni regi armorum, Iley heraldis, Olivero Maxtoun, Johanni Perdovin, Willelmo Scheves, clavigeris, Ormond, Bute, Dingwell, Unicorne, Carrik signiferis, Duncano Reche, Johanni Adamsoun, Johanni Gourlay, Johanni Langlandis, Archibaldo Hoge, Jacobo Bissate, Roberto Champnay, Alexandro Carmag, nunciis, ac eorum cuilibet;—Mandamus quatenus summoneatis &c., pro proditoriis arte et parte convocationis legiorum infra burgum de Edinburgh octo continuis diebus ante 1 Jul. instantis ad invadend. personam regiam; et pro arte et parte munitionis castri de Temptallone et fortalicii de Newark contra regis auctoritatem; et pro arte et parte assistentie date Johanni Johnstoun domino de Johnstoun, vinculo servitutis dicto comiti astrict., ad depopulandum et comburendum in mense Junii ultimo elapso regis terras et dominium de Drumcow, et alia quamplurima edificia &c. infra vic. de Annanderdale et Niddisdale; et pro arte et parte detentionis persone regie contra voluntatem nostram ad 2 annos elapsos, regis personam ad belli pericula exponendo &c.:—Datum sub testimonio magni sigilli :—Apud Edinburgh, 13 Jun. an. reg. 15);—necnon executionem super eadem indorsatam sub hac forma;—(18 Jul. 1528 I Lioun king of armes chargit Archibald erle of Angus, personalie apprehendit in the town of Dalkeith, to compeir &c.; and this I did befor Johne Adamsoun, Alex. Carmag, messengeris, Johne Petty and Tho. Douglas in Mussilburgh :—and because I culd nocht apprehend Georg Douglas and Arch. Douglas personalie, I past to the mercate croce of Hadingtoun the samin day, and be opin proclamatioun chargeit thaim to compeir &c.; and this I did befor Joh. Adamsoun, Alex. Carmage, messingeris, Joh. Petticrufe, Cuthbert Diksoun and Joh. Lawty burges of Hadingtoun :—on Monunday 20 Jul. I past to the mercate croce of Edinburgh and ther be opin proclamatioun chargeit the said Geo. D. and Arch. D. to compeir &c.; and this I did befor Albany herald, And.

Purves maser, Johne Adamsoun, Alex. Carmage, messingeris, Nich. Carncors, David Purves serjand of Edinburgh) : — Heire followis the maner of dome pronuncit be Joh. Andersoun dempstar] :—IN QUORUM fidem magnum sigillum, et sigilla David ecclesie Romane cardinalis &c. S. Andree archiepiscopi Scotie primatis legati nati et administratoris episcopatus Mirapicensis in Gallia commendatariique monasterii de Abirbrothok regisque secreti sigilli custodis, Gawini archiepiscopi Glasguen. cancellarii regis &c. ac commendatarii monasterii Insule Missarum, Georgii episc. Dunkelden., Wil. episcopi Abirdonen., Pat. episcopi Moravien., Rob. episc. Rossen., Hen. episc. Candidecase ac capelle regie Strivelingen., Johannis episc. Brechinen., ... episc. Cathanen., Wil. episc. Dunblanen., Alex. abbatis de Cambuskynneth collegii regis justitie presidentis, Rob. abbatis de Kynlos, Joh. abbatis de Pasleto, And. abbatis de Melros, Geo. abbatis de Dunfermling, Joh. abbatis de Newbottill, Alex. abbatis de Kilwynnyng, Joh. abbatis de Lundoris, Donaldi abbatis de Cupro, Rob. abbatis de Balmernouch, Georgii comitis de Huntlie dom. Huntlie et Balyenoch (*sic*), Jacobi com. Aranie dom. Hammiltoun, Archibaldi com. Ergadie domini Campbell et Lorne &c., Willelmi com. Arolie constabularii, Willelmi com. Mariscalli, Willelmi com. de Montrose dom. Grahame, Georgii com. de Rothes, Gilberti com. de Cassillis, Willelmi comitis de Menteith, Johannis domini Erskin, Roberti dom. Maxwell, Malcolmi dom. Flemyng magni camerarii, Johannis dom. Yestir, Alexandri dom. Levingstoun, Hugonis domini Somervell, Henrici dom Methven, Johannis dom. Forbes, Willelmi domini Ruthven, Jacobi domini Ogilwy, Niniani dom. Ros, Willelmi dom. Semple, cum corroboratione sigillorum communium burgorum de Edinburgh, Perth, Abirdene, Dunde, Striveling, Linlythqw, Lanark, Hadingtoun, Couper et Peblis pro parte commissariorum dict. burgorum, in trium regni statuum in parliamento congregatorum consensus testimonium sunt appensa. [*Vide* Acta Parl. Scot. II. 401.]

xxviii. 147.

2233. Apud Edinburgh, 10 Dec.

REX, de consensu parliamenti, declaravit terras &c. subscriptas corone sue annexas, et non nisi de consensu parliamenti alienandas, viz. — dominia et terras omnium Insularum suarum tam australium quam borealium; terras de Kyntyris cum castris; terras et dominia de Orknay et Zetland cum insulis eisdem pertinen.; terras et dominium de Douglas, cum castro et fortalicio earundem, donationibus et advocationibus ecclesiarum et beneficiorum; terras et dominia de Craufurd-Lindesay et Craufurdjohne; terras et dominia de Bonkle, Prestoun et Temtalloun, cum castris, turribus et fortaliciis, advocationibus ecclesiarum et beneficiorum; terras et dominium de Dunsyer; terras et dominium de Jedburgh-forrest; terras et dominium de Kerymure cum advocationibus ecclesiarum; terras et dominium de Boithuil cum castro et fortalicio earundem; superioritatem totius comitatus Angusie, cum omnibus aliis terris, redditibus et possessionibus que pertinuerunt Archibaldo olim com. Angusie tempore ejus forisfacture, et tunc in manibus regis existen. ratione ejusdem; terras et dominium de Glammis que non tente sunt de ecclesia; terras et dominia de Baky, Balmukateis, Tannades, Drumgleis, Langforgund et Balhelvyis, cum earum castris, fortaliciis, et advocationibus ecclesiarum; terras, dominium et baroniam de Avendale cum castro et fortalicio, annexis, et advocationibus ecclesiarum, quemadmodum quondam Jacobus Hammiltoun de Fynnart miles easdem habuit tempore sue forisfacture; terras et dominium de Lyddysdale cum castro de Armitage et advocatione ecclesiarum; terras de Racleuch, Quhitcampt, Howcleuchis superiorem et inferiorem :—IN QUORUM fidem &c. (*ut in carta* 2232[1]). [*Vide* Acta Parl. Scot. II. 404.]

xxviii. 148.

[1] Except that the abbot of Newbottill is called James instead of John; the earl of Huntlie is (more correctly) styled "dom. Gordoun et Badyenach"; the earl of Cassillis is also styled "dom. Kennedy;" "dom. Yestir" and "dom. Ogilwy," are more fully styled "dom. Hay de Yestir" and "dom. Ogilvy de Erlie."

2234. Apud Edinburgh, 11 Dec.
REX, pro bono servitio sibi impenso et impendendo, concessit familiari servitori suo JOHANNI LESLIE de Parkhill, et ejus heredibus,— terras et baroniam de Cleische, viz. Myddill Cleische et *lie* Dolieland earundem, Haltoun de C. cum turre, fortalicio et parca earundem, Bordland de C., Nevinstonis Estir et Westir, cum molendino et brasina de C., terras de Westir C., cum tenentibus &c., terras de Blair de Cramy, annuum redditum 10 marcarum 10 sol. 8 den. de terris et baronia de Cramby, vic. Fiffe;—que fuerunt Roberti Colvile, filii naturalis quondam Jacobi C. olim de Est Wemys militis, et Francisce Culquhoun ejus conjugis in conjuncta infeodatione; et regi devenerunt ob forisfacturam super dictum Rob. deductam pro nonnullis proditorie traditionis et lese majestatis criminibus de quibus in parliamento convictus extitit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 82.

2235. Apud Edinburgh, 11 Dec.
REX confirmavit THOME STEWART de Garntuli, et MARGARETE MURRAY ejus sponse,—terras de Petoquharne et Tullochcorce, in baronia de Garntulie, vic. Perth;—quas idem Tho. personaliter resignavit :—TENEND. dictis Tho. et Marg. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Tho. quibuscumque, secundum tenorem carte tallie prius desuper confecte :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 85.

2236. Apud Edinburgh, 11 Dec.
REX dedit literas legitimationis D. ANDREE HILL (sacellano) bastardo, filio naturali quondam D. Jacobi H.
xxvii. 215.

2237. Apud Edinburgh, 11 Dec.
REX confirmavit cartam Alexandri Lewingstoun de Terentera &c.,—[qua, pro servitio, necnon pro summa pecunie sibi persoluta, ad feodifirmam dimisit tenenti suo ALANO TENNAND, et MARGARETE HORNE ejus sponse,—dimedietat. terrarum suarum de Westir Dalquharne, per dictum Alanum occupatam (extenden. in rentali suo ad 22 sol.), in parochia de Slamannane, vic. Striveling : — TENEND. dictis Alano et Margarete et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Alani quibuscumque, de dicto Alex. :—REDDEND. annuatim 43 sol., necnon faciend. dicto Alex. servitium tempore exercitus regis; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum :—INSUPER concessit quod cum contingeret dictos Alanum &c. incidere in aliquo amerciamento vocat. *bludewitis*, tenerentur solvere dicto Alex. pro quolibet *bludewit* 40 sol. tantum : —TEST. Alex. L. filio dicti Alex. et herede apparente, M. Joh. Williamsoun preposito de Seytoun, Geo. Weddell, Alex. Young, Jacobo Young, D. Jac. Arthur capellano, notariis publicis :—Apud Edinburgh, 3 Nov. 1536] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 157.

2238. Apud Edinburgh, 12 Dec.
REX, pro bono servitio in Insularum partibus (et) alias infra regnum suum sibi impenso, concessit JOHANNI MAKCANZE de Kintale, heredibus ejus et assignatis,—5 marcatas terrarum de Lagane de Achedrome, 3 marcatas de Killenane, 4 marcatas de Invergarre, regi in proprietate spectantes, in dominio de Lochaber, vic. Invernys :—REDDEND. servitium warde et relevii cum maritagio cum contingeret :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 86.

2239. Apud Edinburgh, 12 Dec.
REX confirmavit cartam Jacobi Dunbar de Torbet et Estir Arde,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI CORBET de Arbo (Ardo), et KATHERINE RORESOUN ejus sponse,—quartam partem ville et terrarum de Estir Arde (per Donaldum Milwert, Joh. Makhucheoun, Wil. M'Arquhare et Finlaium Roy tenentes inhabitat. et manurat.), in comitatu Rossie, vic. Invernys; necnon quartam partem 4 croftarum nuncupat. Ladycroft, Makhucheoun-croft, Scheiphird-croft, et crofte per Megotam Euynmawnis culte et manu-

rate :—TENEND. dictis Johanni et Kath. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibusque inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Joh. quibuscumque et assignatis, de dicto Jacobo :—REDDEND. annuatim unum den. albe firme :—TEST. Alex. Hume, Wil. Hay de Mayne, Martino Balcasky burgen. de Edinburgh, Tho. Narne de Carmdaill, M. Laurentio Melisoun, Dominis Johanne Patersoun vicario pensionario de Fores, Severino Stewart capellano, Alex. Wynchester, notariis publicis :— Apud burgum de Elgin, 23 Nov. 1540]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 130.

2240. Apud Edinburgh, 13 Dec.

REX confirmavit cartam Anthonei Balfour de Torre-Estir,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit consang. suo M. WILLELMO BALFOUR (filio quondam Alexandri B. in Boghall in Menteith),—terras de Torre-Estir sibi in feodifirma pertinen., in senesc. de Menteith, vic. Perth :—TENEND. dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus ejus masc. quibuscumque, quibus def., seniori heredum fem. absque divisione : — SOLVEND. annuatim matri regis, et post ejus decessum regi, 8 libras, et 12 sol. monete martarum; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politiis : — TEST. Bartholomeo B. fratre germano dicti Wil., Andrea B. filio dicti Anth., Donaldo Mackay, Joh. Kessane, Finlaio Makgowin, Kessogo M'Meith, D. Wil. Litstar presbytero ac notario publico : —cum subscriptione dicti Anth. pennam dicti notarii tangentis de mandato suo per eum subscript.:—Apud Boghall, 26 Nov. 1540]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 131.

2241. Apud Edinburgh, 13 Dec.

REX concessit familiari suo NORMANO LESLIE, filio Georgii comitis de Rothes, in feodo, et personis subscriptis in vitali redditu, — terras et baroniam de Leslie, cum castro, fortalicio, molendinis, multuris, piscariis, *lie parkis*, tenentibus &c., annexis, advocationibus ecclesiarum et capellaniarum, terras de Kennoquhy, Drummard, Lalethin, Awdy, Drowman, 40 sol. annui redditus terrarum de Kennoquhy, vic. Fiffe ;—quas dict. Geo. resignavit; — INSUPER rex dissolvit unionem terrarum de Kennoquhy &c. et dicti ann. red., baronie de Ballinbreich, et easdem de novo univit baronie de Leslie sicut ante recognitionem dicte baronie in manibus regis Jac. IV;—necnon de novo creavit VILLAM DE LESLIE — in liberum burgum in baronia; dando inhabitatoribus potestatem emendi et vendendi &c., et ut essent burgenses, et potestatem ballivos &c. annuatim eligendi, tenendi crucem foralem et forum ebdomidatim die Sabbati, ac nundinas annuatim die S. Michaelis archangeli et per octavas ejusdem, cum tollis &c.:—TENEND. dicto Norm. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Geo. et heredibus ejus masculis quibuscumque, arma et cognomen de Leslie gerentibus; dict. terras de Drowman dicto Geo. et Agneti Somervile ejus sponse ac eorum alteri diutius viventi in vitali redditu; quartam partem terrarum dominicalium de Leslie vocat. *lie* Estir-quartir, et quartam partem de Ballingall in dicta baronia, dicto Georgio et Margarete Creichtoun ac eorum alteri diutius viventi in vitali redditu; dictas terras de Kennoquhy, Drummard, Lalethin, Awdy, et dictum ann. red., dicto Geo. in vitali redditu; reliquas terras et baroniam de Leslie dictis Geo. et Ag. et eorum alteri diutius viventi in vitali redditu :—REDDEND. annuatim unum den. argenti nomine albe firme :—et rex dedit dicto Normano potestatem infeodandi tenentes qui de quondam Geo. com. de R. aut ejus predecessoribus tenebant; et confirmavit infeofamenta per dictos Geo. et quondam Geo. facta, et per dict. Norm. et heredes fienda :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 191.

2242. Apud Edinburgh, 14 Dec.

REX, — cum clare constaret quondam Alanum Rorisoun de Moydort et ejus predecessores infeodatos esse in terris infrascript., et cartas earundem ob intranquillitatem in patria illa amissas, combustas et

destructas esse,—pro bono servitio, concessit RANALDO ALANESOUN filio et heredi dicti Alani, heredibus ejus et assignatis,—27 marcatas terrarum de Moydort, et 24 marcat. de Arissaik, vic. Invernys:—REDDEND. servitium warde &c.:—INSUPER rex revocavit cartas ex sinistra informatione in sua minore etate Johanni Makalester ac quibuscumque aliis desuper factas:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 102.

2243. Apud Falkland, 16 Dec.

REX concessit GEORGIO STRAITHAUCHIN filio Alexandri S. de Cullodinis, heredibus ejus et assignatis,—terras nuncupat. Westir Cullodin, Myd Cullodin, cum uno *lie outseit* baronie de Cullodin vocat. Culquhannak, cum tenentibus &c., in baronia de C., vic. Invernys;—quas dict. Alex. resignavit:—RESERVATIS libero tenemento dicto Alex., ac rationabili tertia Ranalde filie Alani ejus sponse cum contingeret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 91.

2244. Apud Falkland, 17 Dec.

REX concessit et, pro servitio sibi impenso, quitteclamavit ROBERTO MONYPENNY filio et heredi apparenti Roberti M. de Pilrig, heredibus ejus et assignatis,—terras de Westhall, cum molendinis, manerio, *lie outsettis* et cotagiis, in constab. de Hadingtoun;—quas And. Rettray de Westhall resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 108.

2245. Apud Falkland, 19 Dec.

REX confirmavit ANDREE FARNY de eodem, et BARBARE LOGANE ejus sponse,—terras subscript., viz. dicte Barb. in vitali redditu tertiam partem de Westir Farny cum tertia parte molendini et principalis messuagii earundem; dicto And., heredibus ejus et assignatis, dictas tertias partes, cum binis partibus earundem, terras et forestam de Kilface, cum officiis forestarie de Falkland et constabularie de Cowper, terras de Nutehill prope Falkland, pratum vocat. *the Constable-medow* prope burgum de Cowper, cum turribus, fortaliciis, tenentibus &c., in baronia de Vester Farny, vic. Fiffe;—quas idem And. personaliter resignavit, et quarum tertiarum partium conjunctam infeodationem eadem Barb. cum consensu dicti Andree resignavit; et quas rex, pro bono servitio, de novo incorporavit in liberam baroniam de Farny-Wester:—REDDEND. annuatim 13 denarios argenti nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 144.

2246. Apud Falkland, 20 Dec.

REX confirmavit cartam Symonis Pennango de Glaspen,—[qua,—pro singulari favore, pro servitio sibi impenso &c.,—ad feodifirmam dimisit SYMONI BROUN in Hertwod,—22 solidatas terrarum de Hertwod antiqui extentus, per dictum Sym. B. occupatas, in dominio de Douglas, vic. Lanark:—TENEND. dicto Sym. B. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Sym. P. et heredibus suis quibuscumque reversuras:—REDDEND. annuatim dicto Sym. P. 9 marcas, et tres sectas ad tria placita capitalia apud Glaspen; et 20 marc. in introitu cujuslibet heredis; nec liceret dict. terras absque licentia superioris alienare:—TEST. Wil. Cokburn de Newhall, Arch. Edmonstoun, Ric. Cokburn, Joh. Portuus, Joh. Railtoun, Alex. Makneill notario publico:—Apud Edinburgh, 9 Dec. 1540]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 133.

2247. Apud Falkland, 20 Dec.

REX confirmavit cartam Isobelle Wyndezettis, sponse quondam Johannis Fyschear burgensis de Edinburgh, domine terrarum subscript.,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit filio suo JOHANNI FYSCHAR, heredibus ejus et assignatis,—quartam partem terrarum de Pinkertoun, et dimediam partem alterius quarte partis earundem (per Geo. Hume filium et heredem apparentem Georgii H. de Brokismouth, et Tho. Watsoun ejus subtenentem, occupatas et manuratas), in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—TENEND. de rege:—RESERVATO dicte Is. libero tenemento:—TEST. Clemente Litill, Willelmo Fyschar, Johanne Symsoun, Bartholomeo Farnly, Johanne Aitkinsoun, Wil. Ogill et Adamo Broun notariis publicis:—cum subscriptione dicte Is. manu sua pennam

tangentis : — Apud Edinburgh, 18 Dec. 1540] :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 236.

2248. Apud Falkland, 21 Dec. REX confirmavit cartam Georgii com. de Huntlie, dom. de Gordoun et Baidyenach, —[qua concessit patruo suo ALEXANDRO GORDOUN seniori, olim de Strathowne, et JONETE GRANT ejus conjugi, et eorum alteri diutius viventi in libero tenemento, et ALEXANDRO GORDOUN juniori, eorum filio, hereditarie, — terras dominicales *lie* Manis de Cluny, et *lie bog* earundem Bonzeauchbog nuncupat., terras de Parkhill cum *lie boggis* et silva Parkwod nuncupat., molendinum de Cluny, terras de Skipparty, Litill Sauquhyne et molendinum earundem, terras de Tulymare cum *lie boggis*, et Cragerne, cum piscariis et manerie de Cluny, ac cum communi pastura catallis et animalibus tenentium et occupatorum dict. terrarum infra forestam de Corryne et ubique per eandem, in baronia sua de Cluny, vic. Abirdene ;—in excambium pro terris dicti Alex. senioris de Strathowne, Inverroureis, Fotterlettir, fortalicio de Drummyne, molendinis, piscariis, et advocatione beneficiorum, capellaniarum et altaragiorum earundem, vic. Banff ; et terris de Cabrach, vic. Abirdene; —secundum tenorem contractus de data apud Dunde 31 Aug. 1539, in libris concilii regis registrat. 4 Sept. 1539:—Tenend dictis Alex. seniori et Jon. *ut supra*, dicto Alex. juniori et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Alex. senioris quibuscumque, quibus def., dicto Geo. suisque heredibus reversuras, de dicto Geo.: —Reddend. annuatim durante vita dicti Alex. senioris 20 lib. annui redditus, post ejus obitum unum den. argenti nomine albe firme :—Test. Rob. abbate de Kinlos, M. Alex. Dunbar decano Moravien., M Alex. Suthirland decano Cathanen., Alex. Ogilvy de eodem, Walt. Berclay de Grantuly, Joh. Leslie de Syde, M. Wil. Gordoun rectore de Arbuthnot, Joh. Grant de Culcabok, Joh. Grant in (de) Ballindalloch, M. Wil. Gordoun rectore de Esse, M. Davide Douglas notario publico :—Apud burgum de Elgin, 5 Nov. 1539]:—Necnon aliam cartam ejusdem Geo.,—[qua,—pro perimpletione dicti contractus, — pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit dictis Alexandro Gordoun seniori et Jonete Grant in libero tenemento, et Alexandro G. juniori, —terras suas de Dawane, lucum, lacum et *lie bog* earundem, terras de Logy, Brumehill cum *lie bog* earundem, quartam partem de Westoun cum molendinis et *lie boggis* earundem, vic. Abirdene ; terras de Litill Coquhodilstane, cum silvis, *lie boggis* et *outsettis* fact. et fiend. infra bondas earundem, cum communi pastura catallis et animalibus tenentium &c. in forestis suis de Kilblene et Morviene et ubique per easdem, in dominio de Huntlie, vic. Abirdene ; dimedietatem davate terrarum de Blairfinde, cum piscariis, silvis, *lie boggis*, pendiculis et *lie outsettis* fact. et fiend., in dominio de Straithowne, vic. Banff :—Tenend. *ut supra* :—Reddend. annuatim unum den. argenti nomine albe firme :—Test. *ut sup.* :—Apud burgum de Elgin, 5 Nov. 1539] :—Insuper, pro servitio dict. Alex. patris et filii, dict. terras &c. quitteclamavit: —Test. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 182.

2249. Apud Edinburgh, 22 Dec. REX concessit VIOLE MALCOMSOUN, et WILLELMO TURNBULL ejus conjugi,—2½ marcas annui redditus de illis 5 marcis provenientibus Alexandro Orknay filio et heredi quondam Alexandri O., et Matilde Douchty ejus sponse pro eorum vitis, ex 5 officinis, vulgo *smedy buthis*, ex latere orientali de *lie* Mail-venale burgi de Perth (inter terras David Kelour, Geo. Lauchanze, et ortum Laurentii Blakwod) ; —dictis Viole et Wil. per Kintire signiferum vicecomitem in hac parte appreciari[1] factas 1 Dec. 1540 (comparente M. Laurentio Oliphant procuratore dicte Viol.), pro 48 marcis dicte Viol. debitis pro extradonatione tenementi in dicto burgo olim dicte Viol. in vitali redditu pertinen., secundum

[1] Names of assize :—And. Toscheoch of Monze, David Drummond of Cowquhalze, Adam Ramsay, And. Esse, Gilb. Rettray, Wil. Monepenny, Wil. Barre, Pat. Keir, Pat. Jak, John Jak, Wil. Gray, Joh. Crago, And. Crokett.

tenorem contractus inter dictos Viol. et quond. Alex. initi, et pro 4 marcis annuatim durante vita dicte Viol. :—TENEND. dictis Viol. et Wil. ac ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicte Viol. quibuscumque :—et voluit rex quod dictus Alex., heredes ejus et assignati, haberent regressum ad dictum ann. red. quandocumque dict. summam persolverent infra septennium : — TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 213.

2250. Apud Striveling, 22 Dec.

REX confirmavit cartam Willelmi Menteith de Kers,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ROBERTO QUHIT de Maw, et KATHERINE MELVILE ejus sponse,—20 libratas terrarum de Alway (viz. 10 marcatas nuncupatas Wester-quarter per Tho. Cristy inhabitatas, 5 marcat. per Morisium Sym inhabitat., 5 marcat. per Joh. Sym et Hen. Young inhabitat., 5 marcat. per. Arch. Young inhabitat., 5 marc. per Wil. Young et Joh. Westirwod inhabitat.), in baronia de Alway, vic. Striveling :—TENEND. dictis Rob. et Kath. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Roberti quibuscumque, de rege : — REDDEND. servitium warde et relevii :—TEST. Alex. Drummond de Armoir, Jac. Menteith, Rob. Drummond, D. Joh. Creg capellano, Hen. Drummond de Recartoun, Roberto Douglas de Lochlevin, Donaldo Fultoun et Alex. M'Knele notariis publicis : — Apud Edinburgh, 14 Dec. 1540] :—INSUPER, pro bono servitio, concessit dictis Rob. et Kath. et heredibus,—jus suum ad dictas terras ratione eschaete, recognitionis, nonintroitus &c. :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 411.

2251. Apud Striveling, 30 Dec.

REX,—cum terre subscripte, per personas subscriptas de quondam Jac. Hammiltoun de Fynnart milite tente sub reversione summam 500 marcarum continente, regi devenissent ob forisfacturam dicti Jac., et hujusmodi persone nullum proficuum de eisdem pro moneta sua acquisivissent, et multas proles parvulas sustentare et ad proficuum ponere haberent, — concessit JOHANNI MAKGAUCHANE burgensi de Edinburgh, et JONETE NAPER ejus conjugi, — 4 marcatas terrarum antiqui extentus de Ovir-Manis de Strathaven, in baronia de Avendale, vic. Lanark : — TENEND. dictis Joh. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscumque, quousque rex dict. summam eis solveret :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 138.

2252. Apud Striveling, 31 Dec.

REX,—tanquam administrator filio suo Jacobo principi &c.,—pro bono servitio, concessit familiari servitori suo ALEXANDRO SCHAW de Sawchy, heredibus ejus et assignatis,—terras de Fynnart, cum tenentibus &c., vic. Renfrew :—que fuerunt quondam Jacobi Hammiltoun de Fynnart militis, tente de Jacobo com. Aranie dom. Hammiltoun, et per dictum Jac. H. dicto Alex. vendite sunt de dicto Jac. H. tenend., cum confirmatione regis ; et quas, cum regi devenissent ob forisfacturam dicti Jac. H., et rex dictum Alex. dicto comiti tanquam tenentem presentasset, dictus com. ad permanentiam resignavit :—TENEND. de principe et senescallo Scotie : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 94.

2253. Apud Striveling, 31 Dec.

REX, pro ingenti compositione persoluta, concessit HUGONI DOMINO SOMERVILE, et ejus heredibus,—40 libratas terrarum antiqui extentus de Libertoun, cum turre, molendino, tenentibus &c., in ejus baronia de Carnweth, vic. Lanark ;—que, de dicto Hugone tente per quondam Jac. Hammiltoun de Fynnart militem, regi devenerunt ob forisfacturam dicti Jac. :—TENEND. tanquam proprietatem ad permanentiam, proviso quod libere tenentes in suis tenandriis infeodarentur ut antea, persolvendo suam partem dicte compositionis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 96.

2254. Apud Striveling, 31 Dec.
REX confirmavit cartam Henrici episc. Candidecase et capelle regie Strivelingen., commendatarii perpetui monasterii de Dundranane,—[qua,—cum consensu prioris et conventus de Quhitherne,—pro 450 marcis sibi persolutis pro solutione taxe super clero per papam imposite et per se regi debite, ad feodifirmam dimisit JACOBO KENNEDY de Blairquhan, heredibus ejus et assignatis,—8 marcatas terrarum antiqui extentus de Kirkcrist (per dictum Jac. in assedatione habitas), cum piscaria earundem super aqua de Dee, in baronia sua de Kirkcrist, senesc. Kirkcudbrycht, extendentes in rentali suo ad 10 libras:—REDDEND. annuatim episcopo Candidecase 11 lib., ac tres sectas ad tria placita capitalia baronie de Kirkcrist; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum:—SALVIS episcopo privilegiis per defunctos concessis:—TEST. Tho. Corre de Kelwod, Jac. Kennedy, Joh. Mure, Wil. Kennedy, D. Roberto Mailvile:—Apud Quhitherne, 27 Jun. 1537]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 104.

2255. Apud Striveling, 31 Dec.[1]
REX confirmavit cartam Willelmi Muschate de Camscheny, — [qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WILLELMO KINROS, et JONETE DRUMMOND ejus sponse,—dimedietatem terrarum suarum de Westir Camscheny, cum tenentibus &c. (per Joh. Bane, Nicolaium Stobe, Jacobum Findlasoun et Joh. Lucas occupat.),—exceptis tribus ortis jacentibus coram hostiis domorum Johannis Lucas, Jacobi Findlasoun et Jonete Muschet, pro quibus dictus Wil. K. tantas terras habiturus erat infra dictas terras de Westir Camscheny,—in senesc. de Stratherne, vic. Perth:—TENEND. dictis Wil. K. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Willelmi K. quibuscumque, de rege:—REDDEND. annuatim 2 den. argenti nomine albe firme:—TEST. Arch. Narne burgen. de Striveling, Rob. Leirmond, And. Ade, Joh. Lang, Wil. Duthak, Joh. Grahame notario publico:—cum subscriptione Wil. M. tangentis pennam per notarium ductam:—Apud Striveling, 23 Dec. 1540]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxix. 145.

2256. Apud Striviling, 2 Jan.
REX confirmavit et de novo dedit JOANNI DOMINO LYNDSAY DE BYRIS, et heredibus ejus subscript., et HELENE STEWART ejus sponse in vitali redditu, —terras de Dudingstoun, Newtoun, Duntervy, Sanct-Serfis-lawis, Philpstoun, in baronia de Abircorne, vic. Linlythgow;—quas iidem Jo. et Hel. resignaverunt;—necnon dicto Jo. et heredibus subscript.,—terras de Gallouscruke, Duntarvy-crag, Dogland, Bynnis, Manerstoun cum turre earundem, Eister et Wester Scottistoun, Mureleis, Floderis, Medope cum turre et molendinis, in dictis baronia et vic.; terras de Dene cum molendinis, vic. Edinburgh; terras de Drem cum molendino, Drem-hillis, Sanyngis, Muretoun, Mungoiswellis, Garmyltoun, Cottis, Hervistoun, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; terras de Markinche cum earundem molendinis, Piotistoun, Petcruvy cum earundem castro, turre et fortalicio, Monscheill, binam partem de Edindowny, binam partem de Cassinduly, terras et baroniam de Petlessy cum molendinis earundem, terras de Hiltoun et Bynzeane, Dwnyhaggillis, vic. Fyffe; terras de Glendoven, Glenscherop, Eister et Wester Quhythill cum molendinis, in senescallatu de Stratherne, vic. Perth; cum castris, turribus, fortaliciis, molendinis, piscariis, silvis, forestis, maneriis, pendiculis, *lie outsettis*, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum earundem;—quas idem Jo. resignavit; et quas omnes rex, pro bono servitio et pro pecuniarum summis persolutis, de novo incorporavit in liberam baroniam de Petcruvy;—necnon creavit VILLAM DE PETLESSIE—in liberum burgum in baronia; dando inhabitantibus potestatem emendi et vendendi &c., et ut essent burgenses, et potestatem ballivos &c. cum consensu dicti Jo. et heredum annua-

[1] Dated in the Register 30 Sept. The date given in *Regist. Secreti Sigilli* (lib. xiv. fol. 47 verso) has been preferred, as it agrees with the date of the confirmed charter.

tim eligendi, et ut tenerent cruces forales et forum hepdomadatim die Mercurii, cum 3 *lie fairis* annuatim diebus SS. Philippi et Jacobi, Malrubii, et Katherine, et per octavos ejusdem, cum tholis &c.; ac cum potestate dicto Joanni et heredibus dict. villam in *lie burrow ruidis* hereditarie assedandi:—TENEND. dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, David Lyndsay de Kirkforthir et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., eorum legitimis et propinquioribus heredibus masc. quibuscumque, arma et cognomen de Lyndsay gerentibus, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jo. quibuscumque, in libera baronia et libera foresta:—REDDEND. annuatim tres sectas ad tres curias capitales vic. de Fyffe, cum servitio warde &c.:—TEST. 80. 63. 105. 88. 81. 93. 106. 110. 97. 109. xlv. 365.

2257. Apud Striveling, 6 Jan.

REX concessit servitori suo DAVIDI CHEPMAN burgensi de Edinburgh, et ejus heredibus,—terram vastam in burgo de Edinburgh ex australi parte de *lie* Kowgait (inter terras heredum quondam Tho. Johnstoun, olim pertinentes Roberto Hommyll, terras heredum quond. Jac. Gray et heredum quond. Wil. Huntroddis, et cimiterium Fratrum Predicatorum);—regi pertinentes tanquam ultimo heredi Isobelle Fressale:—SOLVEND. servitium burgi, et annuos redditus dictis Fratribus debitos:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 142.

2258. Apud Falkland, 10 Jan.

REX, tanquam administrator filio suo Jacobo principi &c., concessit familiari servitori suo WILLELMO SIMPILL, filio et heredi apparenti Gabrielis S. de Ladymure et Jonete Spreule ejus sponse, dominorum conjuncte infeodationis terrarum subscript., et MARIOTE KIRKCALDY sponse dicti Wil.,—5 libratas terrarum antiqui extentus de Cragbait, Tor et Thriply, vic. Renfrew;—quas dicti Gab. et Jon. resignaverunt:—TENEND. dictis Wil. et Mar. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Wil. quibuscumque, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Gab. quibuscumque, de principe et senescallo Scotie et barone de Renfrew:—RESERVATO libero tenemento dictis Gab. et Jonete et eorum alteri diutius viventi:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 111.

2259. Apud Falkland, 20 Jan.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit familiari servitori suo ROBERTO DOWGLAS de Lochlevin in libero tenemento, et WILLELMO DOWGLAS ejus filio et heredi apparenti in feodo, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscumque, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus ejus fem. quibuscumque,—terras et baroniam de Kinros, cum castro et lacu de Lochlevin, villam et terras de Kinros, cum molendinis, tenentibus &c., lacu et piscariis dicte baronie, terras de Dalqueich dicte baronie contiguas, vic. Kynros; et officium vicecomitis de Kynros, cum ejus feodis &c.;—que terre de Dalqueich fuerunt dicti Roberti et ejus predecessorum ultra memoriam hominum, quamvis sasine instrumenta earundem amissa, destructa, furtive ablata aut per inimicos detenta fuerunt; et quas ceteras idem Rob. personaliter resignavit;—et quas omnes rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Kynros;—et, pro speciali amore &c., erexit VILLAM ET TERRAS DE KYNROS—in liberum burgum in baronia; ac dedit inhabitantibus potestatem emendi et vendendi &c., et ut essent burgenses, et potestatem haberent ballivos &c. cum consensu dicti Rob. et heredum annuatim eligendi, et tenerent crucem foralem et forum hepdomidatim die Lune, et nundinas annuatim die S. Luce et per octavas ejusdem; cum potestate dicto Roberto et heredibus dictas terras in particatas burgales assedandi; cum tolloniis &c.:—REDDEND. annuatim unam curie sectam vicecomitatus de Kynros, cum servitio warde &c.; et ministrando justitiam in dicto officio:—RESERVATA tertia parte dictarum terrarum Margarete Erskin sponse dicte Rob., aut

cuicumque ejus conjugi cum contingeret :—INSUPER rex ordinavit aliquam partem dict. baronie in vitalem redditum aut conjunctam infeodationem concessam, vel sub reversione alienatam, nullam fore causam ruptionis dict. baronie :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 201.

2260. Apud Falkland, 20 Jan.
REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit familiari servitori suo ROBERTO DOWGLAS de Lochlevin in libero tenemento, et WILLELMO DOWGLAS ejus filio et heredi apparenti in feodo, et heredibus &c. (*ut in carta* 2259),—terras et baroniam de Kelour, cum fortalicio, nemoribus, molendinis, tenentibus &c., in senesc. de Stratherne, vic. Perth; terras et baroniam de Lugtoun, cum fortalicio, tenentibus &c., vic. Edinburgh; terras et baroniam de Langnewtoun, cum turre, fortalicio, molendinis, tenentibus &c., vic. Roxburgh;—quas idem Rob. personaliter resignavit; et quas rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Keloure :—TENEND. cum liberarum forestarum privilegio ubi nemora fuerunt :—REDDEND. annuatim unum den. argenteum nomine albe firme :—RESERVATA &c. (*ut in carta* 2259):—INSUPER rex ordinavit &c. (*ut in carta* 2259) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 202.

2261. Apud Falkland, 28 Jan.
REX concessit MICHAELI BALFOUR filio et heredi apparenti Andree Balfour de Monquhany, et JONETE BOSWELL ejus conjugi,—dimedietatem terrarum dominicalium de Monquhany, in baronia de M., vic. Fiffe;—quam dictus And. resignavit :—TENEND. dictis Mich. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Mich. quibuscumque; et, pro bono servitio dicti And., absque ruptione dict. baronie :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 220.

2262. Apud Falkland, 30 Jan.
REX confirmavit cartam Hugonis domini Somervile,—[qua,—pro summa pecunie sibi per Willelmum episc. Abirdonen., unum executorum quondam Michaelis M'Quhen burgensis de Edinburgh, et per Jonetam Rinde unam executorum ejusdem, persoluta,—vendidit dicto Willelmo nomine ecclesie, magistri, capellani seu capellanorum, et confratrum pauperum seu hospitaliorum HOSPITALIS B. MARIE MAGDALENE infra burgum DE EDINBURGH, prope locum Fratrum Minorum de Observantia, et eorum successorum, expensis dicti Mich. noviter edificati seu edificandi, instituendorum secundum formam fundationis per dictum Wil. aut ejus executores conficiende,—annuum redditum 40 librarum de terris et baronia de Carnweth cum molendinis, vic. Lanark :—TENEND. de rege in feodo :—REDDEND. orationes pro rege et Maria ejus conjuge et Jacobo eorum filio primogenito :—TEST. Gawino archiepiscopo Glasguen. cancellario Scotie, Alex. abbate de Cambuskynneth, Rob. abbate de Kinlos, Magistris Jacobo Foulis de Colintoun registri clerico, Colino com. de Argile dom. Campbell et Lorne, Gilberto com. de Cassillis, Wil. dom. Sancti Johannis, Rob. Galbraith rectore de Spot, Wil. Gibsoun decano de Restalrig, Hen. Lauder advocato regis, Joh. Lethane rectore de Kirkcrist, Willelmo Lamb rectore de Conveth, regis concilii dominis, Joh. Gardin rectore de Tyre, Joh. Gibsoun, notariis publicis :—Apud oppidum de Edinburgh, 27 Jan. 1540] ;—INSUPER ordinavit sasinam tunc sumendam pro omni tempore affuturo sufficere :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 105.

2263. Apud Edinburgh, 2 Feb.
REX concessit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit WALTERO MAXWELL de Aikinheid,—10 libratas terrarum antiqui extentus de Aikinheid, cum mansione, loco, tenentibus &c., vic. Lanark;—quas Rob. Maxwell de Caldorwod resignavit : — TENEND. dicto Waltero et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Gawino M. ejus filio et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Rob. M. filio ejusdem Walt. et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Wil. M. filio dicti Walt. et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propin-

quioribus heredibus masculis dicti Walt. quibuscumque, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus ejus fem. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxvii. 103.

2264. Apud Edinburgh, 4 Feb.
REX confirmavit cartam Georgii episcopi Dunkelden.,—[qua,—cum consensu decani et canonicorum capituli sui,—pro summa pecunie ad reparationem et decorem ecclesie sue persoluta, et pro benemeritis, — ad feodifirmam dimisit (familiari regis) JACOBO KIRKCALDY de Grange, thesaurario regis, et heredibus ejus quibuscumque,—terras et baroniam de Ouchtertuill, viz. *lie* Newtoun et Cragtoun de O. (extenden. ad 18 marcas, 3 *lie wedderis* et 3 duodenas caponum), Weltoun (ad 10 libras, 2 *lie wedderis* et 2 duodenas caponum), Myltoun (ad 24 marc., 4 *lie wedderis* et 2 duodenas caponum), molendinum de O. (ad 6 marc. et 4 duodenas caponum), terras et lacum de Halyardis (ad 2 marc.), terras de Estir-Clyntray (ad 8 marc., 2 *lie wedderis* et 2 duodenas caponum, pretium *lie wedderis* 6 sol. 8 den., duodene caponum 12 sol.), cum molendinis, multuris, annexis, toftis, croftis et cotagiis, cum lacu de Lochorisburne, vic. Fiffe ;—extenden. in gressumis annuatim ad 25 marc. :—TENEND. de dicto episc.; cum communia in moris de Bochclivye et baronia de Beith :—REDDEND. annuatim 80 libras; necnon duplicando dictam firmam ad introitum heredum; et prestando tres sectas ad tres curias capitales Dunkelden. ; nec liceret dictas terras absque licentia alienare ; et si contingeret solutionem canonis per 3 terminos successive deficere, caderent a jure infeodationis : — TEST. Adamo Ottirburn de Reidhall milite, Alex. Moncreiff, Rob. Jak : —Apud idem capitulum, 15 Oct. 1539] :—NECNON cartam Georgii archidiaconi S. Andree ac commendatarii perpetui monasterii de Dunfermling, et ejusdem loci conventus,—[qua, pro gratitudinibus &c., ad feodifirmam dimiserunt Jacobo Kirkcaldy de Grange, et ejus heredibus,—terras de Fynmonth, in regalitate de Dunfermling, vic. Fiffe : — REDDEND. annuatim dicto monast.pro dict. terris (prius extenden. ad 10 libras) 12 lib. 13 sol. 4 den., cum 3 lib. 6 sol. 8 den. pro 7 bollis 2 firlotis farine avenatice et 24 pultriis; cum duplicatione feodifirme ad introitum heredum; necnon tres sectas ad tria placita capitalia de Dunfermling; cum aliis devoriis et servitiis debit. et consuet., necnon cum astrictione multure molendino de Gaitmylk, vel solutione firmario dicti molend. tantam multuram quantam dicte terre aut consimiles terre in parochia de Kinglassy tunc persolverunt; nec liceret absque licentia dictas terras alienare; et si contingeret solutionem canonis per 3 terminos continuos deficere, caderent a suo jure; necnon edificando mansionem cum politiis necessariis :—Apud dict. monasterium, 1 Jun. 1539] :—TEST. 80. 63. 105. 88. 81. 93. 110. 97. 109.
xxvii. 209.

2265. Apud Edinburgh, 5 Feb.
REX concessit JACOBO HAMMILTOUN filio et heredi apparenti Jacobi H. olim de Kincavill militis, heredibus ejus et assignatis,—duo tenementa terre contigue jacen. in burgo de Linlithqw ex parte australi ejusdem (inter terras Niniani dom. Ross de Halkheid et Johannis Thomsoun) ;—que regi devenerunt ratione eschaete ob existentiam dicti Jac. senioris heretici declarati : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 107.

2266. Apud Edinburgh, 5 Feb.
REX confirmavit PATRICIO MAKCLELLANE de Gilstoun, et JONETE GORDOUN ejus conjugi, — 5 marcatas terrarum de Culnook, 3 marcat. de Cowlkay et Drongandis, 4 marcat. de Barladow, 3 marcat. de Grennand, antiqui extentus, in baronia de Remistoun, vic. Wigtoun ;—quas idem Pat. resignavit :—TENEND. dictis Pat. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Pat. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 143.

2267. Apud Edinburgh, 6 Feb.
REX concessit GAWINO MURRAY de Hiddinstounheid, et ejus heredibus, —2 marcatas terrarum antiqui extentus de

Hiddinstounheid, cum terris cotagiis, in dominio de Avendale, vic. Lanark;—que fuerunt dicti Gaw., de quondam Jac. Hammiltoun olim de Fynnart milite tente; et quarum superioritas regi devenit ratione eschaete ob forisfacturam super dictum Jac. deductam:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxvii. 110.

2268. Apud Edinburgh, 6 Feb.

REX, tanquam administrator filio suo Jacobo principi &c., pro bono servitio ac pro gratitudinibus &c., confirmavit et de novo dedit GILBERTO COMITI DE CASSILLIS, dom. Kennedy,—terras antiqui extentus subscript., viz. terras dominicales de Cassillis cum castro, manerie, molendino, Mylntoun, *lie Park* et nemore de C., Kilistoun, terras de Blairboyis, Craufurdstoun, Pynmuris, Giltre-M'Grane, Barnschene, Carssanestoun, Hoilhous, Dunschevistoun, Barnfurd, Troquhane, Burnmouth, cum omnibus piscariis, *lie outsettis* &c., extenden. ad 43 marcatas, 6 marcat. de Ovir-Kilmoir cum molendino, 6 marcat. de Nethir-Kilmoir, 12 marcat. de Giltre cum molendino et nemore, 20 librat. de Dalmortoun (viz. Trostane, Knokloye, Mekill Schalloch, Scheuvene, Clonauche, Clongill, Dalmortoun, Leffanefairne, Glowyngorne, Lauchindescher, Rais, Lentow, et Balbeg), 7 marcat. de Dalreoch, Kilchreney et Rochell, 10 librat. de Row (viz. Ovir Row, Nethir Row, Schallauch, Torrefassok, Altydune, Makcallanstoun, Meldinoch, Pynwalle, Laglany, Balloch, M'Ewinstoun et Balbeg), 10 libratas de Traboyok (quarum bine Glengynnettis et Bennane fuerunt una pars), 4 marcat. de M'Ilwardstoun, 40 sol. de Coif, 5 marcat. de Killeikke, Balquhorne et Balzemuk, 3 marcatas de M'Martinstoun, 3 marcat. de Garpyne et Dalduf, 2 marcat. de Drummuling, 20 sol. de Auchincrosche, unam marcat. de Dalduff, 6 sol. 8 den. de Dalcur, 3 marcat. de Cloynclauch, 2 marcat. de Kirkbride, unam marcat. de Bardonane, 6 sol. 8 den. de Crago, 6 sol. 8 den. de Andauchy (*sive* Ardauchy), 10 librat. de Kilkerane cum turre et molendino, 40 sol. de Knoknunscheauch et Dallongfurd, 5 marcat. de Dalquharne, unam marcat. de Claschewalloch, 20 sol. de Glengep, 10 sol. de Craginra, terras de Ardinschene, Cirmare, Laggage, Arrewin, Dirnarrauch, Killegrossane, Knokekowet, Craganis, Cragfyne, Bogra, Durrequhroill, Fardin et Dalthangyeane, extenden. ad 18 marcat., 5 marcat. de Ovir et Nethir Ellerkynnoch, cum *lie* Lochland *alias* Lochduis, ac cum nemoribus, lacubus, tenentibus &c. omnium dict. terrarum, $2\frac{1}{2}$ marcat. de Balmacavill, 50 sol. de Lattirpyn, 3 marcat. de Drummuskane, 2 marcat. de Fardincrachar, 20 sol. de Knokgardnare, 40 den. de Craginschynnoch, cum tenentibus &c., in comitatu et balliatu de Carrik, vic. Air; ac officium balliatus de Carrik cum ejus feodis &c.;—que fuerunt dicti Gilb., omnes (exceptis Balmacavill et seq., et dicto officio) per Jac. IV. regem in baroniam de Cassillis incorporate; et quas idem Gilb. personaliter resignavit; et quas omnes rex de novo incorporavit in liberam baroniam de C.:—TENEND. dicto Gilberto et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Thome Kennedy ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Davidi K. ejusdem fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Quintino K. fratri ejusdem germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Arch. K. fratri ejusdem germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Hugoni K. fratri ejusdem germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jacobo K. fratri ejusdem germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jac. K. eorum patruo et heredibus &c. (*ut sup.*) quibus def., Tho. K. de Coif, eorundem patruo, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Hugoni K. de Girvanemanys et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Wil. K. de Glentig et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Alex. K. de Bargany et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jac. K. de Blairquhan et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Gilb. quibuscumque, arma et cognomen de K. gerentibus, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus ejus fem. quibuscumque, de dicto principe tanquam com. de Carrik; cum liberis forestis ubi nemora fuerunt: — REDDEND. annuatim sectas curie solitas et consuet., ac wardas et relevia cum contingeret; necnon justitiam

in dicto officio ministrando :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 171.

2269. Apud Edinburgh, 6 Feb.
REX, tanquam admininistrator filio suo Jacobo principi &c., pro bono servitio ac aliis gratitudinibus &c., confirmavit et de novo dedit GILBERTO COMITI DE CASSILLIS, dom. Kennedy,—terras et baroniam de Dunewr, cum castro, fortalicio et molendino earundem, extenden. ad 40 marcatas terrarum antiqui extentus, omnes dicto castro contiguas, terras de Glennop (viz. Carnlok, Altymeig, Ayescane-creg, Ayescandonell, Molgeowane, Mukeruoche, Mulbane, Dowpyn, Auchnammys, Barnavandok, Sannayis et Drumquhirne), extenden. ad 10 librat. ant. ext., cum advocatione prepositure et prebendarum ecclesie collegiate de Maiboill, in comitatu et balliatu de Carrik, vic. Air ;—que fuerunt dicti Gilb. et ejus predecessorum in alba firma tente, antequam eedem sustentationi principis per regis predecessores concesse erant ; et quas idem Gilbertus personaliter resignavit ; et quas rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Dunewr : —TENEND. *ut in carta* 2268 :—REDDEND. annuatim unum par calcarium deauratorum nomine albe firme : — TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 33.

2270. Apud Edinburgh, 6 Feb.
REX, tanquam administrator filio suo Jacobo principi &c., confirmavit GILBERTO COMITI DE CASSILLIS dom. Kennedy, et MARGARETE KENNEDY ejus conjugi,—terras antiqui extentus subscript., viz. 10 marcatas terrarum de Bagray, duas Auchinteberis, Foulwod, Gabrauchhill, Bridylandis, Strewdir, Pacokbankis, cum molendino earundem, Spittale, 20 solidat. de Quhiteleyis, Ovir-Bordlandis et Nethir-Bordlandis, extendentes ad 40 marcat., cum tenentibus &c., nemoribus, molendinis, piscariis, *lie outsettis* et pendiculis omnium dict. terrarum, in dominio de Stewartoun, balliatu de Cunynghame, vic. Air ;—quas idem Gilb. personaliter resignavit ; et quas rex, pro bono servitio dicti Gilb., ac pro aliis gratitudinibus, de novo incorporavit in liberam baroniam de Bagray: —TENEND. dictis Gilb. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, Tho. K. fratri germano dicti Gilb. (*et ceteris heredibus in carta* 2268 *contentis*), de dicto principe tanquam dom. de Cunynghame :—REDDEND. annuatim sectas curie debitas et consuetas, ac wardas &c. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 34.

2271. Apud Edinburgh, 6 Feb.
REX ad feodifirmam dimisit GILBERTO COMITI DE CASSILLIS, domino Kennedy,—terras de Leswalt, duas Cragochis, Barbeth cum molendino, Balquhere, Dunduf, Challoch, duas Glenstokedalis, Auchnotteroch, Glek, (Largbrek-Grace[1]), Largbrek-Stewart, Largbrek-M'William, Knok et Maise, insulam de Lochnaw cum loco et lacu ejusdem, terras de Monybrig, Flot, Kildonane, Drumfad, Caldenis, Barnavanak, Carmagill cum molendino earundem, Mull, Gartrowane, Ayne, Cowilmoir, Barquhony, terras de Drummaklochis nuncupat., terras de Avise, Balcair, Auchinmantale, Pellanriegane et Mekle Larg, cum annexis, *le outsettis*, tenentibus, tenandriis, liberetenentium servitiis (si que essent) earundem, vic. Wigtoun ;—quas idem Gilb. personaliter resignavit ; et quas rex pro bono servitio dicti Gilb., et aliis gratitudinibus, incorporavit in liberam baroniam de Leswalt :—TENEND. dicto Gilb. et heredibus (*in carta* 2268 *contentis*[2]), de rege : — REDDEND. annuatim 110 libras 13 sol. 4 den.; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum ; necnon dictus Gilb. et heredes et eorum tenentes in itineribus justiciarie de Wigtoun, quando indictati forent ad subeundum legem, comparendo ; ac dictus Gilb. et heredes presentias suas in dictis itineribus dando, absque ulla secta curie : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 164.

2272. Apud Edinburgh, 7 Feb.
REX confirmavit familiari suo JACOBO KIRKCALDY de Grange, thesaurario,

[1] The name within brackets is supplied from the Tenendas clause.

[2] Except that the last substitution runs, "seniori heredum fem. absque divisione."

et heredibus ejus masc. quibuscumque,—terras de Grange, cum turre, fortalicio, manerio, ortis, pomeriis, columbariis, toftis, croftis et cotagiis, dimedietatem de Tiry cum carbonariis, *lie outsettis* &c., terras de Banchrie, Northir-Pettedy, Petkynne et Turlvany, Balberdy, castrum de Kingorne cum monte, toftis et croftis, vic. Fiffe;—quas idem Jac. personaliter resignavit; et quas rex, pro servitio tam in Gallie partibus quam infra regnum suum impenso, incorporavit in liberam baroniam de Grange:—REDDEND. annuatim unum den. albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 106.

2273. Apud Edinburgh, 7 Feb.
REX confirmavit ALEXANDRO INGLIS de Tervait, — terras, turrim et molendinum de Tervait, terras de Caple-Ovirtoun, Thrid-part nuncupat., et Nethirtoun de Caple, cum molendino earundem, dimedietatem terrarum de Bawbirne, et piscarias dict. terrarum et terrarum dominicalium de Tervait, cum *lie outsettis*, tenentibus &c., vic. Fiffe;—quas idem Alex. personaliter resignavit; et quas rex, pro bono servitio dicti Alex., ac pro compositione persoluta, incorporavit in liberam baroniam de Tarvait; et ordinavit quod, si ulla pars dicte baronie alienaretur seu in vitali redditu concederetur de rege tenend. sub reversione, dicta pars cum redempta foret aut per mortem vacare contingeret, ad dict. baroniam reverteretur absque ulla speciali sasina:—TENEND. dicto Alex. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Joh. I. de Flashill et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Alex. I. de Hilltervait et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Alex. I. de T. quibuscumque, cognomen de Inglis et arma gerentibus, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus ejus fem. quibuscumque:—REDDEND. annuatim 12 den. argenteos nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 113.

2274. Apud Edinburgh, 8 Feb.
REX concessit familiari suo JOHANNI DANYELSTOUN rectori de Dysart, heredibus ejus et assignatis, — tenementum terre, domos et edificia cum ortis et pilatorio earundem, in burgo de Linlithqw, ex parte australi communis strati (inter terras Joh. Wawane, acras dict. burgi, et terras heredum quondam Hen. Creichtoun);—regi pertinen. per forisfacturam quondam Jacobi Hammiltoun de Fynnart militis:—REDDEND. servitium burgi, firmas burgales, et annuos redditus quibuscumque personis debit.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 112.

2275. Apud Edinburgh, 8 Feb.
REX confirmavit cartam indentalem quondam Georgii episc. Dunkelden.,—[qua, cum consensu decani et capituli sui, concessit (quondam) M. JOHANNI NARNE, et MARGARETE OLIPHANT ejus sponse,—terras de Mukkersy, et piscariam de M. super aquam de Tay, cum silva ejusdem, in baronia Dunkelden., vic. Perth, de sua industria nuper admortizatas et dicte baronie unitas;—quas dict. Joh. de dicto episc. in assedatione habuit pro 10 libris et 48 salmonibus annuatim:—TENEND. dictis Joh. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. dicti Joh. de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto episc. reversuras, de dicto episcopo:—REDDEND. annuatim 20 marcas, necnon tres sectas ad tres curias capitales infra baroniam Dunkelden., cum wardis et releviis quantum ad dict. terras &c. pertinerent:—TEST. D. Alex. Ricardi, D. Alex. Fairfule scriba dicti capituli, M. Joh. Thome, prioris (presbyteris?) notariis publicis:—sigillis dict. episcopi et capituli parti cum dictis Joh. Narne &c. remansure, et sigillo dicti Joh. N. parti cum dict. episcopo &c. remansure, appensis:—Apud dict. capitulum, 7 Dec. 1511, anno consecrationis dicti episc. 28]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 42.

2276. Apud Edinburgh, 8 Feb.
REX confirmavit cartam familiaris servitoris sui Henrici Kempt de Thomastoun,—[qua,—cum consensu conjugis sue Jonete Dury, domine conjuncte infeodationis terrarum subscript.,—pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit GEORGIO HUME de Spott, et KATHERINE HALKERS

TOUN ejus sponse,—terras de Hartside, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh :—Tenend. dictis Geo. et Kath. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Geo. quibuscumque, de abbate et conventu de Melros :—Reddend. annuatim 40 libras feodifirme ; et veniend. ad tria placita capitalia apud Melrose :—Insuper, si contingeret monetam Scotie, vel cujusvis regni cursum in Scotia haben., ad altius pretium levari, dict. Geo. &c. 48¾ uncias argenti, quod esset ad minus *ellevin penny-fyne*, vel earum verum valorem in moneta Scotie, annuatim persolverent :—ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum ; et si solutio firme per tres terminos insimul deficeret, feodifirma amitteretur :—Test. M. Jac. Foulis de Colintoun registri ac concilii clerico, Hen. Hoppar, M. Alex. Stevinsoun, Alex. Cokburn, Joh. Colisoun, Hen. Paslay, Joh. Kiltray, Joh. Broun et M. Tho. Kene notariis :—Apud Edinburgh, 7 Feb. 1540] :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 253.

2277. Apud Edinburgh, 9 Feb.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit familiari suo ARCHIBALDO ARGADIE COMITI, domino Campbell et Lorne &c., heredibus ejus et assignatis,—terras, baroniam, regalitatem et dominium de Abirnethy, cum molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocatione prepositure, prebendarum et ceterorum beneficiorum ecclesie collegiate de Abirnethy et aliorum beneficiorum quorumcumque infra dictas terras, ac terras de Mylne-croft, cum molendino, terris molendinariis et astricta multura de Abirrargy, in dict. baronia &c., vic. Perth ;—quas terras de Mylnecroft &c. Joh. Tennent et Mariota Aitkinsoun ejus conjux, ceteras dictus Arch., personaliter resignaverunt :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 114.

2278. Apud Edinburgh, 10 Feb.

REX confirmavit cartam Alexandri Nory portionarii de Murdestoun, — [qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JACOBO STEWART capitaneo de Downe, et MARGARETE LINDESAY ejus sponse,—tres libratas terrarum antiqui extentus de Cessintuly, viz. 40 sol. de Murdestoun et 20 sol. de Ballindornok, in senesc. de Menteith, vic. Perth ;—quas dictus Alex. a rege obtinuit in feodifirma :—Tenend. dictis Jacobo et Marg. et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Jacobi masc. quibuscumque, quibus def., seniori heredum fem. absque divisione :—Solvend. annuatim matri regis, et post ejus decessum regi, 7 libras 10 sol., et 7 sol. pro martis, et 18 denarios in augmentationem regis rentalis, nomine feodifirme ; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum ; necnon edificando mansionem cum politiis :—Test. D. Walt. Stewart precentore Rossen. ac thesaurario capelle regie Strivelingen., Bartholomeo Balfour, M. Wil. Balfour, Jac. Balcolme, Jac. Stewart, Tho. Loure, Walt. Carroth, Cuthberto Patersoun, Willelmo Menteith, M. Joh. Bruse notario publico :—cum subcriptione dicti Alex. pennam notarii tangen. de mandato suo subscript. : — Apud castrum de Downe in Menteith, 5 Feb. 1540] :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 109.

2279. Apud Edinburgh, 10 Feb.

REX ad feodifirmam dimisit familiari servitori suo JOHANNI MOSMAN aurifabro, burgensi de Edinburgh,—8 bovatas terrarum de Wra, vic. Linlithqw, extenden. in firma, gressuma &c. ad 21 marcas 4 sol. 5 den. et obulum :—Tenend. dicto Joh. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—Reddend. annuatim 22 marc., 12 capones et 12 pultrias ; ac duplicando dictam feodifirmam ad introitum heredum ; necnon edificando mansionem cum politiis :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 116.

2280. Apud Edinburgh, 10 Feb.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam Alexandri Scott prepositi de Corstorphin,—[qua fundavit capellaniam perpetuam intra PAROCHIALEM ECCLESIAM BURGI DE IRWIN ad altare SS. Johannis Baptiste, Cristoferi martyris et Niniani pontificis in navi dicte eccles.;

ad cujus manutenentiam in puram elimosinam concessit—annuum redditum 20 sol. de terra templaria cum crofta ejusdem in dicto burgo in venella dicta Smedebar, juxta *le* Bogflattis; tenementum cum orto et cauda descend. ad cimiterium dicti burgi, rodam terre in dict. burgo juxta Barbourisrig, 3 rodas ibidem; ann. red. 13 sol. 4 den. de tenemento et cauda dict. Stouttisland, juxta venellam ducen. ad aquam de Irwin; peciam terre culte prope pontem de I. juxta communiam; ann. red. 10 sol. prope tronum dicti burgi, ann. red. 12 den. de duobus tenementis quondam Joh. Broun, ann. red. 4 sol. de duobus tenementis quond. Joh. Henry contiguis, ann. red. 4 sol. de tenemento quond. Alani Houstoun juxta terram altaris S. Petri, ann. red. 28 den. de tenemento Joh. Hall in *le* Grip, ann. red. 4 sol. de terra et orto Niniani Boill in via Marina; rodam terre prope ecclesiam; ann. red. 3 sol. de tenemento quond. Jac. Michell; duas acras terrarum in dicto burgo, alias 2 acras ibidem; ann. red. 4 sol. de terra Tho. Huntare, ann. red. 10 sol. de tenemento Joh. Bauly, ann. red. 10 sol. de terra templaria juxta vinellam dictam Monkmosart;—cujus capellanie patronos constituit, post decessum suum, prepositum, ballivos et consules dicti burgi, qui capellanum de genere et sanguine dicti Alex. pre aliis alieni sanguinis, in cantu saltem Gregoriano sufficienter instructum, infra 15 dies post ejus vacationem archiepiscopo Glasguensi presentarent:—TEST. Wil. Cunynghame de Cunynghameheid, Pet. Ramsay burgen. de Dunde, D. Geo. Richardsoun vicario de Kilgour, Wil. Scott juniore, Alano Kile, Jac. Boid burgen. de Irwin, D. Roberto Patersoun, D. Joh. Makgachan notario publico, capellanis:—cum communi sigillo burgi de Irwin:—Apud dictum burgum, 4 Oct. 1540]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 158.[1]

2281. Apud Edinburgh, 10 Feb.

REX, post ultimas revocationes in parliamento factas, confirmavit cartam suam in minore etate factam, — [qua concessit WILLELMO GRAHAME, filio Jonete Talliefeir,—terras de Corsrig, &c. (*ut in carta* 650)]:—INSUPER, pro bono servitio dictorum Wil. et Jon., dict. terras &c. eis de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 193.

2282. Apud Striveling, 10 Feb.

REX dedit literas legitimationis DAVID HEPBURN et PATRICIO HEPBURN fratribus, bastardis, filiis naturalibus Alexandri H. burgensis de Hadingtoun. xxviii. 324.

2283. Apud Edinburgh, 13 Feb.

REX confirmavit GEORGIO HOPPRINGILL portionario de Cliftoun, et MARGARETE CREICHTOUN ejus conjugi,—dicti Geo. quartam partem terrarum de Cliftoun, extenden. ad 10 libratas antiqui extentus, vic Roxburgh;—quam idem Geo. personaliter resignavit:—TENEND. dictis Geo. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Geo. quibuscumque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 127.

2284. Apud Falkland, 16 Feb.

REX confirmavit THOME FOTHERINGHAME de Powry, et ALISONE CHARTERIS ejus conjugi,—terras de Bawmure, cum granorum et fullonum molendinis, tenentibus &c., vic. Forfare;—quarum (per dict. Tho. tentarum de Archibaldo olim com. Angusie, regis confirmatione desuper habita) superioritas regi devenit ob forisfacturam dicti Arch.; et quas idem Tho. personaliter resignavit; et quas rex, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, incorporavit in liberam baroniam de Bawmure:—TENEND. dictis Thome et Alisone et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter

[1] This charter contains the following names of adjoining owners:—umquhile Tho. Powa, umq. Laurence Legat, umq. Gilbert Moris, umq. Rob. Millare, M. John Scott, John Houstoun, umq. John Pill, Wil. Reid, John Broun junior, Jas. Boyd, umq. Rob. Caldwell, umq. James Esdaill, umq. John Scott, umq. John Portar, umq. Geo. Brokell, umq. Alan Hay, umq. Hugh Dunlop, M. Tho. Scott, Rob. Scott, the earl of Eglingtoun, Jas. Craufurd of Bathlaine, umq. Wil. Ros, Joh. Quhite, John Ross, Robert Lowry, the laird of Caldwell, Adam Wilsoun, Geo. Broket.

ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Tho. quibuscumque :—Solvend. annuatim unum den. albe firme :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 195.

2285. Apud S. Andream, 18 Feb.
REX confirmavit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit WILLELMO TURING de Foverne, et ejus heredibus, — terras et baroniam de Foverne, cum turre, fortalicio, manerie, molendinis, tam salmonum quam alborum piscium piscariis infra aquas salsas et dulces dicte baronie, tenentibus &c., cum advocatione capellanie altaris S. Jacobi infra ecclesiam parochialem burgi de Abirdene, terras de Tulifoure, vic. Abirdene ;—quas idem Wil. personaliter resignavit :—et voluit rex quod unica sasina apud turrim de Foverne pro omnibus terris dicte baronie et dicta capellania staret, et pro terris de Tibbertaw, Watteregemure et 3 quarteriis de Litill Auchnakoy, que erant partes dicte baronie et eidem contigue non jacebant :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 117.

2286. Apud S. Andream, 20 Feb.
REX, — pro servitio sibi tam Francie, Flandrie et Anglie quam regni sui partibus impenso, — cum consensu compotorum rotulatoris, concessit familiari servitori suo JOHANNI BOG, uni a stabulis suis famulo, in vitali redditu,—terras de Lochend, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh ; necnon tria tenementa terre in burgo de Dunbar, cum ortis earundem ; —quas quondam Jac. Aikinheid castri de Dunbar capitaneus in vitali redditu de rege per cartam sub magno sigillo habuit ; et que regi devenerunt per resignationem quond. Alexandri episcopi Moraviensis, seu per ejus decessum ratione bastardie, vel alias :—Reddend. annuatim unum den. albe firme :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 115.

2287. Apud S. Andream, 20 Feb.
REX confirmavit CRISTIANE MONTGOMERY in vitali redditu, ac ejus sponso JACOBO DOUGLAS de Drumlangrig, heredibus ejus et assignatis, — terras et baroniam de Drumlangrig, cum castro, fortalicio, molendinis, multuris, piscariis, toftis, croftis, brasinis, pendiculis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, vic. Drumfres; 12 marcatas terrarum antiqui extentus de Lokerben, 10 marcat. ant. ext. de Ovir Garvok, in baronia de Tibberis, vic. Drumfres ;—quas idem Jac. resignavit :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 119.

2288. Apud S. Andream, 20 Feb.
REX confirmavit cartam David com. Craufurdie dom. Lindesay,—[qua,—pro quibusdam summis pecuniariis sibi et Ricardo Lundy, relicte heredibusque quondam David Ogilvy, pro redemptione terrarum subscript. persolutis,—vendidit JOHANNI PIGGOT, heredibus ejus et assignatis,— terras de Sandfurd, Kilhill et Bogwilk, cum pecia terre vaste extenden. ad 6 acras, jacen. contigue ad orientalem partem dict. terrarum de Bogwilk (inter Ordanaschallache, terras suas nuncupatas Smythis-landis, et arabiles occupatasque terras de Langbank), in baronia sua foreste de Platane, vic. Forfare :—Tenend. de dicto com., et post ejus decessum de rege :—Reddend. annuatim dicto com. unum den. albe firme ; et post ejus decessum regi jura et servitia debit. et consuet. :—Test. Ric. Lundy burgen. de Edinburgh, M. Jac. Rolland, Tho. Lindesay, Alex. Michell, Wil. Dunlop, D. Joh. Farny et D. Canito Kergill capellanis, Herberto Gledstanis notario publico :— Apud Carny, 22 Jan. 1540] :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 192.

2289. Apud S. Andream, 20 Feb.
REX confirmavit cartam Johannis Allerdes de eodem, — [qua concessit matri sue JONETE LUNDY, pro tempore ejus vite, —in contentationem ejus conjuncte infeodationis omnium terrarum quondam Johannis Allerdes de eodem, ejus conjugis et sui patris,—terras suas de Allerdes, cum principali mansione, manerie, terris dominicalibus de A., cum molendino ejusdem, ac terras ville de Litill Barres, cum silvis, piscariis salmonum et aliorum piscium tam in mari quam in aqua dulci, in baronia de

Allerdes, vic. Kincardin,—excepta villa de Leyis cum terris ejusdem :—TENEND. de rege :—TEST. M. Wil. Hay, Joh. Chalmer burgen. de Abirdene, Wil. Allerdes, Wil. Forbes :—Apud Abirdene, 17 Feb. 1540] : —INSUPER, pro bono servitio dicte Jon., ordinavit quod dicta confirmatio tanti esset roboris ac si ante sasine sumptionem facta fuisset :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 167.

2290. Apud S. Andream, 22 Feb.

REX concessit ISOBELLE LINDESAY filie Johannis dom. L. de Byris, in ejus pura virginitate, pro tempore ejus vite, pro matrimonio inter ipsam et Normanum Leslie filium Georgii com. de Rothes complendo, ac dicto NORMANO LESLIE hereditarie, —terras de Bagothrie et Drowman, in baronia de Lesley, terras de Drumbarrow, tertiam partem de Coilsee, 2 septimas partes de Lumbenny, terras de Coklawis, in baronia de Ballinbreych, vic. Fiffe ; — quarum feodum idem Norm. personaliter, vitalem redditum Agnes Somervill cum consensu dicti Geo. sponsi sui, resignaverunt :—TENEND. dicte Is. *ut supra*, dicto Normano et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, dicto Geo. et heredibus ejus masc. quibuscumque arma et cognomen de Leslie gerentibus :—TEST. 80. 63. 105. 88. 81. 93. 106. 110. 97. 109. xxix. 52. et xxxi. 20.[1]

2291. Apud S. Andream, 24 Feb.

REX dedit literas legitimationis JOHANNI ROWLL et JACOBO ROWLL bastardis, filius naturalibus Johannis prioris de Pettinweme, et eorum alteri. xxvii. 148.

2292. Apud S. Andream, 24 Feb.

REX,—cum prioratus de Maii et Pettinweme exigue esset importantie, et proficua ejus per maris accidentiam provenirent, et in virtuosis laboribus pauperum piscatorum burgum et baroniam de Pettinweme inhabitantium dumtaxat consisteret ; ac cum numerus religiosorum monasterii de P. usque ad conventum per Joh. Rowll priorem ejusdem augmentaretur &c.,—in partem recompensationis ingentium sumptuum dicti Johannis in Francie partibus, ac pro politie incremento, — confirmavit dicto priori MONASTERII DE PETTINWEME, ac conventui ejusdem, et eorum successoribus, — terras de Pettinweme, Anstruthir ex occidentali parte torrentis ejusdem, terras de Mylnetoun cum molendino, Falside, Lingo, Grangemure, Cranrigis, insulam de Maii, croftam de Craill, Pettotar, vic. Fiffe ; terras de Rynde Estir et Westir, vic. Perth ; terras de Mayscheill et Barro, vic. Beruik ; croftam de Belhevin, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; croftam prope villam de Abirbrothok, vic. Forfare ; cum omnibus pendiculis, *lie outsettis*, tenentibus &c. ; — que fuerunt partrimonium dicti prioratus ; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Pettinweme ; ac creavit VILLAM DE PETTINWEME (per Jac. III. regem in burgum in baronia creatam), ac VILLAM DE ANSTRUTHIR, cum earum terris et limitibus,—in liberos burgos in baronia ; concedendo ut essent liberi burgenses in dict. burgis ad vendendum &c. ; et ut prior &c. antedict., et eorum successores, potestatem haberent officiarios et ballivum hereditarium eligendi ; cum omnibus privilegiis in carta creationis dict. burgorum specificatis; cum libertate priori &c. ad infeodand. tenentes, et burgensibus ad habend. cruces forales et forum ebdomidatim in diebus Sabbati et Lune, et publicas nundinas ter in anno, viz. in festo B. Marie Magdalene in estate ac in festo S. Clementis in hieme, et per octavas eorundem, in Pettinweme, et in festo S. Nicholaii in hieme et per octavas ejusdem in Anstruthir, ac cum potestate priori &c. faciendi portus, unum seu plures, infra limites dictorum burgorum et baronie, et sumendi custumam et ancoragium navium et cimbarum in eisdem venientium ; necnon eorum terras in feodifirma assedandi :—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Fiffe ; et pro dictis burgis servitium burgorum debit. et consuet. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 150.

[1] The list of witnesses is in the former copy only.

2293. Apud S. Andream, 24 Feb. REX confirmavit cartam Archibaldi com. Ergadie, domini Campbell et Lorne &c.,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit GEORGIO HUME juniori, filio et heredi apparenti Georgii Hume de Broxmouth, et JONETE KER ejus conjugi, —orientalem et occidentalem dimedietates terrarum suarum de Litill Pincartoun, orien. et occiden. dimedietates pecie sue terre de Quhitrig que fuit pendicula de Mekill Pincartoun, in comitatu Marchie, vic. Edinburgh et constab. de Hadingtoun: —TENEND. dictis Geo. juniori et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Geo. quibuscumque, de rege :—TEST. Joh. Campbell de Caldor milite, Colino Campbell de Ardinglas, M. Tho. Marjoribankis burgen. de Edinburgh, Dungallo Campbell, Alex. Hume, Alex. Makneile notario publico :—Apud Edinburgh, 24 Feb. 1540]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 214.

2294. Apud S. Andream, 24 Feb. REX,—pro speciali favore erga Johannem priorem de Pettinweme et conventum ejusdem, ac pro politia &c., — creavit VILLAM ET TERRAS DE PETTINWEME, vic. Fiffe,—in liberum burgum regalem; et concessit dict. priori &c. (eorum licentia ad hoc obtenta) ut inhabitatores potestatem haberent ad *pak* et *pele*, lanam, corria, pelles, pannum et ceteras licitas marcantias extra regnum Scotie mittendi et infra idem reportandi; necnon emendi et vendendi vinum &c.; ac ut essent burgenses, et potestatem haberent (cum licentia dict. prioris &c.) eligendi ballivos &c., et haberent crucem foralem, et ebdomidatim duos dies forales, viz. in diebus Sabbati et Lune, et duas nundinas publicas annuatim, viz. in die S. Hadriani 3 Mar., et in die Marie Magdalene, et per octavas earundem, cum tholoneis &c.; ac cum ancoragio seu omnibus aliis commoditatibus portus et pleni maris, et sicuti burgus de Edinburgh seu aliquis alius burgus infra Scotiam in burgum regalem effectus est; cum potestate dictis priori &c. dictas terras tenentibus in particatis burgalibus hereditarie assedandi :—TEST. *ut in carta* 2394. xxviii. 517. et xxxi. 28.[1]

2295. Apud S. Andream, 27 Feb. REX confirmavit cartam Johannis Seytoun de Lauchtrisk,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WILLELMO HUNTAR, et GRISSILLIDI RAMSAY ejus sponse,—5 duodecimas partes suas ville et terrarum de Kilmarone, cum toftis, croftis &c., vic. Fiffe :—TENEND. dictis Wil. et Gris. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibusque inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus et legitimis heredibus dicti Wil. quibuscumque et assignatis :—REDDEND. regi jura et servitia debit. et consuet.; necnon David Berclay de Cullerny, heredibus ejus et assignatis, annuum redditum 18 marcarum :—TEST. D. Tho. Alani notario publico, Roberto Hunter, Symone Narne, David Hunter, Joh. Lawscherk (Lawthrisk?) :—Apud Newtoun, 23 Feb. 1540]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 197.

2296. Apud S. Andream, 3 Mar. REX concessit GEORGIO COMITI DE HUNTLIE, heredibus ejus et assignatis, —officium vicecomitis de Abirdene, cum feodis &c.;—quod David com. Craufurdie resignavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 196.

2297. Apud S. Andream, 3 Mar. REX concessit WILLELMO MAKCLOID filio et heredi apparenti Alexandri M. de Dunvegane, et AGNETI FRASER ejus conjugi,—terras de Arrecardich, Skallachzachbeg, Skallachzachmoir, Knokfyn, Pitalman, Estir Meill, Westir Meyll, Luzaw, Nachtane, Westir Corrare, Inchkennell, jacentes in dominio de Glenelg; terras de Ungcladdach, Ungroak, Sagerry, Voagyn, Penyzegeyn, Stapok, Gnobane, Layglen, Estir et Westir Leyndill, Oysestill, in Braikodell, extenden. in integro ad 20 libratas terrarum, cum tenentibus &c., in dominio de Dowirnes in Sky, vic. Insularum borealium;—quas dictus Alex.

[1] The reference to the list of witnesses is in the latter copy only.

resignavit:—TENEND. dictis Wil. et Ag. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Alex. quibuscumque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 198.

2298. Apud Edinburgh, 5 Mar.

REX confirmavit cartam Roberti, abbatis pro tempore monasterii S. Crucis (tunc episcopi Rossensis), et conventus ejusdem,—[qua, —pro magnis pecuniarum summis sibi persolutis, ac pro aliis gratitudinibus,—cum consensu Jac. V. regis patroni sui, ad feodifirmam dimiserunt familiari regis servitori ROBERTO GIB,—terras de Killicante per Wil. Young occupatas, Kirkinschaw (Birkinschaw) per Pat. Cammeroun occupat., Nethir Hilhous per Hen. Pollert occupat., Ovir Hilhous per Jonetam Yóung occupat., Cragingaw per quondam Christinam Craufurd occupat., Strathis per And. Stratherne, And. Wauch, Jac. W. ejus fratrem, et Joh. Flemyng occupat., extenden. in integro ad 14 libratas terrarum, ac molendinum de Strath cum terris molendinariis ejusdem, per dictam Christ. occupat., in baronia sua de Ogilface, vic. Linlythqw, extendentes in firmis, grassumis &c., ad 27 libras 12 sol. 4 den.:—TENEND. dicto Rob. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, de dicto monast.:—REDDEND. annuatim 30 lib. 2 sol. 4 den., cum servitiis in tribus curiis capitalibus apud burgum Vicicanonicorum, necnon in curiis justiciarie et camerarie dicti monast. cum contingerent; necnon duplicando dictam firmam ad introitum heredum:—et voluerunt quod sufficeret pro omnibus unica sasina de terris de Killicante:—TEST. Willelmo Carncors de Cummislie, Roberto Monypenny de Pilrig, Wil. Craufurd, Wil. Hoppringill, Steph. Kincaid, Joh. Inglis, Rob. Harwar, Alex. Makneill notario publico:—cum secreto sigillo et subscriptione regis:—Apud dict. monasterium, 17 Feb. 1538]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Rob. Gib, dictas terras &c. quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 237.

2299. Apud Edinburgh, 11 Mar.

REX,—cum terre &c. infrascripte Willelmo com. de Marschell et ejus predecessoribus ultra memoriam hominum pertinuissent, et ville infrascripte liberi burgi reputarentur, et curie vic. de Kincardin in villa de Kincardin tanquam burgo capitali dicti vic. tente essent, et cum earum carte per pestem et alias tribulationes amisse et destructe extitissent,—pro bono servitio, ac pro compositione persoluta, confirmavit et quitteclamavit dicto WILLELMO COMITI DE MARSCHELL, heredibus ejus et assignatis,—terras, villas, tenementa et croftas de Kincardin, Cowy et Durris, Gallohilstoun, Paufranstoun, cum tenentibus &c., advocatione capellanie Sancte Katherine, et officiis constabularie de Kincardin, Cowy et Durris, cum piscaria salmonum infra maris fluxum inter fontes aque de Coway et *lie* Downyheid terrarum dicti com. de Stanehive, vic. Kincardin;—ac de novo creavit VILLAS DE KINCARDIN, COWY, et DURRIS,—in burgos liberos; dando incolis eorundem potestatem *pak, peill*, vendendi et emendi &c.; cum potestate dicto com. et heredibus ballivos, burgenses &c. eligendi, ac habendi in dict. burgis cruces forales ac forum de Kincardin ebdomidatim die Veneris, de Cowy die Sabbati, de Durris die Lune, cum *lie fre faris*, viz. in Kincardin in festo S. Katherine virginis in hieme et in festo S. Katherine Senensis in estate, in Cowy in festo S. Nachtalani, in Durris die S. Monani, cum tholis &c., necnon infeofamenta &c. prebendi, et curias constabularie tenendi;—et voluit quod dict. burgus de K. esset principalis burgus dicti vic.:—SOLVEND. annuatim pro Cowy et Durris et dicta piscaria 13 sol. 4 den. apud Cowy, pro ceteris 26 sol. 8 den. apud Kincardin, nomine albe firme et firme burgalis; ubi dicte terre &c. nullum proficuum prius persolverunt:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 202.

2300. Apud Edinburgh, 11 Mar.

REX, tanquam administrator filio suo Jacobo principi &c., concessit et, pro servitio sibi impenso, de novo dedit ROBERTO LINDESAY de Corsbaskat in libero tenemento, et ROBERTO LINDESAY ejus filio et heredi apparenti, et ejus heredibus, in feodo,—terras et baroniam

de Kilbride, cum turre, fortalicio et manerie earundem (viz. terras dominicales de K., terras de Lymekillis et Kittokside, Rogertounis Estir et Vestir, Philpishillis Ovir et Nethir cum molendinis earundem, Thorntounis *alias* Braheid, Croce et Pele, terras de Bogtoun, Broustarland, Hie-flat, Crocehill, Auldhouse, Lardefaddis, Burnehous et Akinfin, cum *lie outsettis*, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, si que essent, omnium dictarum terrarum), vic. Lanark; 10 libratas terrarum antiqui extentus de Dunrod, cum manerie, molendinis, piscariis, tenentibus &c., in baronia et vic. de Renfrew;—quarum liberum tenementum Joh. Lindesay de Dunrod, feodum David L. ejus filius et heres apparens, resignaverunt:—REDDEND. annuatim senescallo Scotie pro Kilbride unam sectam ad quodlibet trium placitorum capitalium vic. de Lanark; pro Dunrod unam sectam ad quodlibet trium placitorum capitalium vic. de Renfrew; cum servitio warde &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 203.

2301. Apud Edinburgh, 11 Mar.
REX concessit priori et conventui FRATRUM PREDICATORUM CIVITATIS GLASGUENSIS, et eorum successoribus, —annuum redditum 10 marcarum de terris de Strathawen, in baronia et dominio de Avendale, vic. Lanark;—qui fuit dictorum Fratrum, tentus de quondam Jac. Hammiltoun de Fynnart milite pro suffragiis pro anima quondam Johannis com. de Levinax ultimo defuncti; et regi devenit ob forisfacturam dicti Jac.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 115.

2302. Apud Edinburgh, 12 Mar.
REX confirmavit GEORGIO DOMINO SEYTOUN, et ejus heredibus,—terras et baroniam de Wincheburgh, terras de Cragy et Dundas, cum castris, turribus, fortaliciis, molendinis, multuris, piscariis, carbonibus, carbonariis, tenentibus &c., vic. Linlithqw; —quas idem Geo. personaliter resignavit; et quas rex, pro bono servitio, de novo incorporavit in liberam baroniam de West-Nudry, ordinando castrum, turrim et fortalicium de West-Nudry fore principale messuagium ejusdem:—REDDEND. annuatim unum den. argenti nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 160.

2303. Apud Edinburgh, 14 Mar.
REX concessit JONETE BARD filie et heredi quondam Alani Bard de Kirkwod, et ejus heredibus,—terras de Kirkwod, in baronia de Avendale, vic. Lanark;—quarum, per dictum Alanum de Andrea dom. Avendale pro tempore tentarum, superioritas regi devenit per forisfacturam Jacobi Hammiltoun de Fynnart militis, baronis dicte baronie:—TEST. 80. 63. 105. 88. 81. 93. 106. 110. 97. 109. xxvii. 145.

2304. Apud Edinburgh, 14 Mar.
REX concessit NICHOLAIO CARNCORS burgensi de Edinburgh, et MARIOTE SCOTT ejus sponse,—4 marcatas terrarum antiqui extentus de Caldstreme, in baronia de Avendale, vic. Lanark;—que fuerunt quondam Jacobi Hammiltoun de Fynnart militis in superioritate, et dictorum Nich. et Mar. in tenandria de eo tente; et regi devenerunt ratione forisfacture dicti Jac.:—TENEND. dictis Nich. et Mar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Nich. quibuscumque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 146.

2305. Apud Edinburgh, 14 Mar.
REX, pro servitio sibi tam in partibus Gallie quam infra regnum suum impenso, confirmavit ARCHIBALDO ERGADIE COMITI, dom. Campbell et Lorne &c.,—terras, dominium et baroniam de Lorne, terras de Loyng, Torsay, Swna, Saill, Carfora et Lesmore, infra dict. dominium, terras et baroniam de Kilmwn, terras de Bordland, cum custodia castri de Donune, vic. Ergile; terras et baroniam de Kilmychell, cum custodia castri de Suyne, terras et baroniam de Skipinche, vic. Terbert; cum castris, turribus, fortaliciis, maneriebus, molendinis, lacubus, piscariis in aquis dulcibus et salsis, silvis, forestis, parcis, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum omnium dictarum terra-

rum; — quas idem Arch. personaliter resignavit; et quas rex de novo incorporavit in liberam baroniam et dominium de Lorne, ordinando castrum de Dunstaffage fore principale messuagium ejusdem: —TENEND. dicto Arch. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscumque, arma et cognomen de Campbell gerentibus, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Arch. quibuscumque; cum liberarum forestarum privilegiis ubi nemora fuerunt:—REDDEND. annuatim unam clamidem, vulgo *lie mantill*, unam rosam rubeam, unum par cirothecarum et 2 den. argenteos, nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 151.

2306. Apud Edinburgh, 14 Mar.
REX, pro servitio &c. (*ut in carta* 2305), confirmavit ARCHIBALDO ERGADIE COMITI, dom. Campbell et Lorne &c.,—terras et baroniam de Lochhow, terras de Arscodinche, Glenyra, Glenschero et Letter, burgum de Inverara infra dict. baroniam, terras de baroniam de Glenurquhay, terras et baroniam de Over Cowell, terras de Straquhoure, extenden. ad 51½ marcatas terrarum antiqui extentus, terras de Strathache, Glenmassen, Glenlaeyne, Lochstrevinheid, Ardinslait, Tollard-Flemyng, Inverneill, Glak, Kammys, Auchtyewin, Ardmarnok, Lynsag, Derengyrochmoir, Glencaw et Derengyrochbeg, terras et baroniam de Otterinwerane, terras de Glassery et Edderling, viz. Menard, Kilmichaelbeg, Gorthenrannich, Knok, Ardcastell, Gallannache, Auchnabrek, Ballemoir, Kilmichaell, Hozellew, Monenearnach, Knopalway, Tunnyne, Garwald, Cragnewir, Thangenalyicht, Bairquhoill, Torwlaren, Lag, Auchety-carlych, Cragmuryill, ac terras de Craginche et Melfort, vic. Ergile; terras et baroniam de Terbert, cum custodia castri de T. cum edificari contingeret, vic. Terbert; cum castris, turribus, fortaliciis, molendinis, lacubus, piscariis in aquis dulcibus et salsis, silvis, nemoribus, forestis, annexis, tenentibus &c., advocatione ecclesie de Kilbary ac ceterarum ecclesiarum et capellaniarum dict. terrarum;—quas idem Arch. personaliter resignavit; et quas rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Lochhow, ordinando castrum de Incheconnell fore principale messuagium ejusdem:—TENEND. *ut in carta* 2305; cum liberarum forestarum privilegiis ubi nemora extiterunt: —REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Ergile, cum servitio warde &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 152.

2307. Apud Edinburgh, 14 Mar.
REX, pro servitio &c. (*ut in carta* 2305), confirmavit ARCHIBALDO ERGADIE COMITI, domino Campbell et Lorne &c., heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Pincartoun, vic. Edinburgh, infra constab. de Hadingtoun; terras de Pannell, 5 marcatas terrarum de Dufletter, terras de Nether-Glene, vic. Perth; terras de Littill Sawling, et *lie* Bordland de Sawling, vic. Fiffe; terras de Menstre, vic. Clakmannane; cum molendinis, multuris, *lie outsettis*, annexis, tenentibus &c. omnium dictarum terrarum;—quas idem Arch. personaliter resignavit; et quas rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Menstre:—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Clakmannane, cum servitio warde &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 153.

2308. Apud Edinburgh, 14 Mar.
REX confirmavit cartam Roberti (III.) regis Scotorum,—[qua ad firmam dimisit burgensibus et communitati BURGI DE LANARK, et eorum successoribus,—burgum de Lanark, cum ejus firmis et parvis custumis ac tolloniis, cum curiis et curiarum exitibus, cum omnibus libertatibus quas aliquo tempore habuerunt seu habere debuerunt, et cum omnibus aliis libertatibus burgi, sicut aliquis burgus infra regnum Scotie liberius possessus est:—SOLVEND. annuatim in cameram regiam 6 marc. stirlingorum, et 3 marc. hospitali S. Leonardi juxta Lanark:—TEST. Walt. episc. S. Andree, Matheo episc. Glasguen., Rob. com. de Fiffe et de Menteith fratre regis, Arch. comite de Douglas dom. Galwidie, Jac. de Douglas dom. de Dalkeith, Tho. de

Erskin, consanguineis regis, militibus, Alex. de Cokburn de Langtoun custode magni sigilli :—Apud Linlithqw, 8 Jun. an. reg. 4 (1393)] : — NECNON cartam Alexandri (III.) regis Scotorum,— [qua confirmavit burgo de Lanark, et burgensibus in eodem manentibus, — omnia jura, libertates et privilegia, quas hactenus habuerunt seu habere debuerunt, cum omnibus libertatibus burgi &c. ;—prohibuit etiam ne quis infra vic. de Lanark emeret lanas vel coria, vel aliam mercaturam exerceret, vel pannum latum aut tinctum aut tonsum faceret, preter burgenses de Lanark ; item ne quis mercator in dicto viccecomitatu vel burgo aliquam mercaturam emeret nisi a dictis burgensibus super regis plenariam forisfacturam;—si quis alienus mercator inventus foret emens &c., cum bonis suis caperetur et teneretur donec de eo rex suam faceret voluntatem ; — voluit rex quod omnes manentes in dict. burgo cum dictis burgensibus contribuerent ad auxilium regis ; et quod omnes ligna aut incremium attrahentes ad dict. burgum sustentand., regis firmam pacem haberent ; — INSUPER, quod dicti burgenses communia sua et communem pasturam in moris, petariis, mossis et marresiis haberent sicut antea:—TEST. Alex. Cumyne comite de Buchane constabulario et justiciario Scotie, Hen. com. de Stratherne, Tovenaldo com. de Marche (Mar?), Jacobo senescallo Scotie, Reginaldo de Chen patre, Simone Fraser, Patricio de Grahame, militibus :—Apud Scone, 15 Nov. an. reg. 37 (A.D. 1285)] :—NECNON aliam cartam dicti regis Alex.,[1]—[qua concessit burgensibus de Lanark in eodem burgo manentibus — ut quieti essent de tolineo et consuetudine de dominicis catallis suis per totum regnum : —TEST. M. Matheo cancellario, Joh. com. Huntingdon, Waltero Olifardo justiciario Laodone, Hen. de Balliolo camerario, Rogero Avonaill, Wil. de Lundens, Walt. Bissate, Donaldo Cumyne :—Apud Celeschirch, 10 Aug. an. reg. 13 (A.D. 1227)]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 216.

2309. Apud Edinburgh, 14 Mar.

REX, tanquam administrator filio suo Jacobo principi &c., confirmavit ANDREE CRAUFURD de Giffertland, et AGNETI ROS ejus conjugi,—dicti And. 2 marcatas terrarum de Inverbirkhat, et unam marcat. de Commoune, antiqui extentus, in dominio de Giffert, balliatu de Cunynghame, vic. Air ;—quas idem Andreas resignavit : — TENEND. dictis And. et Ag. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Andree quibuscumque, de dicto principe :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 95.

2310. Apud Edinburgh, 14 Mar.

REX, pro servitio sibi impenso, ac pro speciali favore &c., concessit ballivis, consulibus et communitati BURGI DE LANARK, et eorum successoribus,—potestatem eligendi annuatim prepositum ;—quos prepositum et ballivos fecit vicecomites de Lanark infra dictum burgum, libertatem et territorium ejusdem :—TENEND. dict. officium vicecomitis de rege in feodo :—MINISTRAND. justitiam in dicto officio et onera ejus perimplendo, nomine albe firme. xxviii. 171.

2311. Apud Falkland, 15 Mar.

REX, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, ad feodifirmam dimisit WILLELMO MENTEITH de Kerse,—terras et baroniam de Tulicultre, viz. terras de Balharty, Drummy, Schannach, Coschnachtane, Colinysdavach cum molendino granorum, Carntoun cum molendino fullonum, Ellokisdavok, Hardwisdawok, cum manerie, pomeriis, ortis, columbariis, cunicularis, *lie outsettis*, pendiculis, toftis, croftis earundem, vic. Clakmannane ;—que fuerunt quondam Jacobi Colvile olim de Est-Wemys militis, et regi devenerunt pro nonnullis proditorie traditionis et lese majestatis criminibus pro quibus dicti Jac. memoria post ejus decessum in parliamento condampnata extitit :— TENEND. dicto Wil. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione : — REDDEND. annuatim matri regis, et post ejus decessum regi, 50 libras monete et 9 celdras brasii ; ac duplum dicte firme ad introitum heredum ; ac

[1] *Sic* in Register ; but the witnesses' names show that this charter belongs to the reign of Alexander II.

sustentando mansionem cum politiis prout tunc edificate sunt; necnon inveniendo pro qualibet 10 librata duos equestres, unum eorum cum lancea, et cum uno equo onerativo, ad faciend. regi servitium in guerris :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 199.

2312. Apud Falkland, 15 Mar.

REX concessit MARGARETE LEVINGSTOUN, relicte Jacobi Hammiltoun de Fynnart militis, in vitali redditu,—terras et baroniam de Tulicultre, cum manerie &c. earundem, vic. Clakmannane;—que fuerunt &c. (*ut in carta* 2311) :—SOLVEND. annuatim matri regis, et post ejus decessum regi, 50 libras monete et 9 celdras brasii :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 200.

2313. Apud Falkland, 15 Mar.

REX confirmavit cartam Jacobi Douglas de Drumlangrig,—[qua,—quia persone infrascripte actitate sunt pro dicto Jac. ad persolvend. 100 marcas annuatim Margarete Douglas (olim sponse dicti Jac.) pro tempore ejus vite,—pro eorum relevamine ad manus dicte Margarete de solutione dicte summe, casu quo divortium foret celebrat. inter dictos Jacobum et Marg.,—concessit HUGONI DOMINO SOMERVILE, et HUGONI DOUGLAS burgensi de Edinburgh, et eorum alteri diutius viventi conjunctim et divisim, et eorum heredibus,—6 marcatas terrarum de Wodend antiqui extentus, cum 760 ovibus, vulgariter *yowis* et *wedderis*, super dictis terris annuatim pasturand., in baronia de Drumlangrig, vic. Drumfres :—TENEND. de dicto Jac. durante vita dicte Marg., et post ejus decessum dicto Jac. et suis heredibus reversuras :—REDDEND. annuatim unum den. albe firme :—TEST. Jac. magistro Somervile, Joh. S. ejus fratre, Joh. Douglas, Jacobo Douglas, Joh. Buchquhannane notario publico :— Apud Edinburgh, 4 Jan. 1539] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 217.

2314. Apud Falkland, 16 Mar.

REX ad feodifirmam dimisit familiari servitori suo ROBERTO GIB,—quartam partem terrarum de *lie* Manis de Ballincreiff, Kowgishill nuncupatam (inter terras quondam Rob. Borthuik, terras de Cottis, Spittale et commune pratum), vic. Edinburgh, infra constab. de Hadingtoun, extenden. in rentali suo ad 17 marcas;—quam Agnes Dinglaw in vitali redditu prius habuit :—TENEND. dicto Rob. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :— SOLVEND. annuatim 20 marc.; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politiis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 168.

2315. Apud Falkland, 17 Mar.

REX concessit THOME MAULE filio et heredi apparenti Roberti M. de Panmure, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Panmure, cum fortalicio, castro, molendinis, piscariis, tenentibus &c., viz. terras dominicales de P., molendinum de Cromy, terras de Muredrum, *lie Ailhous* de Petleve, terras de Newtoun et Blaklawis, Toftis, Blacate, molendinum terrarum dominicalium de Panmure, terras de Banven et molendinum earundem, terras de Balrudree, terras de Carmile cum molendino et pertinen., viz. Newtoun, Estirhillis, Mydhillis, Westirhillis, Auchlare et Monquhir, terras de Skechin, Glaster, Carnegy, Petleve, Auchyrne, Scryne, Cragmylne, orientalem portum de Panmure, terras de Balhoussy (et Ballischeane[1]), vic. Forfare; terras de Panlathe cum molendino, tertiam partem terrarum de Petcunrane, in regalitate de Kerymure, vic. Forfare;—quas dictus Rob. personaliter resignavit; et quas rex, pro bono servitio dicti Roberti, incorporavit in liberam baroniam de Panmure;—ac, pro singulari favore &c., creavit villam et terras ORIENTALIS PORTUS DE PANMURE,—in liberum burgum in baronia; et concessit incolis potestatem emendi et vendendi &c., et ut essent burgenses, et eligerent annuatim ballivos (cum consensu dicti Rob. et heredum), et haberent crucem foralem et forum ebdomidatim die Martis, et liberas nundinas annuatim die S. Luce et per ejusdem octavas, cum tolloniis &c.; ac cum potestate dicto Thome et heredibus dictas terras in particatis burgalibus heredi-

[1] Supplied from the *Tenendas* clause.

tarie assedandi :—TENEND. cum potestate edificandi turres, castra et fortalicia super dict. terris cum januis ferreis, *lie battelling, corbellsailze* &c. :—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Forfare, cum servitio warde &c.:—RESERVATO libero tenemento dicto Rob. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 206.

2316. Apud Striveling, 20 Mar.
REX,—cum in minore etate sua terras &c. infrascriptas quondam familiari famulo suo Thome Scott, justiciarie clerico, in feodifirma dedisset,—pro servitio sibi quotidie impenso, ad feodifirmam dimisit AGNETI MONCREIFF relicte dicti Tho. in libero tenemento, et post ejus obitum THOME SCOTT, filio et heredi inter dictos Tho. et Ag. legitime procreato, et heredibus masc. dicti Thome junioris quibuscumque,—dimedietatem terrarum, molendini et cotagiorum de Kinloch, in senesc. et vic. de Fiffe, extenden. in firma et grassuma ad 26 marcas 8 sol. 9 den., prout Wil. Scott prius persolvit :—REDDEND. annuatim 32 marc. 5 sol. 8 den., cum aliis servitiis et devoriis debitis et consuetis; ac edificando mansionem cum politiis; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 167.

2317. Apud Falkland, 20 Mar.
REX dedit literas legitimationis servitori suo SYMONI GORDOUN bastardo, filio naturali Elesii G. xxvii. 211.

2318. Apud Edinburgh, 24 Mar.
REX, pro bono servitio PATRICII MURRAY de Fallowhill, ratificavit cartam patris sui factam quondam Johanni M. de F., avo dicti Pat.,—de terris de Pelehill, vic. Selkirk, ac firmis burgalibus et minutis custumis burgi de Selkirk, de data apud Edinburgh, 30 Nov. 1509[1]; cum clausulis in eadem contentis; ac renunciavit summonitioni pro reductione dicte carte levate :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 169.

2319. Apud Edinburgh, 24 Mar.
REX confirmavit WILLELMO DOMINO CREICHTOUN DE SANQUHAIR, et Domine ELIZABETH FLEMYNG ejus sponse,—2 marcatas terrarum de Glenquhorre, 2 marcat. de Ovir Lefane-loane, 4 marcat. de Nethir Libere, 3 marcat. de Ovir-Manis de Gavillis, 2 marcat. de Coggisfute, antiqui extentus, in baronia de Sanquhar, vic. Drumfreis;—quasidem Wil. personaliter resignavit :—TENEND. dictis Wil. et Eliz. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Wil. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxix. 3.

ANNO DOMINI 1541. ANNO REGNI 28.

2320. Apud Edinburgh, 26 Mar.
REX ad feodifirmam dimisit familiari et fido consiliario suo THOME ERSKIN de Brechin militi, secretario suo,—terras de Brechin et Navar regi in proprietate spectantes, cum loco castri, molendinis, nemoribus, piscariis et *lie cruvis* earundem in aqua de Southesk, advocatione ecclesiarum, stallorum et locorum ipsorum, cum feodifirma 18 librarum 13 sol. 4 den. de terris de Balnabrich infra terras de Brechin, ac annuo redditu 5 lib. de terris de Nethir Carraldstoun, cum 9 lib. firmarum burgalium de Brechin, vic. Forfare; extenden. in postremo suo vetere rentali ad 266 libras 13 sol. 4 den., et in sua minore etate ad 298 lib. 17 sol. 4 den. augmentatas;—concessit etiam dicto Thome, et heredibus ejus masc.,—officia balliatus et camerarie reliquarum terrarum et tenandriarum de Brechin et Navar :—INSUPER, pro servitio sibi pro regni sui republica tam in Italie, Francie et Anglie partibus quam infra regni sui partes impenso, de novo incorporavit dictas terras, officia &c., in liberam baroniam de Brechin, ordinando castri locum de Brechin fore principale messuagium ejusdem; et fecit omnia loca

[1] *Vide* Registrum Magni Sigilli, A.D. 1424–1513, Charter 3388.

earundem in quibus silve extiterunt et in futurum fore contingerent, liberas forestas :—TENEND. dicto Thome et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione : — SOLVEND. annuatim 333 lib. 6 sol. 8 den., viz. 9 lib. capellanis chori de Brechin pro suffragiis pro anima Jac. IV. regis, 7 lib. 8 sol. priori et conventui de Restinot, 6 sol. 8 den. abbati et conventui de Cupro, et 316 lib. 12 sol. regi ; ac duplicando dict. firmam regi solvendam ad introitum heredum (deducendo duplum dicte feodifirme de Balnabrich, ab antiquo predecessoribus Johannis Guthre tenentis earundem in feodifirma pro dicta summa assedat. ; et dictum ann. red. de Nethir Carraldstoun) ; ac edificando mansionem cum politiis :—cum licentia in feodifirma assedare, impignorare aut alias alienare dict. terras de ipso Thoma et heredibus seu de rege tenend. absque prejudicio dicto Tho. nec heredibus neque tenentibus :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 154.

2321. Apud Striveling, 31 Mar.

REX confirmavit cartam Johannis domini Erskin, — [qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit servitori suo familiari DAVID REID de Akinheid, et ISOBELLE CUNYNGHAME ejus sponse,—terras de Petdenis Westir et Estir, vic. Fiffe :—TENEND. dictis Dav. et Is. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibusque inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Dav. quibuscumque, de rege :—RESERVATIS 13 marcis annui redditus M. Roberto Schanwell vicario de Kirkcaldy, nomine ecclesie et capellani seu capellanorum infra ecclesiam parochialem de Kircaldy per eum fundand. :—TEST. M. Thoma Erskin abbate de Driburgh, Roberto Douglas de Lochlevin, Alex. Erskin, Alex. Forestare, Wil. Ros, Christophoro Murray, D. David Balnagall :—Apud Alloway, 31 Mar. 1541] : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 422.

2322. Apud Edinburgh, 1 Apr.

REX,— cum (comparentibus Eliz. Fentoun de eodem, Katherina F., Helena F. et Joneta F., filiabus quondam Johannis F. de eodem, necnon Gawino Borthuik sponso dicte Eliz., Georgio Newtoun sponso dicte Kath., Johanne Diksoun conjuge dicte Hel., et Gilberto Wauchop de Nudry-Marchell, personaliter, et Jacobo Newman sponso dicte Jonete per M. Tho. Marjoribankis procuratorem) compertum fuisset 10 terras husbandias in villa et territorio de Graden, vic. Berwik, extenden. annuatim ad 10 libras, in manibus regis fuisse per quadraginta annos a decessu Johannis Fentoun de eodem, avi dictarum Eliz. &c., et ultimi legitimi possessoris, nonintroitu earundem Jacobo Aikinheid donato ; et literis directis Jacobo Johnsoun clavigero (comparentibus M. Hugone Rig procuratore dicti Jacobi A., M. David Quhitelaw procuratore dict. Eliz. et sororum et earum sponsorum, et dicto Gilberto et Margareta Bonkill) 20 Maii 1538 dicte terre appreciate fuerunt[1] pro 400 libris pro dicto nonintroitu, et dimedietas earum Gawino Borthuik et altera dimed. Georgio Newtoun vendite ;—igitur concessit dicto GEORGIO NEWTOUN, heredibus ejus et assignatis, —dimedietatem dictarum terrarum husbandiarum ;—et voluit quod legit. heredes et sucessores dicti Joh. Fentoun haberent regressum quandocumque dimedietatem dict. summe persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 155.

2323. Apud Striveling, 1 Apr.

REX confirmavit cartam Willelmi Suthirland de Duffous,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ELIZABETH GORDOUN relicte Jacobi Innes in Drany, in vitali redditu, et ejus filio et apparenti heredi JACOBO INNES, heredibus ejus et assignatis quibuscumque,—20 acras terrarum in Kirktoun de Duffous (cultas per Geo. Thane, Alex. Chesholme, Alex. Peterkin et Joh. Riche tenentes), 7½ bovatas ter-

[1] Names of assize :—James Ker of Mersintoun, George Hoppringill in Sanct-Johns-chapell, Pat. Lummysdene of Blenerne, Robert Franche of Thornydikis, Stephen Brounfeild, Ninian Steill, Cuthbert Wedderheid, Richard Hangitsyde, Alex. Patrik, John Paule, Adam Henrisoun, Thomas M'Dowell, George Hume in Fawnis, Wil. Brounfeild, Wil. Birgeme in Newtoun.

rarum et ville de Roshill (per Tho. Henry, Alex. Talyeour, Tho. Crawmond et quendam hominem nuncupat. Lord-Halis tenentes inhabitat.), 3 acras ville et terrarum de Brounside (per Jac. Chesholme tenentem laboratas), 2 acras ville et terrarum de Bagraw (per Johannem Scott in Kirkland laborat.), 2 bovatas ville et terrarum de Inchekeill (per Wil. Crawmond *alias* Hall, et Alex. Johne, tenentes occupat.), croftam terre inter villam de Starwod et *lie cawsaygait* juxta *lie* Kirkhill de Alves (per Alex. Sandesoun laborat.), cum aridis multuris, domibus, edificiis, ortis, structuris earundem, in dominio de Duffous, vic. Elgin et Fores : —TENEND. de rege :—REDDEND. annuatim dicto Wil. S. unum den. albe firme :—TEST. And. Stewart in Roshill, Wil. Dumbrek de Urten, Thoma Troup, Hugone Harpar, Alex. Innes, Jac. Rob, M. Hugone Crage notario publico :—Apud Elgin, 20 Mar. 1540] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxvii. 210.

2324. Apud S. Andream, 5 Apr.

REX ad feodifirmam dimisit familiari servitori suo JACOBO EDMONSTOUN, filio naturali quondam Willelmi E. de Duntreith militis,—terras de Newtoun de Downe, in senesc. de Menteith, vic. Perth, extenden. in firma, grassuma, martarum moneta &c., ad 6 marcas 4 sol., et 5 celdras avenarum :—TENEND. dicto Jac. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—SOLVEND. annuatim matri regis, et post ejus decessum regi, 6 marc. 6 sol. 8 den., et 5 celd. avenarum ; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum ; necnon edificando mansionem cum politiis solo corresponden. :—INSUPER rex revocavit cartam feodifirme Jacobo Stewart capitaneo de Doune aut aliis quibuscumque desuper factam :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 170.

2325. Apud S. Andream, 5 Apr.

REX (post dissolutionem per se cum consensu trium regni statuum in parliamento apud Edinburgh 14 Mar. ult. elapso factam de annexationibus terrarum corone sue pro earum in feodifirma assedatione) ad feodifirmam dimisit familiari servitori suo ALEXANDRO SINCLAR, fratri germano Willelmi Sinclar de Rosling militis, —terras, dominum et baroniam et Cokbrandispeth, cum turre, fortalicio, villa, terris dominicalibus *lie* Manis, parca, silvis, molendinis, multuris, piscariis, terras de Bowscheill, Paddocleuch, Rauchanside, Tourlie, cum *lie outsettis*, pendiculis, tenentibus &c., vic. Beruike, extenden. in rentali suo ad 8 celdras frumenti et 8 celd. ordei :—TENEND. dicto Alex. et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—SOLVEND. annuatim matri regis, et post ejus decessum regi, 8 celd. frumenti et 8 celd. ordei in villa de Leith, ac 20 lib. in augmentationem regis rentalis ; necnon duplicando dictam firmam ad introitum heredum ; et edificando mansionem cum politiis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 221.

2326. Apud Striveling, 8 Apr. [1]

REX ad feodifirmam dimisit familiari servitori suo THOME MARSCHALL, archicoquo suo, pro ejus servitio,—dimedietat. terrarum de Kinloche, cum dimed. molendini, Brewlandis et cotagiis earundem, quas quondam David Balfoure de Burlie in feodifirma habuit, in dominio et senesc. et vic. de Fiffe, extenden. in novo rentali ad 25 marcas :—TENEND. dicto Tho. et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—SOLVEND. annuatim 22 lib. 5 sol. 8 den. ; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum ; necnon edificando mansionem cum politia : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 466.

2327. Apud Striveling, 13 Apr.

REX confirmavit cartam Patricii Ogilvy de Inchmartyne,—[qua, zelo intimi amoris, concessit JONETE GRAY filie Patricii dom. G., in vitali redditu, post ejus decessum dicto Pat. O. et heredibus suis reversuras, — 10 libratas terrarum inferioris partis de Balgawye, vulgo nuncupat. Schir-Hewis-landis (occupatas per Wil. Williamsoun, Geo. Gareoch et Nich. Duncane),

[1] Dated an. reg. 29. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xvii. fol. 35.

necnon 25 marcatas orientalis lateris de Petmyddill (occupat. per Andream Gardin, And. Mortoune, Alex. Banwye et Thomam Blare), in baronia de Inchemartyne, vic. Perth :—TENEND. de rege :—TEST. Jacobo Murray, Jac. Pettillok, Tho. Saxwine, D. Andrea Williamsoun capellano : — Apud Huntlie, 6 Apr. 1541] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 218.

2328. Apud Striveling, 14 Apr.
REX confirmavit cartam Johannis Forsyth de Dikis, — [qua concessit THOME ERSKIN de Brechin militi, secretario regis, heredibus ejus et assignatis,—terras de Crevechyn, in dominio de Mar, baronia de Strabogy, vic. Abirdene ;—in excambium 40 solidatarum terrarum nuncupatarum Uncheno, et 40 sol. vocat. Geyn, antiqui extentus, in dominio de Monkland, vic. Lanark :—TENEND. de rege :—TEST. Rob. abbate de Kinlos, M. Roberto Galbraith rectore de Spott, M. Joh. Lethame rectore de Kirkcrist, Jac. Kneland de eodem, Joh. Robertoun de Ernok, Gawino Hammyltoun de Orbestoun, Joh. Cunynghame de Bonyngtoun, M. David Borthuik, Donaldo Fultoun et Alex. M'Neill notariis publicis : —Apud Edinburgh, 6 Apr. 1541] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 156.

2329. Apud Striveling, 15 Apr.
REX confirmavit cartam Patricii domini Gray,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit THOME ERSKIN de Brechin militi, secretario regis, et ejus heredibus,—terras de Uverseit de Cragy nuncupat. *lie* Uvertoun, terras de Ester Snawtoun, in baronia de Cragy, vic. Kincardin :—TENEND. de rege :—TEST. Walt. Moncur de Langforgund, Jac. Murray, Jac. Pettillo, D. Andrea Williamsone :—Apud Huntlie, 14 Mar. 1540] :—INSUPER dict. terras univit baronie de Estir Brechin, vic. Kincardin, tanquam partes et pendiculas ejusdem :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 157.

2330. Apud Striveling, 15 Apr.
REX confirmavit cartam Thome Mawll de Panmure,—[qua,—cum consensu Roberti M. patris sui ac dom. liberi tenementi terrarum subscript.,—pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ELIZABETH BETOUN, filie naturali David Romane ecclesie presbyteri cardinalis, archiepiscopi S. Andree, primatis Scotie ac legati nati, Mirapicen. cathedralis ecclesie administratoris generalis, monasteriique S. Thome martyris de Abirbrothok commendatarii perpetui, heredibus et assignatis dicte Eliz.,—dimedietatem terrarum de Skryne, cum dimed. molendini ac piscarie et portus ejusdem (per Jac. Faldis, Joh. Patre, Hen. Bell, Hen. Scot, Tho. Faldis, Jac. Guthre, Wil. Lyne, Andream Butchart, Dionisium Guthre, Joh. Waidyewatter et Joh. Aikinheid occupat. et manurat.), necnon annuum redditum 20 marcarum de terris dominicalibus de Panmure, in baronia de Panmure, vic. Forfare :—TENEND. de rege :—TEST. Arch. Betoun de Capildra, Rob. Betoun de Creich, Magistris et Dominis Hen. Lummisden rectore de Tannades, Ric. Ballie, Joh. Bannatyne notario publico :—Apud civitatem S. Andree, 28 Apr. 1541 (*sic*)] : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 235.

2331. Apud Striveling, 15 Apr.
REX confirmavit cartam Willelmi Makgee de Balmakgee,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ROBERTO ASCHENNEN filio carnali Johannis A. de Park, et ejus heredibus,—unam marcatam terrarum antiqui extentus de Bargrenane, in parochia de Balmakgee, senesc. Kirkcudbricht :—TENEND. de rege :—TEST. Joh. M'Gee burgen. de Kirkcudbricht, Jac. Schennane, Alex. Herreis, Tho. Aschenane: —Apud Camdiddaill, 31 Dec. 1540]:— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 43.

2332. Apud Striveling, 15 Apr.
REX confirmavit cartam Jacobi abbatis de Dryburgh, et conventus ejusdem,—[qua,—pro 280 marcis persolutis ad sustentationem monasterii sui ac solutionem taxe regis a Sede Apostolica concesse,—ad feodifirmam dimiserunt M. ANDREE HUME, fratri germano quondam David H. de Wedderburne, in vitali redditu, et WILLELMO HUME dicti And. filio naturali,—terras ecclesiasticas ecclesie sue de Lauder, viz. terras de Spittale, Snawdoun, terras suas

jacen. prope burgum de Lauder, terras de Newbigging, in regalitate de Lauderdale, vic. Berwik, extendentes annuatim ad 25 marcas;—que prius dicto And. loco annue pensionis concesse fuerunt pro tempore ejus vite; et quas dict. abbas &c. incorporaverunt in tenandriam sive dominium de Spittale: —TENEND. dicto And. *ut supra*, dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Alex. H. fratri germano dicti And. et heredibus ejus masc., quibus def., Pat. H. ejus fratri germano et heredibus ejus masc., quibus def., Joh. H. ejus fratri germano et heredibus ejus masc., quibus def., Rob. H. ejus fratri germano et heredibus ejus masc., quibus def., heredibus dicti Rob. quibuscumque, de dicto monast.:—REDDEND. annuatim 32 marcas, cum 25 caponibus et 25 *lie pultre foulis*, cum aliis devoriis et servitiis secundum formam rentalis dicti monast.:—Apud dict. monasterium, 8 Maii 1536]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 67.

2333. Apud Striveling, 16 Apr.[1]
REX ad feodifirmam dimisit familiari servitori suo HENRICO DRUMMOND,—terras de Blakfurde, in senesc. de Stratherne, vic. Perth, extenden. in novo rentali ad 53 sol. 4 den.:—TENEND. dicto Hen. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—REDDEND. annuatim 3 libras; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politiis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 173.

2334. Apud Striveling, 16 Apr.
REX,—cum consensu matris sue, domine vitalis redditus comitatus Marchie, et Henrici dom. Methven ejus sponsi,—ad feodifirmam dimisit familiari servitori suo THOME HAMMILTOUN,—duo molendina terrarum dominicalium *le* Manis de Dunbar, cum terris molendinariis, toftis et croftis, in comitatu Marchie, vic. Edinburgh et constab. de Hadingtoun, extenden. in firma et grassuma ad 15 libras 18 sol. 8 den.;—que, dicto Tho. in feodifirma concesse in minore regis etate pro 41 sol. 4 den. in augmentationem regis rentalis annuatim solvendis, sub ultima generali revocatione ceciderunt:— TENEND. dicto Tho. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—SOLVEND. annuatim matri regis, et post ejus decessum regi, firmas in dicta concessione contentas, viz. 4 lib. 13 sol. 4 den., necnon capellanis ecclesie de Dunbar per regis progenitores fundat. 13 lib. 6 sol. 8 den.; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politiis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 222.

2335. Apud Striveling, 18 Apr.
REX ad feodifirmam dimisit WILLELMO FOULIS, et HELENE LIDDERDALE ejus sponse,—5 marcat. terrarum de Bonytoun, per dictum Wil. et ejus subtenentem occupat., vic. Linlithqw, extenden. ad 5 marcas firme, 5 *le cane foulis*, et quolibet trino anno 5 marcas grassume:—TENEND. dictis Wil. et Hel. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Wil. quibuscumque:—SOLVEND. annuatim 4 lib. 14 sol. 1 den., cum 5 *lie cane foulis*; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politiis; et si de murthuro, communi furto aut furti receptatione convicti forent, hereditatem amitterent, &c.; ac inveniendo pro qualibet 10 librata 2 equestres, unum cum lancea, cum equo onerativo, ad deserviend. regi in guerris; et si dicta firma unius termini in alium minime soluta differretur, firma illius termini duplicaretur; et non liceret ire ad guerras regis nisi cum rege aut regis locum tenente; nec liceret dictas terras alienare absque licentia regis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 189.

2336. Apud Striveling, 20 Apr.
REX confirmavit et, pro bono servitio et pro compositione soluta, de novo dedit HECTORI MONRO de Foulis, heredibus

[1] Dated an. reg. 29. Placed here according to the A.D. In *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xv. fol. 107 verso, the date is 1540.

ejus et assignatis,—dimedietatem terrarum et piscarie de Fernecosky in Bracat, viz. dimedietat. terrarum de Inzeorane, Lynsettcroy, Linsett-more, Altasbeg, Altasmore, Achinzeis, et dimed. molendini de Inzeorane, cum integris terris de Creichmore et piscaria de Killisochell in aqua dulci et salsa, vic. Invernes ;—quas idem Hect. resignavit ; et quarum nonintroitum et firmas de terminis preteritis rex ei concessit et quitteclamavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 224.

2337. Apud Striveling, 20 Apr.
REX ad feodifirmam dimisit ROBERTO BETOUN de Creich,—terras de Urquhart (extenden. in antiquo rentali ad 13 libras 6 sol. 8 den., in novo rentali ad 15 lib. 6 sol. 8 den.), terras de Nethir Reres (extenden. in rentali suo ad 4 libras monete, 40 bollas avenarum et 20 bollas ordei), in dominio et vic. de Fiffe ;—que, in minore regis etate dicto Rob. in feodifirma assedate, tunc sub ultima generali revocatione ceciderunt :—TENEND. dicto Rob. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—SOLVEND. annuatim pro Urquhart 18 lib. (viz. regi 15 lib. 6 sol. 8 den., episcopo Dunkelden. 53 sol. 4 den. de cana ei ab antiquo debit.), pro Nethir Reres 6 lib., cum avenis &c. (*ut supra*); necnon duplicando dict. firmam ad introitum heredum ; ac edificando mansionem cum politiis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 225.

2338. Apud Striveling, 20 Apr.
REX,—quia ejus servitor Joh. Drummond, carpentarius principalis et machinarum bellicarum ejaculator, a rege Jac. IV. 10 libratas terrarum de Ballincreif (quas quondam Tho. Hoppringill prius habuit), in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh, pro tempore sue vite pro servitio suo habuit ; et postea rex Jac. V. pro ejusdem servitio concessit dicto Joh. et Cristiane Brogy ejus sponse in vitali redditu dict. 10 librat., et molendinum de Mylne-nab, et terras ejusdem, in senesc. de Strathrene, vic. Perth ; et intelligens servitii incrementum dicti Joh., concesserat Jonete Drummond, filie dicti Joh.,—dictas terras et molendinum in hereditate, reservato dictorum Joh. et Cris. vitali redditu ; que donationes sub generali revocatione ceciderunt ;—concessit dictis JOHANNI DRUMMOND et CRISTIANE BROGY, ac ipsorum alteri diutius viventi in vitali redditu, et dicte JONETE DRUMMOND et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, —dict. terras et molendinum :—REDDEND. annuatim post decessum dictorum Joh. et Cris. pro Ballincreif 12 lib. 6 sol. 8 den., pro Mylne-nab 28 lib. ; necnon duplicando dictam firmam ad introitum heredum ; ac edificando mansionem cum politiis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 32.

2339. Apud Striveling, 20 Apr.
REX dedit literas legitimationis M. WILLELMO FAIRFOWLL bastardo, filio naturali quondam D. Alexandri F. xxviii. 396.

2340. Apud Striveling, 20 Apr.
REX ad feodifirmam dimisit familiari servitori suo WILLELMO RAMSAY de Balmane,—dimedietatem terrarum de Kirkcanderis, in dominio Galuidie, vic. Wigtoun, extenden. in novo rentali ad 20 libras;—que dicto Wil. prius in feodifirma pertinuit, et per generalem revocationem regi devenit : —TENEND. dicto Wil. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—SOLVEND. annuatim 21 lib.; necnon duplicando dict. firmam ad introitum heredum ; ac edificando mansionem cum politiis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxix. 9.

2341. Apud Striviling, 20 Apr.
REX dedit literas legitimationis ALEXANDRO CARPENTYNE, filio naturali M. Johannis C. vicarii de Linthrethen. xxxi. 9.

2342. Apud Striveling, 25 Apr.
REX ad feodifirmam dimisit JOHANNI MAITLAND de Auchingassill, et ejus heredibus,—castri locum et montem *lie* Mote de Tibberis nuncupat., extenden. ad duas acras terrarum, vic. Drumfres ;—quos idem Joh. personaliter resignavit :—REDDEND. annuatim 40 denarios feodifirme ut

antea, ac servitium warde &c.:—Test. *ut in aliis cartis &c.* xxvii. 223.

2343. Apud Striveling, 27 Apr.
REX confirmavit cartam Archibaldi com. Ergadie dom. Campbell et Lorne, magistri familie regis et magni justiciarii Scotie,—[qua, pro speciali amore, necnon pro pecuniarum summis sibi persolutis, concessit MARGARETE GRAHAME filie Willelmi com. de Menteith, in ejus pura virginitate,—46 marcatas terrarum antiqui extentus, viz. 24 marcatas de Penny de Invermuk, cum molendino earundem ac castro et fortalicio de Carrik, 6 marcat. de Inverneidlyne, 6 marcat. de Drype cum molendino, 4 marcatas de Balyemoyr, 6 marcatas de Stronecrawyche, cum tenentibus &c., in baronia de Lochaw, vic. Ergyle:—Tenend. dicte Marg. in vitali redditu, et heredibus masc. inter dictum Arch. et ipsam legitime procreandis, quibus deficientibus, dicto Arch. et heredibus suis reversuras, de dicto Arch.:—Reddend. annuatim unum den. albe firme:—et easdem warantizavit, etsi contingeret (quod averteret Deus) divortium inter se et dictam Marg. celebrari:—Test. Colino Campbell de Ardkinglas, Magistris Johanne Campbell rectore de Kilmartyne, Nigello Campbell vicario ejusdem, Arch. Makvicar preposito de Kilmun, Gilberto M'Alchallum vicario de Lochgollysched, Dougallo Campbell fratre dicti Col., Alex. Alschundir in Menstre:—Apud Carrik, 10 Apr. 1541]:—Necnon aliam cartam dicti Arch.,—[qua, pro causis supradictis, concessit dicte Margarete Grahame,—in speciale warantum dictarum 46 marcat. terrarum &c.,—terras et baroniam de Menstre, cum annexis, pendiculis, tenentibus &c, vic. Clakmannane:—Tenend., Reddend., et cum clausula warantizationis, *ut supra*:—Test. . . . . :—Apud Striveling, 20 Apr. 1541]:—Insuper, pro bono servitio dicte Marg., concessit ei wardam dictarum 46 marcatarum terrarum cum sibi deveniret per decessum dicti Arch. seu aliorum possessorum, cum relevio earundem cum contingeret:—Test. *ut in aliis cartis &c.* xxix. 11.

2344. Apud S. Andream, 28 Apr.
REX dedit literas legitimationis GEORGIO MURRAY in Auchinskeoch, bastardo, filio naturali quondam . . . . . Murray. xxix. 48.

2345. Apud Striveling, 13 Maii.
REX concessit MARGARETE DUNBAR, relicte Johannis Aitkynsoun de Sleichishousis, in libero tenemento, et THOME AITKINSOUN ejus nepoti, filio et heredi apparenti Henrici A. filii dicte Margarete ac filii et heredis dicti Joh., in feodo, et heredibus dicti Tho.,—3 terras husbandias vocat. Sleichishousis, et 6 terras husb. in Blanerne, in baronia de Bonkill (cum tribus quarteriis terre husbandie dictis terris de Sleichishousis spectan., jacen. in Forstarisland[1]), vic. Beruik;—que fuerunt dictorum Joh. et Marg. in conjuncta infeodatione, tente de Arch. olim com. Angusie; et, post forisfacturam dicti Arch. dicte Marg. in libero tenemento et dicto Hen. hereditarie per regem concesse, tunc per generalem revocationem in parliamento in mense Decembri ult. elapso factam regi devenerunt:—Test. *ut in aliis cartis &c.* xxvii. 226.

2346. Apud Striveling, 15 Maii.
REX constituit JOHANNEM DOMINUM INNERMEITH—vicecomitem de Forfar pro spatio unius anni, et diutius durante voluntate sua;—termino introitus die date incipiente. xxviii. 37.

2347. Apud Striveling, 24 Maii.
REX confirmavit cartam Johannis Ramsay de Canterland,—[qua concessit THOME ERSKIN de Brechin militi, secretario regis, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Cantirland cum manerio ejusdem, et terras de Kynnard, in unam baroniam incorporatas, in baronia de Cantirland, vic. Kyncardin;—in excambio terrarum de Logy prope Cowy, cum portu et piscatione earundem, vic. Kincardin:—Tenend. de rege:—Test. Magistris Rob. Erskin decano Abirdonen., Alex. Strathauchin de Thornetoun, Andrea Patre vicario de Arbuthnot, Waltero Fullartoun, Thoma Erskin, Walt.

[1] The words in brackets are supplied from the *Tenendas* clause.

Erskin, D. Wil. Rynd, D. Tho. Finlaio, capellanis et notario publico :—Apud civitatem Brechinen., 28 Apr. 1541]: — INSUPER dict. terras univit terris et baronie de Estir Brechin, vic. Kincardin, tanquam partes et pendiculas earundem :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 151.

2348. Apud Striveling, 25 Maii.
REX ad feodifirmam dimisit WILLELMO STEWART, et JONETE GOURLAY ejus conjugi,—pro eorum bono servitio,—domos, toftam, horreum et parvum ortum (jacen. inter ortos suos ex boreali et australi, terras Pat. Balfour ex orientali, et *lie* Nethir *chow* janue et metas suas ex occidentali), cum crofta extenden. ad 3 acras terrarum (jacen. ex boreali latere inferioris orti sui, inter *lie commoun lone* progredientem ad suum *lie park*, pratum suum et ortum suum), in dominio, senesc. et vic. de Fiffe ; —quas quondam Tho. Malvile occupavit, et que nunquam in regis rentali fuerunt : —TENEND. dictis Wil. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus eorum masculis quibuscumque, quibus def., seniori heredum fem. cuicumque : — SOLVEND. annuatim 14 sol. 8 den. (in augmentationem rentalis ad 12 den.); ac edificando mansionem cum politiis :—TEST. 80. 70. 105. 88. 81. 93. 106. 110. 97. 104. xxviii. 331.

2349. Apud Striveling, 30 Maii.
REX confirmavit cartam Thome Erskin de Brechin militis, secretarii sui,—[qua concessit JOHANNI GORDOUN de Petlurg, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Crevechin, in parochia de Dunblait, baronia de Strabogy, vic. Abirdene;—in excambium pro terris &c. (*in carta* 2351 *contentis*):—TENEND. de rege :—TEST. Jac. Cleland de eodem, Joh. Robertoun de Ernok, M. Joh. Gordoun burgen. de Abirdene, Alex. Gordoun, Edwardo Buchquhannane, Donaldo Fultoun, M. Joh. Burnat et Alex. Maknele notariis publicis :—Apud Edinburgh, 28 Maii 1541] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 227.

2350. Apud Striviling, 31 Maii.[1]
REX,—cum terre et locus *lie steding* de Aikwod, in dominio foreste de Ettrik, vic. Selkirk, M. Michaeli Scot in feodifirma in minore regis etate concesse fuissent, et sub revocatione devenissent ; et dictus Mich. honestam mansionem cum turre et aliis politiis fecisset ;—cum consensu matris sue, domine vitalis redditus dicti dominii, de novo ad feodifirmam dimisit dicto M. MICHAELI SCOT, et ISOBELLE KER ejus sponse, ac ipsorum alteri diutius viventi in vitali redditu, et WILLELMO SCOT eorum filio et heredi apparenti hereditarie, et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione,—dictas terras, cum manerio, turre, edificiis, molendinis, silvis, extenden. in novo rentali ad 26 libras 13 sol. 4 den. ; —ac dictoWil. et heredibus suprascript.,—terras de australi latere *alias* Southside de Bowhill, in iisdem dominio et vic., extenden. in novo rentali ad 13 lib. :—SOLVEND. annuatim matri regis, et post ejus decessum regi, pro Aikwod 28 lib., pro Bowhill 14 lib. ; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum ; necnon edificando mansionem cum politiis ; ac inveniendo pro qualibet 10 librata 2 equestres, unum eorum cum lancea, et equo onerativo alias *ane cariage hors*, ad faciendum regi in guerris servitium ; et si solutio dict. firmarum de uno termino ad alterum minime soluta transiret, duplicaretur ; nec liceret in guerris nisi cum rege aut ejus loca tenentibus accedere ; et si dictas terras &c. absque consensu regis alienarent, hereditatem amitterent :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 382.

2351. Apud Striveling, 1 Jun.
REX confirmavit cartam Johannis Gordoun de Petlurg, — [qua concessit THOME ERSKIN de Brechin militi, secretario regis, heredibus ejus et assignatis,—terras de Hiltoun, cum portu et piscatione earundem,

[1] Dated an. reg. 29. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xvii. fol. 31 verso.

vic. Kincardin;—in excambium terrarum (*in carta* 2349 *contentarum*) :— TENEND. de rege :—TEST. Jac. Kneland de eodem, Joh. Robertoun de Irnok, M. Joh. Gordoun burgen. de Abirdene, Alex. Gordoun, Edw. Buchquhannane, Joh. Portuus, Donaldo Fultoun, M. Joh. Burnet et Alex. Makneile notariis publicis : — Apud Edinburgh, 2 Jun. 1541 (*sic*)] :— INSUPER, pro bono servitio dicti Tho., dictas terras &c. univit terris ejus et baronie de Estir Brechin, vic. Kincardin, tanquam partes et pendiculas ejusdem :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 150.

2352. Apud Striveling, 1 Jun.

REX confirmavit cartam Johannis Gordoun de Petlurg,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit THOME ERSKIN de Brechin militi, secretario regis, heredibus ejus et assignatis,—terras de Lungar, cum lacu et piscaria earundem, vic. Kincardin :—TENEND. de rege :—TEST. *ut in carta* 2351 :—Apud Edinburgh, 28 Maii 1541] :—INSUPER dictas terras univit &c. (*ut in carta* 2351) : — TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 152.

2353. Apud Striveling, 2 Jun.

REX confirmavit cartam Jacobi Crawmond de Auldbar,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WILLELMO ADAMSOUN burgensi de Edinburgh, et JONETE NAPER ejus sponse, — terras suas de Crawmond-regis et Clairbarstoun, cum domibus, edificiis, ortis, *lie outsettis*, toftis, croftis, tenentibus &c., in dominio de Crawmond-regis, vic. Edinburgh :—TENEND. dictis Wil. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Wil. quibuscumque, de rege : —TEST. Thoma Erskin de Brechin milite secretario regis, M. David Crawmond fratre germano dicti Jacobi, M. Joh. Burnet, Joh. Robertsoun, And. Wod, Joh. Mosman, Alex. Makneill et Alex. Young notariis publicis :—Apud Edinburgh, 1 Jun. 1541] :—INSUPER, pro servitio sibi impenso et impendendo, voluit quod unica sasina, apud *lie outsett* et manerium de Crawmond-regis per Patricium Diksoun olim occupatum capienda, pro omnibus staret :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 52.

2354. Apud Striveling, 3 Jun.

REX, cum consensu matris sue, ad feodifirmam dimisit ADE DALGLEIS in vitali redditu, et THOME DALGLEIS ejus filio, et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, hereditarie,—terras de Dewchir, in dominio de Ettrik-forest, warda de Yarro, vic. Selkirk, extenden. in antiquo rentali ad 7 libras;—que eis in regis minoritate in feodifirma assedate fuerunt, et sub generali revocatione ceciderunt :— SOLVEND. annuatim matri regis, et post ejus decessum regi, 46 lib.; necnon duplicando dictam firmam ad introitum heredum; ac edificando mansionem cum politiis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 506.

2355. Apud Striveling, 4 Jun.

REX ad feodifirmam dimisit MICHAELI EVERY, et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione,—dimedietatem terrarum de Kilquhische (extenden. in antiquo rentali ad 40 sol., in novo rentali dicto Mich. assedatam pro 4 lib.), tertiam partem de Westir Rossy (extenden. in antiquo rentali ad 5 marcas, in novo rentali dicto Mich. assedat. pro 12 marc.), in senesc. de Fiffe;—necnon dicto Michaeli et MARIOTE RAMSAY ejus sponse, ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus def., seniori heredum fem. absque divisione,—octavam partem et 20 denariatas terrarum de Newtoun de Falkland (extenden. in antiquo rentali ad 20 sol. 20 den., $6\frac{1}{2}$ pultrias, $1\frac{1}{4}$ aucas, 6 bollas $1\frac{2}{3}$ firlotas ordei, 10 bol. $3\frac{1}{3}$ firl. avenarum, in novo rentali dictis Mich. et Mar. assedat. pro 40 sol. 40 den. cum devoriis &c. suprascriptis, prout novum rentale fact. apud Falkland 30 Maii ult. elapso proportavit), in senesc. et vic. Fiffe : — REDDEND. annuatim pro Kilquhische 4 libras, pro Westir Rossy 12 marcas, pro Newtoun 40 sol. 40 den., cum pultriis &c. (*ut supra*); ac duplicando dictam firmam

ad introitum heredum; ac edificando sufficientes domos, ac bonum et largum ortum cum esculis, salicibus, alnis, trimulis fossatum, cum plantatione fraxinorum, platanorum seu ulmorum, viz. 3 arborum pro qualibet marcata novi extentus et 20 arborum pro unaquaque celdra frumenti farine vel ordei, et 10 arborum pro qualibet celd. avenarum, pro completo circuitu dicti orti, cum seminatione miricarum, sustentatione nemorum et lucorum ubi extiterunt, per eorundem fossationem et *lie hanyng*, et seminando linum vel canapem extra ortum caulium; proviso quod non liceret dict. terras vendere vel impignorare absque regis speciali avisamento, nisi alienatio ad manus regis deveniret; et quod dictus Mich. et heredes bene armati essent presto ad gradiend. cum rege in exercitibus et bellis et aliis exercitibus particularibus, cum requisiti forent :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 270.

2356. Apud Striveling, 5 Jun.

REX ad feodifirmam dimisit JACOBO DALMAHOY, filio et heredi quondam Johannis D. in Leith,—peciam terre vaste et orti infra villam de Leith ex australi latere de Kingis-wark (inter terras Johannis Boyman et quond. Alex. Liell, communem vinellam ascenden. a *lie schoir* de Leith, et arenas maris), prout tunc muro lapideo cincta est;—que in regis rentali non fuit, et que, dicto Joh. D. in feodifirma concessa in regis minori etate, sub revocatione devenit:—Tenend. dicto Jac. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—Solvend. annuatim 4 marcas; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum: — Test. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 44.

2357. Apud Striveling, 6 Jun.

REX concessit JOHANNI MURE, filio et heredi apparenti Patricii M. de Annestoun, —dimedietatem terrarum de Udstounheid et Quhiteschaw, extendentem ad 4 marcatas terrarum antiqui extentus, in villa et territorio de Overtoun de Strathaven, baronia ejusdem, vic. Lanark;—que terre fuerunt dicti Joh., tente de quondam Jacobo Hammiltoun de Fynnart milite, et regi devenerunt ob forisfacturam dicti Jac. :—Tenend. dicto Joh. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum feminearum absque divisione, per servitium warde et relevii :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 229.

2358. Apud Striveling, 6 Jun.

REX dedit literas legitimationis D. JACOBO DENNESTOUN, filio naturali quondam M. Willelmi D. xxviii. 74.

2359. Apud Striveling, 6 Jun.

REX ad feodifirmam dimisit DAVID BALFOUR, et KATHERINE CRAMME ejus sponse,—terras de Inchery, in dominio et senesc. de Fiffe, dictis personis prius per suos commissarios in feodifirma assedat.: —TENEND. dictis Dav. et Kath. ac ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Dav. quibuscumque: — SOLVEND. annuatim 16 marcas; proviso quod blada et grana super dict. terris crescentia molerent apud alterum molendinorum regis, viz. *le* Dene-mylne seu Wod-mylne, et multuras consuetas persolverent; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum; necnon edificando bonum et largum ortum bene fossatum et circumseptum cum arboribus, viz. pro qualibet marcata 3 arbores, cum seminatione mirice, sustentatione nemorum per fossationem seu custodiam, seminando linum et canapem extra ortos caulium et nulla infra eosdem, et habendo prata ubi commode haberi possent; et non liceret absque regis consensu dict. terras alienare; et dictus David et heredes essent parati et armati cum rege in guerris seu aliis particularibus exercitibus omni tempore accedere:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 310.

2409. Apud Edinburgh, 21 Jul.

REX, — quia literas direxerat Johanni Perdovin et Andree Purves clavigeris, vicecomitibus in hac parte, memorantes quod domini concilii decretum suum de data 2 Dec. 1527 ad instantiam quondam Alexandri Innes de eodem (cessionarii quond. Willelmi com. Erolie) datum contra quond. Andream Oliphant de Beridale heredem et successorem quondam Cristine Suthirland domine Beridale, heredis et successoris quondam Alexandri S. de Dufhous militis ejus proavi, de proficuis maritagii dicte Cris., necnon aliud decretum de data 6 Feb. 1528 decernen. dictum And. persolvere dicto Alex. 5000 marc. pro dict. maritagio, transtulerunt in Alex. Innes de eodem, filium, heredem et executorem dicti Alex. I., et in Margaretam Oliphant, Katherinam O. et Helenam O., filias et heredes dicti And. ac in tutores et curatores earundem pro eorum interesse,—et alias literas ad distringend. dictas Marg. &c. pro dict. summa; —et 27 Maii 1541 (dicto Alex. I. per M. Joh. Hammiltoun procuratorem comparente) inquisitio electa de appreciatione nihil deliberaverunt; et 7 Jul. terre subscripte, de rege tente per servitium warde, pro 538 libris 16 sol., et pro 27 libris pro feodis vicecomitum, appreciate sunt et per Joh. Gourlaw officiarium et serjandum dicto Alexandro vendite,—igitur concessit dicto ALEXANDRO INNES de eodem, heredibus ejus et assignatis, — terras de Strabrok per Johannem Gudlad occupatas (reddentes annuatim 9 lib. 5 sol. 5 den., et singulis 5 annis tantam summam grassume), terras per Joh. Akinheid occupatas (redden. 36 sol. firme et grassumam *ut supra*), dimedietatem molendini de Clappertoun (redden. 5 marc. firme), terras per Wil. Gray occupat. (redden. 50 sol., et singulis 5 annis 50 sol. grassume, et 2 bollas avenarum, pretium bolle 8 sol.), terras per Johannem Alexander occupat. (redden. 10 sol. 8 den. firme et tantum grassume singulis 5 annis), terras per Joh. Ronald occupatas (redden. 10 den.), superioritatem 40 solidatarum terrarum per Geo. Bertoun et 20 solidat. per Florimundum Gray occupat., Georgio Schaw in proprietate spectantium (redden. 3 lib. firme et singulis 5 annis 3 lib. gras-

sume), superioritatem dimedietatis de Clappertoun, Alexandro Young in proprietate pertinentis (redden. 2 marcas firme), vic. Linlithqw :—et voluit quod dict. Marg. &c., heredes earum et assignati, haberent regressum quandocumque dictas summas persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 163.[1]

2410. Apud Edinburgh, 24 Jul.[2] REX dedit literas legitimationis PATRICIO MORDOSOUN, filio naturali quondam Johannis M. xxviii. 228.

2411. Apud Edinburgh, 24 Jul.[3] REX confirmavit cartam prepositi, ballivorum, consulum et communitatis burgi de Edinburgh,—[qua,—cum alias terre prope lacum de Dudingstoun, seu verius morasium *lie* Commoun-myre nuncupat., parum seu nihil dicto burgo commodi tulissent, sed per varios extraneos pasturate et occupate essent, — ad feodifirmam dimiserunt GEORGIO STEILL comburgensi suo,—dict. terras, extendentes ad 52 acras, infra libertatem dicti burgi, vic. Edinburgh :—TENEND. dicto Geo. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori de heredibus fem. absque divisione, de dict. preposito &c.:—REDDEND. annuatim 13 libras, viz. 5 sol. pro qualibet acra ; ac duplum dicte firme ad introitum heredum :—TEST. Geo. Hendirsoun, Joh. Carkettill, ballivis dict. burgi, Joh. Purves thesaurario ejusdem, Pat. Baroun, Wil. Syme, Geo. Mayne, Jac. Hendirsoun, burgen. dicti burgi, D. Rob. Steill subdecano Brechinen., D. Constantino Ahannay, capellanis, Tho. Elphingstoune et Tho. Ernot serjandis dicti burgi :—Apud dict. burgum, 28 Aug. 1536]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 448.

2412. Apud Edinburgh, 25 Jul. REX confirmavit cartam Andree Banerman, —[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit HENRICO MARSAR de Lydenoch, heredibus ejus et assignatis,—6 marcatas terrarum de Estir Cardeny, 19 sol. 7 den. de Westir Cardeny, in baronia de Logy, vic. Perth :—TENEND. de rege, quousque Geo. Hay filius et heres quondam Thome Hay de Logy, et ejus heredes, ad superioritatem earundem legitime intrarent, eo quod dictus Geo. superioritatem durante vita sua decretus est amisisse :—TEST. M. Alex. M'Brek, Adam Blakwod, Jac. Blakwod, Alex. Ramsay, burgen. de Perth, Alex. Marsar, D. Rob. Rollok notario publico :—Apud burgum de Perth, 9 Jul. 1541] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 169.

2413. Apud Edinburgh, 25 Jul. REX confirmavit cartam Johannis Donyng burgensis de Perth, — [qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit HENRICO DOMINO DE METHVEN, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Gilgirstoun, in dominio de Methven, vic. Perth : —TENEND. de rege :—TEST. Alex. Stewart fratre germano Andree dom. de Ochiltre, And. Stewart de Choustoun, M. Antonio Kennedy, Jacobo Yeistir, M. Joh. Bruce notario publico, D. Pat. Young, D. Wil. Ramsay notario publico :—Apud burgum de Perth, 27 Jun. 1541] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 178.

2414. Apud Edinburgh, 25 Jul. REX, — intelligens quod GEORGIUS RUTHIRFURDE de Hundwelle ab antiquo in hereditate habuit terras de Hundwelle (limitat per Marrondene, perforatas quercus, Colzarade, Scheildwod, terras monasterii de Jedburgh, Denzonwell, Kingis-medo, Dondin, Mawrauchelandis, burgum de Jed, rivolum de Skippering et aquam de Jed), cum dimed. de Auld-Jed, de Arch. olim com. Angusie tentas,—pro bono servitio dicti Georgii, post generalem revocationem confirmavit cartam suam,—

[1] Names of assize chosen 27th May :—John Gudlaid, Joh. Rolland, Joh. Akinheid, Wil. Gray, John Ewin, John Creichtoun, James Young in Wincheburgh, Thomas Wauchop, Joh. Patersoun, George Hill, Thomas Heriot, Robert Symsoun, Tho. Young, Joh. Brek, Wil. Bell, Gawain Hill, Joh. Andersoun, Geo. Inglis, William Patersoun, Wil. Hammiltoun of Humby, Charles Bertoun. On 7th July, Geo. Hill having died, Robert Bruce of Bynnyng was chosen in his stead.

[2] Dated an. reg. 29. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xv. fol. 14 verso.

[3] Dated A.D. 1540. Placed here according to the regnal year, which agrees with *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xv. fol. 64.

[qua concessit dicto Georgio Ruthirfurde, —terras de Hundoley et Eschetreis &c. (*ut in carta* 663)]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 68.

2415. Apud Edinburgh, 25 Jul.
REX confirmavit cartam Willelmi Suthirland de Duffous, Querrelwode et Liggait,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WILLELMO GADDERARE de Baithill, et EUFAMIE SCRYMGEOUR ejus sponse,—terras suas de Newtoun de Querrelwode, cum communi pastura foreste de Q., partim per dictos Wil. G. et Euf. cultas partim colendas (inter terras de Mostowye pertinentes burgo de Elgin, terras Jacobi comitis Moravie, et alias bondas specificatas), in dominio de Querrelwode, vic. Elgin et Fores:—TENEND. dictis Wil. G. et Euf. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, quibus deficientibus, heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus def., heredibus et assignatis dicti Wil. quibuscumque, de rege; cum potestate *to win and rife out the saidis landis with the Eisly hillis of the samin*, et ad constituendum unam brasinam:—FACIEND. servitium warde et relevii debit. et consuet.:—TEST. Alex. Murray, Wil. Macolm, Rob. Warand, Alano Geddes, D. Alex. Duffe capellano, M. David Douglas presbytero ac notario publico:—Apud burgum de Elgin, 9 Maii 1541]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 211.

2416. Apud Temptalloun, 27 Jul.
REX dedit literas legitimationis ALEXANDRO HUME bastardo, filio naturali Johannis Hume filii naturalis quondam Alexandri dom. Hume. xxviii. 35.

2417. Apud Temptalloun, 27 Jul.
REX confirmavit et, pro bono servitio, quitteclamavit ROBERTO HUME, fratri germano quondam Davidis H. de Weddirburn, et MARGARETE BLACADER uni heredum quondam Andree B. de eodem, conjugi dicti Rob.,—dimedietatem terrarum et baronie de Blacader, viz. terrarum ville et terrarum dominicalium de B., duorum granorum molendinorum earundem, terrarum de Quhitlaw, cum tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Beruik; — quam eadem Marg. resignavit:—TENEND. dictis Rob. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Roberti quibuscumque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 158.

2418. Apud Striveling, 5 Aug.
REX, tanquam princeps et senescallus Scotie, ad feodifirmam dimisit ANDREE CUNYNGHAME filio familiaris sui Willelmi com. de Glencarne, et MARGARETE CUNYNGHAME ejus sponse,—6 marcatas terrarum de Cuttiswray, 6 marcatas de Clerkland et Hilhous cum molendino earundem, 2½ marcat. de Litill Robertland, 6 marcat. de *lie tua* Corshillis, 5 marcat. de Blaklaw, 5 marcat. de Hertschaw, 10 marcat. de Dowywray et Pottertoun, antiqui extentus, in dominio de Stewartoun, balliatu de Cunynghame, vic. Air, extenden. in antiquo rentali ad 40 marcas;—quas idem And. in feodifirma prius habuit:—TENEND. dictis Andree et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum feminearum absque divisione:—REDDEND. annuatim 40 libras; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politiis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 54.

2419. Apud Striveling, 6 Aug.
REX ad feodifirmam dimisit familiari servitori suo JACOBO EDMONSTOUN, et JONETE LAUSOUN ejus sponse,—dimedietatem terrarum de Drumcors, in dominio et vic. de Linlithqw, extenden. in rentali suo ad 10 libras 8 sol.:—TENEND. dictis Jacobo et Jon. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Jacobi quibuscumque, quibus def., seniori heredum fem. cuicumque absque

divisione:—SOLVEND. annuatim matri regis, et post ejus decessum regi, 16 marcas; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum; necnon edificando et sustentando mansionem cum politiis necessariis solo correspondentibus:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 85.

2420. Apud Striveling, 8 Aug.
REX confirmavit cartam Alexandri Innes de eodem,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit familiari regis servitori THOME ARTHURE, heredibus ejus et assignatis, — terras suas de Strabrok (*in carta* 2409 *contentas*), Margarete Oliphant, Katherine O. et Helene O., filiabus et heredibus quondam Andree O. de Beridaill prius spectan.:—TENEND. de rege:—TEST. Dunc. Craufurd, M. David Ireland, Wil. Aitkin burgen. de Edinburgh, Barraldo Innes, Georgio Lunnane, Thoma Thomsoun burgen. dicti burgi, Adamo Arthure, Alano Craufurd, Johanne Portuus scissore, Joh. Portuus clerico, Alex. Makneill, notariis publicis:—Apud Edinburgh, 1 Aug. 1541]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 88.

2421. Apud Falkland, 12 Aug.
REX ad feodifirmam dimisit quotidiano servitori suo ANDREE MICHELSOUN, uni a stabulis suis famulo,—pro ejus bono servitio, presertim in prima premunitione super felici partu filii sui Jacobi principis Scotie,—terras de Mortoun &c. (*ut in carta* 2217):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 81.

2422. Apud Edinburgh, 12 Aug.
REX concessit THOME MENZEIS de Petfodellis, heredibus ejus et assignatis,—12 bovatas terrarum dominicalium de Many ex dimedietate umbrali earundem (extenden. annuatim ad 25 marcas), cum una bovata earundem, vic. Abirdene;—que fuerunt Johannis Vaus de Many, de rege tente in alba firma; et per Joh. Leslie de Syde vicecomitem deputatum de Abirdene denunciate sunt, et 26 Apr. 1541, coram Georgio (com.) de Huntlie vicecomite de Abirdene, appreciate[1] et dicto Tho. vendite, viz. 12 bovate pro 500 marcis pro relevio dicti Tho. ad manus Alexandri Ruthirfurd burgensis de Abirdene (quia dictus Tho. plegius devenerat pro dicto Joh. Vaus ad satisfaciendum pro mutilatione dicti Alex., ut compertum est per cognitionem captam per Willelmum Rolland vicecomitem deputatum de Abirdene, 11 Oct. 1540), et una bovata pro feodo dicti vicecomitis:—et voluit rex quod dictus Johannes Vaus, heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocumque dictas summas persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 176.

2423. Apud Falkland, 14 Aug.
REX concessit WILLELMO AUCHINLEK de Gallohill, et ejus heredibus,—50 solidatas terrarum de Gallohill, 8 sol. 4 den. de Gudisburne, antiqui extentus, in baronia de Avendale, vic. Lanark;—que fuerunt dicti Wil., tente de quondam Jacobo Hammiltoun olim de Fynnart milite; et regi devenerunt ob forisfacturam dicti Jac.:—REDDEND. annuatim unum den. albe firme, secundum tenorem antiqui infeofamenti dicti Wil.:—PROVISO quod dictum infeofamentum nullum esset prejudicium reversioni dicto Jac. desuper facte:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 173.

2424. Apud Falkland, 14 Aug.
REX confirmavit cartam Jacobi Striveling filii et heredis quondam Johannis S. de Kere militis,—[qua,— cum consensu M. Abrahe Creichtoun prepositi de Dunglas, et M. Alexandri Creichtoun rectoris de Abbotrowle, curatorum suorum, — pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit DAVIDI HUNTAR partionario de Newtoun, et MARGARETE WOD ejus conjugi,—terras suas de Balcarres, cum molendino, tenentibus &c., in dominio et vic. de Fiffe:—TENEND. dictis Davidi et Marg. et

[1] Names of assize:—Wil. Lesley of Balquhyne, Wil. Lyoun of Colmalegy, Alexander Chalmer of Balnacrag, Tho. Reid of Colistoun, Wil. Turing of Foverne, Alex. Gordoun of Andet, Joh. Pantoun of Petmeddane, Alexander Forbes of Towe, Alex. Gordoun of Braklaw, Jas. Caldor of Aslowne, M. John Forbes of Barnys, Alex. Lesley of Cultis, Wil. Burnet of Gask, John Gordoun of Halheid, Pat. Meldrum of Eden.

eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legitimis procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem., quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Dav. quibuscumque, quibus def., seniori heredum fem. cuicumque absque divisione, de rege: —SOLVEND. annuatim 25 libras 14 sol. 7 den., unam celdram 5 bollas 2 firlotas 2 peccas frumenti, 2 celd. 8 boll. 3 firl. ordei, 48 capones et 48 pultrias, nomine feodifirme, secundem tenorum carte per Jac. IV. regem dicto Joh. S. facte; ac eandem cartam in omnibus punctis perimplendo: —TEST. Tho. Leirmonth, Alex. Franche, Geo. Franche, Waltero Crechtoun, Tho. Bischop notario publico:—Apud Edinburgh, 8 Jun. 1540]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 89.

2425. Apud Falkland, 15 Aug.
REX dedit literas legitimationis FINLAIO GRAY bastardo, filio naturali Johannis G. in Garland. xxvii. 175.

2426. Apud Falkland, 15 Aug.
REX dedit literas legitimationis WILLELMO DAVIDSOUN bastardo, filio naturali D. Georgii Davidsoun capellani. xxviii. 111.

2427. Apud Falkland, 27 Aug.
REX de novo ad feodifirmam dimisit WILLELMO BONAR de Rossy,—terras de Estir Rossy, cum aula et manerie earundem, vic. Fiffe, extenden. in novo rentali ad 12 libras 13 sol. 4 den. monete, unam celdram frumenti, 2 celd. 8 bollas ordei, 10 bol. avenarum et 24 capones;—quas Joh. B. filius et heres apparens dicti Wil. de rege prius in feodifirma habuit, sicuti dictus Wil. et ejus predecessores de Jac. II. et Jac. IV. regibus habuere; et quas dict. Joh. resignavit:—TENEND. dicto Wil. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione; cum potestate piscandi in regis lacu de Rossy cum cimba et rethe ac in *lie ele ark* ejusdem:—SOLVEND. annuatim 13 lib., cum frumento &c. (*ut supra*); ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politiis:—SALVA rationabili tertia conjugi dicti Wil. cum contingeret: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 39.

2428. Apud Falkland, 27 Aug.
REX, tanquam senescallus Scotie, confirmavit cartam Johannis dom. Lile,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit M. JOHANNI SPREULE canonico Glasguen., et heredibus ejus quibuscumque, — terras nuncupatas *lie* Kingis-medow, Kingis-orchart et Castelhill, in territorio burgi de Renfrew, vic. ejusdem:—REDDEND. regi tanquam senescallo Scotie annuum redditum debitum et consuet.:—TEST. Wil. Flemyng de Barrouchane, Joh. Maxwell de Dargawell, Johanne Stewart de Bultres, M. Joh. Porterfeild et D. Joh. Henrisoun notariis publicis:—Apud Duchell, 25 Aug. 1541]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Joh. S., dict. terras quitteclamavit:—TEST. 80. 70. 71. 88. 81. 93. 106. 110. 97. 109. xxviii. 199.

2429. Apud Falkland, 29 Aug.
REX, tanquam senescallus Scotie, concessit et de novo dedit JACOBO LILE, filio et heredi apparenti Johannis dom. L.,—principale messuagium et maneriem de Lile, 10 libratas terrarum antiqui extentus de Ovir Manys, Nethir Manys, *lie* Mylntoun cum molendino, terras de Auldtounrig et Colruth, cum omnibus aliis castris, maneriebus, molendinis, multuris, piscariis, pendiculis, *lie outsettis*, tenentibus &c., vic. Renfrew; —quas dictus Joh. resignavit; et quas rex, pro bono servitio, de novo incorporavit in liberam baroniam de Lile:—TENEND. dicto Jac. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus quibuscumque:—REDDEND. annuatim unam libram piperis et unam libram cucumeris, nomine albe firme:—RESERVATIS libero tenemento dicto Joh., ac rationabili tertia Grissillidi Betoun ejus sponse cum contingeret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 188.

2430. Apud Falkland, 29 Aug.
REX confirmavit cartam Andree Stratoun de Lowrestoun,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit THOME ERSKIN

de Brechin militi, secretario regis, heredibus ejus et assignatis,—superioritatem terrarum de Nethir Cragy, Estir et Westir Snawtoun, Rachirhill et Ovirsait de Cragy, cum pendiculis, vic. Kincardin:—Reddend. annuatim regi unum den. albe firme:—Test. M. Rob. Erskin decano Abirdonen., Jac. Crawmond de Auldbar, Geo. Stratoun filio et herede apparente dicti Andree, M. Johanne Burnet notario publico:—Apud Brechin, 31 Jul. 1541]:—Insuper, pro bono servitio dicti Tho., dict. superioritatem univit terris et baronie de Estir Breching, vic. Kincardin:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 102.

2431. Apud Falkland, 29 Aug.
REX concessit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit DAVIDI WEMYS, filio Davidis W. de eodem,—terras de Elchok, terras molendinarias et molendinum earundem, terras de Ballabrame et Cragtoun, cum annexis &c., in baronia de Wemys per annexationem suam, vic. Perth;—quas dictus Dav. senior resignavit:—Tenend. dicto Davidi juniori et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, dicto Dav. seniori et heredibus ejus quibuscumque tanquam partes et pendicula dicte baronie reversuras:—Reservato libero tenemento dicto Dav. seniori:—Insuper, pro bono servitio dicti Dav. senioris, rex ordinavit quod dict. infeodatio nulla esset ruptura dicte baronie:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 447.

2432. Apud Falkland, 30 Aug.
REX confirmavit cartam familiaris sui consiliarii et secretarii Thome Erskin de Brechin militis,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti THOME ERSKIN, et AGNETI OGILVY ejus conjugi,—terras de Cantirland cum manerie ejusdem, et terras de Kynnard, in baronia de Cantirland, vic. Kincardin:—Tenend. dictis Tho. juniori et Ag. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Tho. quibuscumque et assignatis, de rege in warda et relevio:—Test. Magistris David Pitcarne archidiacono Brechinen., Rob. Erskin decano Abirdonen., Rob. Carnegy de Kynnard, Ricardo Lundy, M. Joh. Burnat, D. Thoma Fynlasoun notario publico:—Apud civitatem Brechinen., 11 Aug. 1541]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 185.

2433. Apud Falkland, 30 Aug.
REX confirmavit cartam familiaris consiliarii et secretarii sui Thome Erskin de Brechin militis,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti THOME ERSKIN, et AGNETI OGILVY ejus conjugi,—terras de Petpullox, in dominio de Brechin, vic. Forfare:—Tenend. dictis Tho. et Ag. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Tho. quibuscumque, de rege in feodifirma:—Reddend. annuatim 20 libras; necnon duplicando dict. firmam ad introitum heredum:—Test. et de data *ut in carta* 2432]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 186.

2434. Apud Falkland, 30 Aug.
REX dedit literas legitimationis WILLELMO SCOT bastardo, filio naturali quondam David S. xxviii. 25.

2435. Apud Falkland, 30 Aug.
REX confirmavit ANDREE STRATOUN de eodem, et ISOBELLE LYNDESAY ejus conjugi,—terras et baroniam de Westir Kynneff, cum castro, fortalicio, annexis, tenentibus &c., jure patronatus capelle S. Johannis de K. tunc Barres nuncupat. (excepta superioritate terrarum de Nethir Cragy, Estir et Westir Snawtoun, Rachirhill et Ovirsait de Cragy cum *lie outsettis* &c.), vic. Kyncardyn;—quas idem And. resignavit:—Tenend. dictis And. et Is. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Andree et assignatis quibuscumque:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 63.

2436. Apud Falkland, 30 Aug.
REX confirmavit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit

CHAROLO MOWAT de Busby,—terras de Moite, Knokintebir, Bogsyde, Corshous, Murehous, piscariam earundem super aqua de Irwin, molendinum de Knokintebir cum terris jacen. prope molendinum de Robert-toun, cum ortis, pomeriis, maneriebus, partibus &c., in balliatu de Cunynghame, vic. Air;—quas idem Char. personaliter resignavit; et quas rex in liberam tenandriam de Knokintebir incorporavit:— TENEND. dicto Charolo et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus quibuscumque, de rege tanquam senescallo Scotie:—TEST. 80. 70. 71. 88. 81. 93. 106. 110. 97. 109. xxviii. 56.

2437. Apud Falkland, 30 Aug.

REX concessit ballivis, consulibus et communitati BURGI DE KINGORNE, presentibus et futuris,—portum suum vocat. *lie* Prettycur jacentem prope dictum burgum, vic. Fiffe, cum omnibus custumis, ankeragiis et aliis devoriis eidem pertinen. et per Jac. com. de Mortoun aut ejus predecessores per privilegium dicti portus percipi solitis;—qui portus regi devenit:—REDDEND. annuatim unum den. si peteretur tantum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 103.

2438. Apud Falkland, 1 Sept.

REX, pro bono servitio, ad feodifirmam dimisit familiari servitori suo WILLELMO DOUCHALE, et HELENE GILQUHAMMATE ejus conjugi, — 6 marcatas 3 sol. 4 den. terrarum de Estir-Row, in dominio de Menteith, vic. Perth, quas quondam Mariota Drummond et ejus subtenentes occupabant, extenden. in rentali suo ad 10 lib. 8 sol. 4 den.:—TENEND. dictis Wil. et Hel. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Willelmi quibuscumque:—SOLVEND. annuatim matri regis, et post ejus decessum regi, 10 lib. 13 sol. 4 den.; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politiis necessariis solo correspondentibus:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 49.

2439. Apud Falkland, 2 Sept.[1]

REX confirmavit cartam Thome Erskin de Brechin militis, sibi a secretis,—[qua, pro favore &c., ac pro pecuniarum summis sibi persolutis, ad feodifirmam dimisit JACOBO CRAWMOND de Auldbar, et ISOBELLE ERSKIN ejus conjugi, sorori sue,—terras suas de Kyndrochad, cum molendino nuncupat. *lie* Hoill-mylne, et terris molendinariis ejusdem, in dominio suo de Brechin, vic. Forfare:—TENEND. dictis Jac. et Is. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus seu asssignatis dicti Jacobi quibuscumque, de dicto Tho.; cum communi pastura 4 summarum ovium, 10 summarum catallorum et 3 equorum annuatim pasturan. in villa de *lie* Hawich de Brechin, ad dict. molendinum pertinen., ac cum potestate cespites *lie turffis* in terris non cultis de Hawich de B. lucrandi; proviso quod semper esset iter ad communem moram de Brechin dictis terris de Hawich et Dubtoun:—REDDEND. annuatim 20 libras, cum sectis curie ad tria placita capitalia apud Brechin; necnon duplicando dict. firmam ad introitum heredum; ac servitium 3 peditum armatorum cum *lie pikkis* et *halcreikis* in servitio forensico seu guerrarum et bellorum regis:—PROVISO quod non liceret dict. terras in toto vel in parte, nec annuum redditum de eisdem, alienare sine consensu dicti Tho. aut ejus heredum:—TEST. Magistris David Petcarne archidiacono Brechinen., Rob. Erskin decano Abirdonen., Rob. Carnegy de Kynnard, Ric. Lundy, M. Joh. Burnat, D. Tho. Fynlawsoun capellano ac notario publico:—Apud Brechin, 11 Aug. 1541]:—INSUPER ordinavit, casu quod dictus Tho. aut heredes feodifirmam de Brechin forisfacerent, quod dictus Jacobus et heredes regi immediati tenentes essent:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 214.

[1] Dated A.D. 1540. Placed here according to the regnal year, which agrees with the date of the confirmed charter, and with *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xv. fol. 60 verso.

2440. Apud Falkland, 4 Sept.
REX confirmavit et, pro bono servitio, quitteclamavit JOHANNI DEMPSTAR de Ouchterleis, et MARGARETE STEWART ejus conjugi,—dicti Joh. tertiam partem terrarum de Mekle Quisne et Litill Q. et Ardley, integras terras de Persantis earundem, tertiam partem molendini et terrarum molendinariarum de Knokleith, cum tertia parte multurarum integre baronie de Ochterleis, tertiam partem de Racloch, sextam partem de Ordmiddill, in ejus baronia de Ochterleis-Dempstare, vic. Abirdene;—quas idem Joh. personaliter resignavit:—TENEND. dictis Joh. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Joh. secundum tenorem veteris infeofamenti:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 184.

2441. Apud Falkland, 4 Sept.
REX concessit et, pro bono servitio et pro compositione persoluta, de novo dedit JACOBO SCRYMGEOUR, legitimo et propinquiori heredi tallie apparenti M. Jacobi S. de Fardill,—terras et baroniam de Fardill Estir et Westir, terras de Ard, Drummaderte, Litill Gourdy, cum molendino de Fardill, insulam ex australi latere aque de Tay, cum piscariis ad dictas terras de F. spectan., cum annexis, advocatione capelle Sancti Spiritus infra maneriem de Litill Gourdy, vic. Perth;—quas dictus M. Jac. resignavit; et quas rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Fardill, ordinando maneriem de Litill Gourdy fore capitale messuagium ejusdem:—TENEND. dicto Jac. juniori et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Jac. S. constabulario de Dunde et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Jac. S. de Fordy et heredibus masc. inter ipsum et Margaretam S. sororem dicti M. Jac. procreatis, quibus def., Jacobo S. de Redgond et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., Joh. S. de Glastre et heredibus &c. (*ut sup.*) quibus def., Waltero S. de Glaswell et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti M. Jac. quibuscumque, arma et cognomen de S. gerentibus, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus ejus fem. quibuscumque:—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Perth, cum servitio warde &c.:—RESERVATO libero tenemento dicto M. Jac.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 48.

2442. Apud Faulkland, 5 Sept.
REX confirmavit et, pro bono servitio, quitteclamavit WILLELMO M'MORANE de Glaspen, et ejus heredibus,—10 marcatas terrarum de Glaspen antiqui extentus, cum turre, fortalicio et manerio earundem, viz. 2 marcatas de Dailbank, unam marcat. *lie* Nether-Mark vocatam, unam marcat. *le* Langley nuncupatam, 2 marcat. appellatas Stanehill, unam marcat. vocat. *lie* Nethirhill, unam marcat. appellat. *lie* Mos, unam marcat. *le* Grenburne nuncupatam, unam marcat. vocatam Carnekerry, in baronia de Craufurdjhone, vic. Lanark;—quas idem Wil. resignavit:—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Lanark, cum servitio warde &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 46.

2443. Apud Falkland, 5 Sept.
REX concessit JOHANNI CRANSTOUN filio et heredi apparenti Katherine Hair de Boill conjugis Hectoris C., et heredibus dicti Joh.,—dicte Kath. 5 marcatas terrarum antiqui extentus de Boill, vic. Peblis;—quas dicta Kath. cum consensu dicti Hect. resignavit:—RESERVATO libero tenemento dicte Kath.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 87.

ANNO REGNI 29. ANNO DOMINI 1541.

2444. Apud Falkland, 10 Sept.[1]
REX confirmavit cartam Jacobi Scrymgeour constabularii ac baronis de Dunde,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta,

[1] This and the next six charters are dated an. reg. 28. They are placed here according to the A.D.

vendidit JOHANNI FULLERTOUN de Westir Dunnone, heredibus ejus et assignatis,—terras de Westir Dunnone, cum tenentibus c., in baronia de Dunde, vic. Forfare :—TENEND. de rege :—TEST. Joh. Dempstar de Ochterles, David Carnegy burgensi de Dunde, Joh. Sommer, Alex. Michelsoun, Wil. Differis, Joh. Gray, D. Andrea Bruce capellano, Karolo Dempstar notario publico :—Apud Dudop, 6 Sept. 1541]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 50.

2445. Apud Falkland, 10 Sept.

REX ad feodifirmam dimisit DAVIDI CRAUFURDIE COMITI dom. Lyndesay &c., et Domine ISOBELLE LUNDY ejus conjugi,—terras de Rathulit, cum molendino, terris molendinariis et brasina earundem, et astricta multura terrarum de Murdocarny, Star et Rathulit, in dominio et senesc. de Fiffe;—que per Jac. IV. regem quondam Alexandro Lyndesay de Ouchtermonsy militi, postea com. Craufurdie, patri dicti Davidis, pro 39 libris 13 sol. 4 den. monete, una celdra 14 bollis frumenti, 2 celd. 4 bol. ordei, 48 caponibus, 24 pultriis, in feodifirma assedate fuerunt, quod fuit in rentalis augmentationem ad 20 lib. aut circiter :—TENEND. dictis Davidi et Is. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis dicti Davidis et eorum assignatis quibuscumque, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione; cum potestate lucrandi glebas, cespites et alia focalia in mora de Star prout consuetum est : — REDDEND. annuatim 40 libras, cum frumento &c. (*ut supra*); ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politiis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 53.

2446. Apud Falkland, 11 Sept.

REX confirmavit cartam factam per Joh. Leslie feodatarium de Balquhane, cum consensu Johannis L. de Side ejus patris et Walteri L. burgensis de Abirdene, ejus curatorum, et per Wil. Leslie usufructuarium de Balquhane,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendiderunt ALEXANDRO LESLIE de Petcapill, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Hairlaw extenden. ad 4 bovatas antiqui extentus, 2 bovatas de Rossevet ant. ext., cum parte sua de Legattisdene, in baronia de Balquhane, regalitate de Gareoch, vic. Abirdene : — TENEND. de rege : — TEST. Alex. Leslie de Kincragy, Geo. Leslie ejus filio et herede apparente, Joh. Leslie in Petblaine, Wil. L. ejus fratre germano, Tho. Newin, D. Rob. Chalmer capellano :—Apud Balquhane, 20 Aug. 1541]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 187.

2447. Apud Falkland, 11 Sept.

REX confirmavit cartam Johannis Leslie feodatarii de Balquhane,— [qua,— cum consensu Johannis L. de Syde patris sui, et Walteri L. burgensis de Abirdene, curatorum suorum, et Willelmi L. usufructuarii de B. avi sui,—pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI PANTOUN de Petmaden, heredibus ejus et assignatis, —terras de Selby et Lothtillak, in baronia de Balquhane, vic. Abirdene :—TENEND. de rege :—TEST. Alex. Lesly de Petcapill, M. Joh. Gordoun, Wil. Gordoun in Auchanaquhy, Wil. Lesly, Joh. Kennedy, M. Joh. Nicholsone notario publico :—Apud Abirdene, 28 Aug. 1541]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 47.

2448. Apud Falkland, 13 Sept.

REX concessit THOME ROS, filio et heredi apparenti familiaris servitoris sui Johannis R. de Cragy,—terras et baroniam de Cragy cum molendino earundem, terras de Pettafles, Malar, Berclayishauch, Hiltounmalar, Auchleskin, Kirktoun de Balquhidthir, Lauchinskreden cum earum molendino, Tulloch cum tribus Auchintowis, Cowill, Coltuchchir, cum molendino, nemore et *lie forester-setis* earundem, terras de Kirktoun de Kynfawnis, cum piscariis, nemoribus, *lie outsettis*, tenentibus &c. omnium dictarum terrarum, in baronia de Cragy, vic. Perth; —quas dictus Joh. resignavit :—TENEND. dicto Thome et heredibus masculis ejus de corporelegitime procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masculis quibuscumque :—RESERVATIS dicto Joh. libero tenemento, et Matilde Moncreiff ejus conjugi conjuncta infeoda-

tione de Cultuchchir, dimedietate ville de Cragy ac terris de Kirktoun de Kilfawnis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 55.

2449. Apud Falkland, 15 Sept.

REX ad feodifirmam dimisit JOHANNI M'CANZE de Kintale,—terras de Mekle Brawane, extenden. ad 9 marcatas terrarum, jacen. in comitatu de Ros, vic. Invernes, extenden. in rentali suo in firma ad 6 libras, et in grassuma et aliis devoriis ad 24 sol. :—TENEND. dicto Johanni et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—SOLVEND. annuatim 8 lib.; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politiis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 51.

2450. Apud Edinburgh, 19 Sept.

REX, — cum literas direxisset Jacobo Johnstoun clavigero vicecomiti in hac parte, ad distringend. Margaretam, Katherinam et Helenam Oliphant, filias et heredes quondam Andree O. de Beridale, heredis et successoris quond. Christine Suthirland domine Beridaill heredis et successoris quond. Alexandri S. de Duffous militis ejus proavi, pro 5000 marc. per quondam Alex. Innes de eodem, cessionarium quond. Willelmi com. Erolie, super dictum And. obtentis 6 Feb. 1528 pro valore maritagii dicte Chris., et in Alex. Innes de eodem filium et heredem et executorem dicti Alex. I., active, et dictas Marg. &c. passive translatis (eo quod M. Tho. M'Calzeane procurator dictarum Marg. &c. allegavit executoriam dativam dicti Alex. I. ad bona dicti quond. Alex. I. fictam fuisse, et certo die sibi assignato pro improbatione ejusdem nullam in hac parte exhibuit diligentiam); et cum Joh. Gourlaw nuncius, unus vicecomitum in hac parte, terras de Hisbestir, Beridaill et Auldweik cum piscariis &c., vic. Invernes, appreciandas denunciasset; et 31 Aug. 1541 terre &c. subscripte, de rege tente per servitium warde, viz. Hoistildaill 6 denariat. terrarum (per Donaldum Dow, Joh. Finlaisoun, Ric. Finlaisoun occupate, scil. bina pars earundem redden. per annum 42 sol. 8 den., et binam partem 4 *lie wedderis* 8 sol., ac 2 bollas avenarum pro bina parte earundem 8 sol. 4 den.), Balnehaggelis (per Joh. Donaldsoun occupat., scil. bina pars reddens 26 sol. 8 den., binam partem 4 mutonum 8 sol., et 2 bollarum avenarum 8 sol. 4 den.), bina pars de Langwell (per Roricum Hectouresoun occupat., reddens 42 sol. 8 den., binam partem 4 mutonum 8 sol., et 2 bollarum avenarum 8 sol. 4 den.), Mellere (per dictum Roricum occupat., bina pars redden. 42 sol. 8 den., binam partem 4 mutonum 8 sol., et 2 bollarum avenarum 8 sol. 4 den.), Ballegay (per Dunc. Johnsoun, Wil. Alexandersoun, Gilmichaelem Thomsoun occupat., bina pars reddens 42 sol. 8 den., binam partem 4 mutonum 8 sol., et 2 bollarum avenarum 8 sol. 4 den.), Ladroun (per Isobellam Suthirland occupat., bina pars reddens 6 libras 13 sol. 10 den. et obulum), Rosbister (per Joh. Suthirland occupat., bina pars cum una bol. avenarum reddens 21 sol. 2 den. et obulum), Camstir (per Finlayum Donald Moirsoun occupat. bina pars reddens 8 sol. 10 den. et obulum, 2 firlotas avenarum 2 sol. 1 den.), Ulbister (per Donaldum Young, Donaldum Joksoun occupat., bina pars redden. 44 sol., binam partem 4 mutonum 8 sol., 12 pultriarum 2 sol., 4 aucarum 2 sol., et unius bol. avenarum 4 sol. 2 den.), Thrumbister (per Jacobum Farquhairsoun et Alex. ejus filium occupat., bina pars redden. 5 lib. 2 sol. 6 den.), Sarclet (per Kenyeouth Lychtounsoun occupat., bina pars redden. 3 lib. 15 sol. 4 den.), Humbister (per Hugonem . . . . occupat., bina pars reddens 8 sol. 10 den.), *lie* Newtoun de Awldweik (per Tho. Mowat occupat., bina pars redden. 47 sol. 1 den.), *lie* Milnetoun de Awldweik (per D. Walterum Kere et ejus famulos occupat., bina pars redden. 34 sol. 10 den.), Stemmistar (per Joh. Harpersoun occupat., bina pars redden. 3 lib. 4 sol. 4 den.), molendinum de Milntoun (per Hugonem Kenyeouthsoun occupat., bina pars redden. 5 lib.), Fureseter (per Joh. Donaldsoun occupat., bina pars redden. 48 sol. 4 den.), Ovir Bulbistar (per Willelmum Suthirland occupat., bina pars redden. 3 lib. 10 sol. 4 den.), Nethir Bulbistar (per Donaldum Williame Poilsoun occupat., bina pars redden. 9 lib. 19 sol.), Tubister (per Eliz.

Innes occupat., bina pars reddens 9 lib. 5 sol.), piscaria aque de Beridaill (per Laurentium dominum Oliphant et ejus tenentes occupat., bina pars redden. 32 lib.), piscaria aque de Furso (bina pars redden. 11 lib. 2 sol. 3 den.), Sowre (per Magnum Beithsoun occupat., bina pars redden. 52 sol. 10 den.), pro 3500 marcarum, et molendinum de Chorite (per Donaldum Diksoun occupat., bina pars reddens 5 libras 16 sol. ex dictis terris de Mylntoun de Auldweik), pro 116 libris pro feodo vicecomitis appreciate essent,[1] et dicto Alex. I. vendite ;—igitur concessit dicto ALEXANDRO INNES de eodem, heredibus ejus et assignatis,—dictas terras &c.:—et voluit quod dicte Marg. &c., heredes earum et assignati, haberent regressum quandocumque dict. summas persolverent infra septennium: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 91.

2451. Apud Perth, 25 Sept.

REX, pro bono servitio, concessit familiari servitori suo JACOBO FORSYTH de Nydie, heredibus ejus et assignatis pluribus aut uni,—salmonum piscariam super aqua de Edyne terris de Dron adjacen., sibi ratione terrarum de D. seu alias quovismodo pertinentem, vic. Fiffe ;—que nusquam regis in rentali fuit :—REDDEND. annuatim 40 sol. feodifirme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxvii. 121.

2452. Apud Temptalloun, 25 Sept.

REX concessit PETRO ELLEM filio et heredi apparenti Alexandri E. de Buttirdene, et ejus heredibus,—terras de Buttirdene, cum turre, manerie et molendino earundem, terras de West Borthuik, duas terras husbandias in villa et territorio de Mordingtoun, dimedietatem terre husbandie de Colbrandispeth, vic. Berwik ;—quas dictus Alex. resignavit ; et quas rex, pro bono servitio ac pro pecuniarum summis persolutis, de novo ei dedit, et incorporavit in liberam baroniam de Buttirdene :—RESERVATO libero tenemento dicto Alex.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxix. 57.

2453. Apud Dunde, 28 Sept.

REX concessit et, pro bono servitio, quitteclamavit Domine ISOBELLE LUNDY, sponse Davidis com. Craufurdie,—terras et baroniam de Inverarite, cum tenentibus &c., advocatione rectorie et vicarie ejusdem, terras dominicales de Downy, cum manerie earundem, terras de Corlongy, in baronia de Downy, vic. Forfar ; terras de Jurdanstoun in baronia de Ballindoch, terras ville de Baltroddy et molendinum earundem in baronia de Baltroddy, vic. Perth ; tenementum terre, magnum hospitium comitis nuncupat., jacen. in *lie* Flukergait ex australi latere ecclesie parochialis burgi de Dunde ;—quas dictus Dav. resignavit :—TENEND. dicte Is. in vitali redditu, et post ejus decessum dicto Dav., heredibus ejus, successoribus et assignatis reversuras : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 60.

2454. Apud Perth, 29 Sept.

REX ad feodifirmam dimisit ANDREE FARNY de eodem, et BARBARE LOGANE ejus conjugi,—molendinum de Falkland ac terras molendinarias, domos, *lie suckin*, et ortum earundem, in senesc. et dominio de Fiffe, extenden. in novo rentali ad 20 bollas brasii et 3 duodenas pultriarum :— TENEND. dictis Andree et Bar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. dicti And. quibuscumque, quibus deficientibus, seniori heredum feminearum absque divisione; cum communi pastura in *lie* Lowmontis :—SOLVEND. annuatim 24 bol. 2 firlotas brasii, et 3 duodenas pultriarum ; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum ; ac edificando dictum molendinum et alias politias necessarias :—INSUPER rex astrinxit villam et terras de Falkland et Ballinbla, in senesc. de Fiffe, dicto molendino pro libera multura pro perpetuo, viz., pro una pecca pro quibus-

[1] Names of assize :—Wil. Dunbar of Ortane, Alex. Forbes of Speyside, Wil. Gaderare of Baithill, And. Stewart in Rosile, Tho. Chene of Cruvy, Alex. Suthirland provost of the burgh of Fores, James Dunbar of Cunze, Jas. Dunbar of Terbert, Rob. Dunbar of Durris, Pat Dunbar of Moy, Joh. Keyth of Crag, Hen. Paslay burgess of Edinburgh, John Keyth of Greneland, Alex. Suthirland of Clyne, James Farquhairsoun, John Suthirland in Libbister, Wil. Calder, Malcolm Mowat of Toftis, Hugh Nicholsoun.

libet 3 firlotis; et dimedietatem ville de Newtoun de Falkland pro astricta multura, viz. pro una pecca de quibuslibet 3 firlotis; ordinando tenentes blada eorum et grana dicto molendino afferre, et eidem multuras annuatim solvere, ac edificare domum dicti molend. et eidem lapides ferre si opus foret, et idem in omnibus necessariis, quotiens opus foret, sustentare, et aqueductus in *le ladis* dicti molendini sustentare:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 80.

2455. Apud Perth, 29 Sept.

REX ad feodifirmam dimisit HUGONI KENNEDY de Girvan-manis, et Domine JONETE STEWART comitisse de Suthirland ejus sponse,—5 libratas terrarum de Sladonall et 5 libratas de Dalniark et Dalwauchlyn, in dominio de Galloway, vic. Wigtoun, extendentes in antiquo rentali in firma et grassuma ad 24 libras: —TENEND. dictis Hugoni et Jon. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—SOLVEND. annuatim 25 lib.; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politiis:—TEST. 80. 70. 71. 88. 81. 93. 106. 110. 97. 109. xxviii. 86.

2456. Apud Perth, 29 Sept.

REX ad feodifirmam dimisit DAVID GULING, filio et heredi quondam Jacobi G., — unam quarteriam molendini (de) Ardet, *alias* Munsy-mylne, cum terra et astrictis multuris ejusdem, in dominio et senesc. de Fyff, extendentes in rentali Jac. IV. regis ad 40 sol. et 4 capones, et per eum assedatas in feodo dicto Jac. Guling, augendo dict. rentale 26 sol. 8 den.:—TENEND. dicto David et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—SOLVEND. 3 libras 6 sol. 8 den., et 4 capones; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum; necnon edificand. bonum et largum ortum &c. (*ut in carta* 2408); et non liceret alienare nec impignorare absque consensu regis et per resignationem in regis manibus fiend.; et edificando honestas domos, et habendo prata et stagna; et essent armati ad gradiend. cum rege in exercitibus:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 121.

2457. Apud Perth, 29 Sept.

REX ad feodifirmam dimisit DAVIDI PITCARNE de Forthir, et ELIZABETHE DURY ejus conjugi, — molendinum de Fruchy, cum terra molendinaria, domibus, *lie suckin* et orto ejusdem, in dominio et senesc. de Fyffe, extenden. ad 53 sol. 4 den. firme, unam celdram 10 bollas $2\frac{2}{3}$ firlotas ordei, et 24 capones;—que dicto Dav. in feodifirma assedate fuerunt, augmentand. rentale ad 26 sol. 8 den.:—TENEND. dictis Dav. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus eorum masculis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—SOLVEND. annuatim 4 libras, cum ordeo &c. (*ut supra*); ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum; necnon edificando dict. molendinum et alias politias necessarias: —INSUPER rex astrinxit terras et villam de Kingis-kettill, in dominio et senescallatu de Fiff, dicto molendino pro libera multura unius pecce quarumlibet 6 firlotarum, ac dimedietatem ville de Newtoun de Falkland, et villam et terras de Freuchy, pro astricta multura unius pecce quarumlibet 3 firlotarum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 131.

2458. Apud Perth, 29 Sept.

REX ad feodifirmam dimisit DAVIDI BALFOURE,—octavam partem terrarum de Ardet, in dominio et senesc. de Fiffe, extenden. in rentali Jac. IV. regis ad 20 sol. firme, 6 bollas 2 firlotas frumenti, 8 bollas 2 firl. ordei, $7\frac{1}{2}$ pultrias et unum caponem, et per regem Jac. V. in feodifirma assedatam pro 40 sol. ultra:—TENEND. dicto Davidi et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione; cum communi pastura, libero introitu et exitu pre communi passagio, vulgo *lone*, infra terras de Luklaw et Logy ad Luklawhill et Lilleismure, et pre terris de Munsy ad Segy-mure, cum effossione glebarum *lie falis*, *turvis*, et cespitum desuper consuet.:—SOLVEND. annuatim 3 libras 13 sol. 4 den., cum frumento &c. (*ut supra*);

ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum; necnon edificando bonum et largum ortum fossatum et septum arboribus, et honestas domos; nec liceret alienare neque impignorare absque consensu regis; et sequele dict. terrarum exirent ad molendinum dicti Davidis si quod haberet, quo deficiente, ad alia molendina regis propinquiora; et dictus David et heredes essent armati ad gradiend. cum rege in armis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 266.

2459. Apud Perth, 29 Sept.

REX ad feodifirmam dimisit JOHANNI MALING, filio et heredi quondam Johannis M. junioris,—decimamsextam partem terrarum de Ardet, in dominio et senesc. de Fiffe, extenden. in rentali Jac. IV. regis ad 10 sol., 3 bollas unam firlotam frumenti, 4 bol. unam firl. ordei, $3\frac{3}{4}$ pultrias et dimedietatem caponis, et per eum assedatam in feodifirma dicto quond. Johanni pro 20 sol. ultra:—TENEND. dicto Johanni et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione; cum communi pastura &c. (*ut in carta* 2458) :—SOLVEND. annuatim 36 sol. 8 den., cum frumento &c. (*ut supra*); et duplicando dict. firmam ad introitum heredum; et sequele dictarum terrarum venirent ad molendinum vocatum Munsy-mylne, cum libera astricta multura consuet.; ac dict. heredes edificando ortum fossatum et arboribus septum, et honestas domos; nec alienando nec impignorando absque consensu regis; et armati essent ad gradiend. cum rege in exercitibus : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 291.

2460. Apud Perth, 29 Sept.

REX ad feodifirmam dimisit PATRICIO BALFOURE, filio et heredi quondam Johannis B. de Dene-mylne,—molendinum *lie* Dene-mylne nuncupatum, cum terris molendinariis, et partica marresia in Auld Lundoris, et astrictam multuram ville de Auld Lundoris (viz. unam peccam cujuslibet bolle super solo dicte ville crescentis, exceptis semine et decimis), cum libera multura ville de Inchery, ac cum communi pastura in *lie* Scroggis, Gallowhill, Irnesideslak, Pitbullieslak, Mariscrag, Dene et Denebray, ac in Albo campo Esthill nuncupat., et in *lie Suard-landis* eisdem adjacen., in dominio et vic. de Fiffe;—et feodatarii de Auld Lundoris sustentarent dictum molendinum et ejusdem molares ducerent, et ejus aqueductum cum opus foret projicerent; ac dictus Pat. et heredes exitum lacus de Auld Lundoris cum clausura et relaxatione ejus haberent;—que dicto Joh. per regem Jac. IV. in feodifirma, et per Jac. V. dicto Pat., assedate fuerunt pro 6 libris 13 sol. 4 den. et 12 caponibus, in augmentationem rentalis ad 33 sol. 4 den.:—TENEND. dicto Pat. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—SOLVEND. annuatim regi (*ut supra*), ac abbati et conventui de Lundoris 53 sol. 4 den. debit. et consuet.; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum; ac edificando aulam et alias politias necessarias :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 295.

2461. Apud Perth, 29 Sept.

REX,—pro bono servitio, et pro laboribus penes edificationem et reparationem palatiorum, castrorum S. Crucis, Falkland, et aliorum suorum operum infra Scotiam,—confirmavit familiari servitori suo M. JOHANNI SCRYMGEOUR de Myris, operum suorum magistro,—officium clavigeri et serjandi armorum;—quod idem Joh. personaliter resignavit ;—necnon dicto Johanni, et HELENE LITILL ejus conjugi,—terras de Myris Ovir et Nethir, terris de Ouchtermukty adjacen., in senesc. et vic. de Fife ;—quas idem Joh. personaliter, eadem Hel. per procuratores, resignaverunt ;—INSUPER, cum dict. officium, et dicte terre pro usu dicti officii, dicti Johannis et ejus predecessorum fuissent ultra memoriam hominum, ordinavit quod dicta conjuncta infeodatio nulla esset lesio penes introitum heredum ad easdem ; et quod unica sasina apud capitale messuagium de Myris capienda pro officio et terris staret : —TENEND. officium dicto Joh. et heredibus masc. subscriptis, terras dictis Joh. et Hel. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Joh. de corpore legit. procreandis, quibus def., Wil. S. filio naturali dicti Joh. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., Joh. S. filio ejusdem naturali et heredibus &c. (*ut sup.*),

quibus def., Rob. S. fratri dicti M. Joh. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., Jacobo S. fratri dicti Rob. et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Joh. quibuscumque :—INSUPER, si dictus M. Joh. ante dictam Hel. obiret, dicta Hel. persolveret annuatim pro dict. terris heredi dicti M. Joh. dicto officio succedenti pro executione ejusdem 10 libras :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 212.

2569. Apud Edinburgh, 8 Jan.

REX, pro singulari devotione erga sanctam crucem de Peblis, ad manum mortuam confirmavit donationem factam per quondam Dominam Cristinam Mowbray, ac per quond. Pat. com. de Dunbar confirmatam, loco de Houstoun,—de 3 carucatis terre in territorio dicti loci, terris de Lyngeane, terris hospitalis de Fortoun, terris in villa et territorio de Fortoun que fuerunt Thome Lessiddoun, terris de Cragach, vic. Edinburgh, infra constab. de Hadingtoun ; ac annuis redditibus de terris infra burgum de Hadingtoun, quemadmodum dicto loco prius admortizati fuerunt ;—necnon admissionem resignationis dict. loci fact. per F. Nicholaium, decretorum doctorem, magnum ministrum ORDINIS S. TRINITATIS REDEMPTIONIS CAPTIVORUM, postquam M. Johannes Cantily archidiaconus S. Andree, procurator Davidis Kinloch ministri de Houstoun, idem ministerium de H. in manibus dicti Nich. ministerio de Peblis pro perpetuo uniendum resignaverat ;—ac donationem per eum fact. F. Jacobo Patersoun ministro de Peblis, et conventui ejusdem, et eorum successoribus, — dicti ministerii de Houstoun ;—necnon consensum dicti Nich. dicte unioni, prefatas resignationem &c. per papam ratificari petendo :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 244.

2570. Apud Edinburgh, 8 Jan.

REX confirmavit WILLELMO JOHNSTOUN de Gretno, et MARGARETE CREYCHTOUN ejus conjugi, — terras dominii de Newby, cum turre, fortalicio, manerie, molendino et astricta multura earundem, cum piscariis de Newby et de Newscaris, cum sabulo de Edin (per metas specificatas), terras de Barmokirk, Croftheidis, Howis-mylnbe, Mylnfeild et Hawmedo, 10 libratas terrarum antiqui extentus de Stabiltoun, 40 sol. ant. ext. de Robgill, cum piscariis de Stabiltoun, 2 marcatas 6 sol. 8 den. de Cummertreis cum piscariis earundem, 2 marcatas 6 sol. 8 den. ant. ext. de Ellirbek, 10 marcatas ant. ext. de Myddylvy, 3 marcat. ant. ext. de Galzeaneleis, 13 sol. 4 den. ant. ext. de Hidewode, 5 librat. ant. ext. de Preistiswodside, cum *le Saltcottis* et piscariis earundem, 13 sol. 4 den. ant. ext. de Ruvell, in senesc. Annandie, vic. Drumfreis ;—quas iidem Wil. personaliter, Marg. per procuratores, resignaverunt ; et quas rex, pro bono servitio, ac pro compositione persoluta, incorporavit in liberam baroniam de Newby :—TENEND. dictis Wil. et Marg. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis legitimis et propinquioribus dicti Willelmi de corpore procreandis, quibus def., Geo. J. ejus filio et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., Davidi J. fratri dicti Wil. et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Harbarto J. filio dicti Wil. et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Joh. J. filio dicti Wil. et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Joh. J. filio ejusdem Wil. et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Wil. quibuscumque, arma et cognomen de J. gerentibus, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus fem. dicti Wil. quibuscumque, de rege tanquam dom. Annandie ; cum privilegio liberarum forestarum ubi nemora fuerunt :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 433.

2571. Apud Edinburgh, 9 Jan.

REX, pro bono servitio Jacobi Cokburn de Langtoun, ac pro compositione persoluta, concessit et de novo dedit ALEXANDRO COKBURN filio et heredi apparenti dicti Jac., heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Langtoun, cum castro, turre, fortalicio, maneriis, molendinis, piscariis, toftis, croftis, pendiculis, tenentibus &c., vic. Berwik ; terras et baroniam de Carrid-

din, cum molendino earundem vocat. *lie* Lochmyll de Linlythqw, cum manerio, toftis, croftis, *lie outsettis*, tenentibus &c., vic. Lynlithqw; cum officio ostiarii regis principalis;—quas et quod (per regem Jac. IV. in baroniam de Langtoun incorporatas pro unica sasina per quondam Alex. C. de L. patrem dicti Jac. et ejus heredes apud fortalicium de Langtoun capienda), dictus Jac. resignavit; et quas rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Langtoun: —TENEND. cum privilegio libere foreste; cum potestate creandi VILLAM DE LANGTOUN — liberum burgum in baronia, habendi in eadem crucem et forum hebdomidatim, ac liberas nundinas bis in anno; cum aliis liberi burgi privilegiis in burgensium creatione, administratione et executione justitie, electione ballivorum &c., prout dictis Alex. &c. melius visum foret; proviso quod burgenses aliis privilegiis non uterentur, nisi que per dict. Alex. &c. concessa forent:—REDDEND. annuatim unum den. albe firme:—RESERVATIS libero tenemento dicto Jac.; necnon libero tenemento proprietatis terrarum et baronie de Carriddin, dicto Jac. et Jonete Ottirburne ejus sponse et eorum alteri diutius viventi; cum rationabili tertia omnium dict. terrarum dicte Jon. aut cuicumque alteri sponse dicti Jac. cum contingeret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 207.

2572. Apud Edinburgh, 9 Jan.

REX ad feodifirmam dimisit AGNETI FROSTARE, relicte Davidis Balfoure de Burlye, in vitali redditu, et MICHAELI BALFOURE de Burlye eorum filio et heredi hereditarie,—terras de Star, cum marresia earundem, vic. Fyffe, extenden. in vetere rentali suo ad 13 marcas 4 sol. 5 den. et obulum, 28 bollas frumenti, 31 bol. $2\frac{2}{3}$ firlotas ordei, 2 duodenas caponum et 4 duodenas pultriarum:—TENEND. dicte Ag. *ut supra*, dicto Mich. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. ejus de corpore legitime procreatarum, quibus def., heredibus ejus masc. quibuscumque, quibus def., seniori heredum feminearum cuicumque absque divisione:—SOLVEND. annuatim 10 libras, cum frumento &c. (*ut supra*); et duplicando dictam firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum aula, camera, pomario, coquina, et aliis domibus officinis substantialiter edificatis secundum quantitatem dictarum terrarum, cum horreo, bostari, columbario, arborum plantationibus, ortis vel pomeriis bene vallatis et cum arboribus circumdatis, cum pratis, plantatione alnorum et salicum in *le boggis* et locis humidis ad hoc convenientibus, habendis stagnis et piscariis pro piscibus, cunicularis et aliis politiis secundum formam actorum parliamentorum desuper confectorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 242.

2573. Apud Edinburgh, 9 Jan.

REX ad feodifirmam dimisit familiari servitori suo WILLELMO MONCREIF de eodem,—terras de Ester Creif, *alias* Corry-weftir, in senesc. de Straitherne, vic. Perth, extenden. in firma et grassuma ad 10 marcas et 16 den.;—que dicto Wil. pro dict. summa in feodifirma prius assedate fuerunt:—TENEND. dicto Wil. et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—SOLVEND. annuatim 10 marc. 16 den.; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politiis secundum formam acti parliamenti:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 246.

2574. Apud Edinburgh, 9 Jan.

REX confirmavit WILLELMO CRAWMOND domino feodi, filio et heredi apparenti Jacobi Crawmond de Auldbar domini liberi tenementi, terrarum &c. subscriptarum,—terras et baroniam de Melgound, viz. in proprietate terras dominicales de Auldbar cum loco, orto, pomeriis, molendino, *lie outsettis*, *le cruvis* et salmonum piscariis earundem super aqua de Southesk, terras de Clattirbene, dimedietatem de Balnakawich cum *lie outsettis*, terras de Blibberhill cum molendino, Wodend, forestam de Kellauchschaw cum *lie Frosterseit* ejusdem, terras de South-Melgound, cum communia in moris, *le mossis* et marresiis de Montrewmont pro evulsione brumarum, effossione *le fale*, *duvatis*, cespitum, glebarum et focalium, pastura

catallorum et pecudum, et lucratione lapicidiorum et molarium in eisdem; et in tenandria terras de Bulzeoun, vic. Forfare; et terras de Crawmond-inche in proprietate, cum *le outsettis*, communia in moris, *le mossis* et marresiis de Lifty Ovir et Nethir pro evulsione &c. (*ut supra*), vic. Forfare;—quas idem Wilelmus personaliter, cum consensu dicti Jacobi et ejus procuratorum, resignavit; et quas rex, pro bono servitio dictorum Jacobi et Wil., et pro compositione persoluta, incorporavit in liberam baroniam de Melgound, ac voluit quod turris de Auldbar esset principale messuagium ejusdem:—TENEND. dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscumque, arma et cognomen de C. gerentibus, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus ejus fem. quibuscumque; cum privilegio liberarum forestarum ubi nemora fuerunt; cum potestate edificandi castra &c.:—REDDEND. annuatim pro Crawmond-inche tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Forfar, cum warda &c. (excepta presentia ad unumquodque placitum capitale); pro ceteris unum den. albe firme:—RESERVATIS libero tenemento dicto Jacobo (exceptis Crawmond-inche), et rationabili tertia Isobelle Erskin ejus sponse, et post ejus decessum Margarete Maxwell conjugi dicti Wil.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxviii. 446.

2575. Apud Edinburgh, 9 Jan.

REX ad feodifirmam dimisit JOHANNI PATERSOUN, filio et heredi quondam Davidis P.,—octavam partem et dimedietat. decimesexte partis terrarum de Luthrie, cum domibus, edificiis, mansione, ortis, croftis et partito marresio, quas dictus Dav. occupavit, in dominio et senesc. de Fyffe, extendentes in rentali Jacobi IV. regis ad 12 libras 10 sol., et per eum assedatas in feodifirma; et commissarii regis exonerarunt &c. (*ut in carta* 2528), extenden. pro parte dicti Joh. ad 17 sol. 8 den. et obulum:—TENEND. dicto Joh. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. Walteri P. de Dunmure de corpore legitime procreatis, quibus def., seniori heredum femineārum dicti Walt. de corpore legit. procreat., quibus def., heredibus ejus masc. quibuscumque, quibus def., seniori heredum fem. cuicumque absque divisione:—SOLVEND. annuatim 11 lib. 12 sol. 3 den. et obulum; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politiis secundum tenorem acti parliamenti:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxix. 128.

2576. Apud Edinburgh, 10 Jan.

REX concessit GILBERTO KENNEDY filio et heredi apparenti Jacobi Kennedy de Blairquhane, et MARGARETE CUNYNGHAME ejus conjugi,—terras antiqui extentus subscript., viz. 3 marcat. terrarum de Culcreach cum turre et fortalicio earundem, 3 marcat. de Clonrassy, 3 marcat. de Clonquhapill, 3 marcat. de Challoch, 3 marcat. de Skeith, 2 marcat. de Dowcarreff, 3 marcat. de Kereweschell et 3 marcat. de Barnekirk, in baronia de Martyn-Kennedy *alias* Frethrid, vic. Wigtoun;—quas dictus Jacobus personaliter resignavit:—TENEND. dictis Gilb. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Jac. quibuscumque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxviii. 210.

2577. Apud Edinburgh, 10 Jan.

REX concessit et, pro bono servitio, quitteclamavit servitori suo JOHANNI GUTHRE in Colistoun, heredibus ejus et assignatis,—tertiam partem terrarum et ville de Cukistoun, in dominio de Brechin, vic. Forfare;—quam David Balfour resignavit:—REDDEND. annuatim unum den. albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxviii. 313.

2578. Apud Edinburgh, 21 Jan.

REX, pro bono servitio, concessit familiari servitori suo JACOBO ROS, et MARJORIE STEWART ejus sponse,—terras de Lowrestoun et molendinum vocatum Trottok-mylne, sibi in proprietate pertinen., per And. Gardin occupatas, in baronia de Langforgond, vic. Perth:—TENEND. dictis

Jac. et Mar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jac. quibuscumque :—REDDEND. annuatim 10 libras nomine albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 83.

2579. Apud Edinburgh, 22 Jan.
REX confirmavit cartam Roberti Arnot de Wodmylne,—[qua,—cum consensu conjugis sue Eliz. Balcomy, domine conjuncte infeodationis terrarum subscriptarum,—pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit D. THOME MALVILE rectori de Hutoun, heredibus ejus et assignatis,—annuum redditum 10 marcarum de terris suis de Pincartoun, vic. Fiffe :—REDDEND. annuatim regi unum den. albe firme :—TEST. M. Tho. Kene, Joh. Broun, notariis, And. Martin : —Apud Edinburgh, 19 Jan. 1541]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 72.

2580. Apud Edinburgh, 22 Jan.
REX confirmavit cartam Alexandri Cumyng de Inverelloquhy, —[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ALEXANDRO GRAY seniori, burgensi de Abirdene, et ISOBELLE BLAK ejus sponse, — dimedietatem suam terrarum de Kindrocht, in parochia de Rathin in Buquhania, vic. Abirdene,—excepto *lie outset* vocato *the Dene-end* : — TENEND. dictis Alex. et Eliz. in conjuncta infeodatione, et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Alex. et assignatis quibuscumque, de rege :—REDDEND. servitium ante dictam alienationem debitum et consuetum :—TEST. Tho. Menzeis preposito de Abirdene, Gilberto Malysoun, Geo. Bisseit, Walt. Lesly, Joh. Brabaner burgen. de Abirdene, M. Rob. Hay, M. Joh. Nicholsoun notario publico :—Apud Abirdene, 14 Jan. 1541]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 234.

2581. Apud Edinburgh, 22 Jan.
REX dedit literas legitimationis JOHANNI LUMMISDENE et WILLELMO LUMMISDANE bastardis, filiis M. Thome L. capellani. xxviii. 248.

2582. Apud Edinburgh, 22 Jan.
REX confirmavit cartam Niniani Seytoun de Tulybody militis,—[qua ad feodifirmam dimisit KENTIGERNO TODHUNTAR burgensi de Edinburgh, et ejus heredibus, — 4 acras terrarum dominicalium de Huntlie vulgariter vocat. Croftland, cum mansione, domibus, horreo, bostari et hortis earundem, cum duabus dietis prati jacen. ad orientalem partem earundem, ac cum pastura 8 summarum animalium et unius equi annuatim pasturan. infra terras dominicales de Huntlie, necnon 4 dietas *petis et turffis* lucrandi infra dictas terras dominicales annuatim, quas Ric. Todhuntar pater dicti Kent. ad firmam habuit, in dominio suo de West-Gordoun, vic. Beruik :—REDDEND. annuatim dicto Nin. 20 sol.; necnon duplicando dict. firmam ad introitum heredum :—TEST. Johanne Henrisoun, Joh. Andersoun burgen. de Edinburgh, Cuthberto Scrymgeour, Joh. Cranstoun, Joh. Mosman et Alex. Young notariis publicis:— Apud Edinburgh, 5 Jul. 1541]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxix. 8.

2583. Apud Striveling, 30 Jan.
REX, tanquam senescallus Scotie, confirmavit cartam Roberti Stewart de Drumcly, —[qua concessit consang. suo DAVIDI STEWART, et heredibus ejus masc. quibuscumque,—20 solidatas terrarum de Drumclye, in dominio, insula et vic. de Bute :—REDDEND. annuatim regi tanquam senescallo Scotie 18 sol. 6 den. argenti, 6 firlotas ordei, 6 firl. avenarum, et 4 sol. 6 den. pro parte marte, cum servitiis solitis et consuetis :—TEST. Niniano Stewart vicecomite de Bute et Arene, Jac. Stewart filio et herede dicti Nin., Rob. S. ejus germano, Joh. Stewart filio et herede Jacobi S. de Kilchatane, Gillecrist M'Conquy, Alex. M'Fersoun, Joh. Roy M'Conquy :—Apud Rothissay in Bute, 22 Jun. 1517] :—NECNON cartam David Stewart de Drumcly,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ROBERTO STEWART de Ambrismore, et heredibus ejus masc. legit. quibuscumque,—20 sol. terrarum de Drumclye: —REDDEND. *ut supra* :—TEST. Jac. Stewart vicecomite de Bute, Arch. Stewart de Largayane, Fynlaio M'Conquy de Ambrisrig,

Donaldo M'Urarty de Brigadull, Joh. Glas de Ardinhow, Fynlaio Moir M'Urarty de Langull, Donaldo M'Urarty de Culewyne, Joh. M'Conquy de Culwyne :—Apud Roy in Bute, 11 Mar. 1540];—NECNON cartam Roberti Stewart de Drumcly,—[qua concessit JOHANNI KELSO, et heredibus ejus masc. quibuscumque,—20 sol. terrarum de Drumcly;—ratione excambii 25 solidatarum terrarum de Birgadillovyne, in dominio, insula et vic. de Bute :—REDDEND. *ut supra*[1] :—TEST. Jac. Stewart vicecomite de Bute, Arch. Stewart de Largayane, Joh. Stewart de Kilcattane, Joh. Bannachtyne de Skarall, Dunc. M'Meche, Joh. M'Ge vic. (*sic*), Pet. Spence, Tho. Auld :—Apud Rothissay in Bute, 10 Mar. 1540] :—INSUPER, pro bono servitio, voluit quod dicta confirmatio tanti esset roboris ac si ante sasinas susceptas data fuisset :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 204.

2584. Apud Striveling, 30 Jan.
REX confirmavit cartam Roberti Dun de Raty,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WALTERO OGILVY de Dunlugus militi, et ALISONE HUME ejus sponse,—piscariam unius retis, vulgariter *ane nettis fischeing*, in Banff infra aquam de Doverne, vic. Banff :—TENEND. dictis Walt. et Alis. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Walt. quibuscumque, de rege :—TEST. Jac. Galbraith de Culcroich, Bernardo Steward, M. David Dun burgensi de Edinburgh, And. Richardsone notario publico :—Apud Edinburgh, 4 Feb. 1541 (*sic*)] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 208.

2585. Apud Striveling, 30 Jan.
REX dedit literas legitimationis D. MURDOCO JOHNESOUN seniori, bastardo, filio naturali quondam D. Murdoci J. xxviii. 213.

2586. Apud Striveling, 30 Jan.
REX confirmavit cartam familiaris servitoris sui Roberti Gib de Carribberis,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ROBERTO DIKSOUN, commoranti infra monasterium de Hadingtoun, heredibus ejus et assignatis,—quartam partem suam terrarum de *lie* Manis de Ballincreif, Kowgishill nuncupat. (jacen. inter terras quondam Roberti Borthuik, terras de Cottis, Spittale, et commune pratum), in constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburgh :—SOLVEND. annuatim regi 20 marcas feodifirme; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politiis :—TEST. Pat. Crummy, Wil. Crummy, Jac. Bog, Alex. Glene, Joh. Gib, Joh. Huntar, Jacobo Gib, Joh. Scetho notario publico :—Apud Falkland, 29 Jan. 1541] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 220.

2587. Apud Striveling, 30 Jan.
REX confirmavit ROBERTO ROBERTSOUN de Strowane, et MARIOTE M'ANE ejus sponse,—10 marcat. terrarum de Farna (ad occidentalem partem earundem, adjacentes torrenti de Auldfaderlie), 5 marcat. de Strone-farna, 5 marcat. de Kingeldy, in baronia de Strowane, vic. Perth;—quas idem Rob. personaliter resignavit :—TENEND. dictis Rob. et Mar. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Rob. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 239.

2588. Apud Striveling, 30 Jan.
REX confirmavit cartam Alexandri Gordoun portionarii de Andet,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JACOBO GORDOUN de Methlik, heredibus ejus et assignatis,—quartam partem suam terrarum de Andat (per And. Maitland et Joh. Allane occupatam), in baronia de A., vic. Abirdene :—TENEND. de rege :—TEST. Geo. com. de Huntlie, Geo. Gordone in Carniburrow, Joh. Gordone, M. Adamo Gordone, Dunc. Cummyng, Jac. Johnstoun, M. Olivero Lambe notario publico :—Apud Huntlie, 23 Dec. 1541]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Jac., ac pro compositione

[1] Except that instead of "4 sol. 6 den. pro parte marte," this charter reads "quintam et decimam partes marte."

persoluta, dictas terras univit terris et baronie de Methlik tanquam partem et pendiculam ejusdem :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 243.

2589. Apud Striveling, 31 Jan.
REX confirmavit cartam Johannis Erskin, dom. liberi tenementi baronie de Dune ac prepositi burgi Montrisrosarum, ballivorum, consulum et communitatis ejusdem,—[qua ad feodifirmam dimiserunt JOHANNI ERSKIN dom. feodi de Dune, heredibus ejus et assignatis,—terras jacentes inter torrentem vocatum Glenburne ad boream, metas in terra positas ad austrum, terras ville vocat. Tolmondis de Logy ad orientem, *lie* Cottoun de Belloquhy magnumque lapidem et *lie Swyne-cruvis* ad occiden., vic. Forfare :—REDDEND. annuatim dictis preposito &c. 10 marcas, cum servitiis per burgenses et tenentes burgorum debitis, sine warda; et heredes a dict. preposito &c. impetrando sasinam, pro qua duplicarent feodifirmam pro illo anno; et si dictus Johannes vel heredes cujuscumque etatis, sub tutela et cura aut sine eisdem, cessarent a solutione dict. firme ad 21 dies post terminum, tunc persolverent magistro fabrice ecclesie parochialis S. Petri dicti burgi 20 sol. ac tot solidos quot dies lapsi forent, pro mora; et si deficerent ad 3 menses post terminum, caderent a jure dictarum terrarum :—Apud dictum burgum, 4 Jan. 1541]:—TEST. 80. 70. 71. 88. 81. 93. 106. 110. 97. 109. xxviii. 172.

2590. Apud Striveling, 1 Feb.
REX, tanquam princeps et senescallus Scotie, concessit DAVIDI LINDESAY, heredibus ejus et assignatis,—terras de Linbank, in baronia de Avendale, vic. Lanark; — in excambium pro terris de Lekprevik cum turre, fortalicio, tenentibus &c., in baronia de Kilbride, vic. Lanark, quas dictus Dav. disposuit quondam Jacobo Hammiltoun de Fynnart militi in excambium pro Linbank, licet terre de Linbank regi devenissent ob forisfacturam dicti Jac.; et rex ordinavit quod, si terre de Linbank a dicto Dav. recuperarentur per quascumque personas, regressus haberetur ad Lekprevik :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 216.

2591. Apud Striveling, 1 Feb.
REX confirmavit DAVIDI FORESTAR de Garden, et ELIZABETH SANDELANDIS ejus conjugi,—terras et baroniam de Garden-Forestar cum annexis &c., viz. turre, fortalicio et molendino earundem, terris de Gwiscroft, Claycroft, Mye, Montrewy, Ovir Glenny, Litill Coggis cum molendino, 2 septimis partibus de Carbrok et Gartincabir, vic. Striveling;—quas idem Dav. resignavit :—TENEND. dictis Dav. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Davidis quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 221.

2592. Apud Edinburgh, 6 Feb.
REX ad feodifirmam dimisit WILLELMO MORTOUN, — decimamsextam partem terrarum de Kingis-bernis, in dominio et senesc. de Fyff, extenden. in rentali Jac. IV. regis in firmis, grassumis &c., ad 5 sol., 8 bollas frumenti, 10 bol. 3 firlotas ordei, 6 capones, et per regem Jac. V. assedatam in feodo dicto Wil. pro rentali infrascript.: —TENEND. dicto Wil. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione; cum communi pastura &c. (*ut in carta* 2545):—SOLVEND. annuatim 50 sol., 9 bol. frumenti, 11 bol. ordei, 7½ capones; et duplicando &c. (*ut in carta* 2545):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 453.

2593. Apud Glammys, 11 Feb.
REX concessit familiari servitori suo JOHANNI DANYELSTOUN rectori de Dysert, et ejus heredibus, — domum et tenementum vocat. Parkleyisland, cum orto et cauda ejusdem, in burgo de Linlithqw, inter terras domini S. Johannis et terras Willelmi Carnecors;—que fuerunt Jacobi Hammyltoun olim de Kincavill, per eum conqueste et ei pro politia infra dict. burgum fiend. appreciate; et regi devenerunt ratione eschaete, eo quod dictus Jac. pro heresi convictus fuit: — SOLVEND. annuatim firmas burgales, servitium burgi debit. et consuet., cum annuis redditibus et aliis devoriis quibuscumque personis debit.: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 217.

2594. Apud Glammys, 11 Feb.
REX concessit familiari servitori suo JOHANNI DANIELSTOUN rectori de Dysarte, et ejus heredibus, — tres partes domus et tenementi (*in carta* 2593 *content.*) ;—que fuerunt Jacobi Hammiltoun olim de Kincavill, et regi devenerunt &c. (*ut in carta* 2593) :—Solvend. *ut in carta* 2593 :—Test. *ut in aliis cartis* &c.
xxviii. 218.

2595. Apud Glammys, 11 Feb.
REX confirmavit cartam Georgii Makalexander de Corsclayis,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit THOME CORRY de Kelwod, et MARGARETE NAPER ejus sponse,—dimedietatem 40 solidatarum terrarum de Drummoure antiqui extentus, per Wil. Gallo occupatas, super qua domus earundem situate sunt, in comitatu et balliatu de Carrik, vic. Air :—Tenend. dictis Tho. et Marg. ac ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Tho. quibuscumque, de rege tanquam com. de Carrik : —Test. Geo. Corry, Alex. Cokburn, Joh. Broun, M. Tho. Kene, And. Martyne :—Apud Edinburgh, 13 Aug. 1541]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 344.

2596. Apud Falkland, 13 Feb.
REX concessit GILBERTO COMITI DE CASSILLIS,—20 libratas terrarum antiqui extentus de Culzeane, cum tenentibus &c. et molendino earundem, in balliatu de Carrik, vic. Air ;—que fuerunt Eliz. Kennedy sponse Hugonis K., ei per Joh. K. de Culzeane alienate ; et quas dicta Eliz. cum consensu dicti Hug. resignavit ; et quas rex, pro bono servitio, incorporavit in liberam baroniam de Culzeane :—Tenend. dicto Gilb. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Tho. Kennedy ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Davidi K. fratri ejusdem germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Quintino K. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Arch. K. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Hugoni K. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jac. K. patruo dicti Gilb. et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Tho. K. de Coif et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Hugoni K. de Girven-manis et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Gilb. quibuscumque, arma, insignia et cognomen de Kennedy gerentibus, de rege tanquam principe Scotie et com. de Carrik: —Test. *ut in aliis cartis* &c. xxix. 7.

2597. Apud Falkland,14 Feb.
REX dedit literas legitimationis MARIOTE SCHAW bastarde, filie naturali quondam M. Roberti S. rectoris de Rettray ac successoris (succentoris) Dunkelden. xxviii. 515.

2598. Apud Falkland, 15 Feb.
REX confirmavit cartam familiaris sui et secretarii Thome Erskin de Brechin militis, —[qua ad feodifirmam dimisit nepoti suo JOHANNI ERSKIN de Dun seniori, heredibus ejus et assignatis,—dimedietates terrarum de Arrot et molendini earundem, et terrarum de Lichtounhill, in baronia de Brechin, vic. Forfar, extenden. in rentali suo ad 10 libras :—Reddend. annuatim dicto Thome 13 lib. 6 sol. 8 den.; necnon faciend. servitium ad tria placita capitalia de Brechin, cum duobus pedestribus armatis cum *lie halkirkis* et *pikkis* in servitio regis in exercitibus et guerris ; et duplicando dict. firmam ad introitum heredum : — Test. M. Henrico Sinclare rectore Glasguen., M. Willelmo Erskin rectore de Duchell, Walt. Erskin, Walt. Hoppringill, And. Moncreiff, M. Joh. Burnet notario publico :—Apud Edinburgh, 9 Feb. 1541] :—Insuper, si contingeret dict. terras in manibus regis devenire ratione quacumque, voluit quod dicti Joh. &c. easdem de rege in feodifirma tenerent :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 78.

2599. Apud Falkland, 15 Feb.
REX confirmavit cartam familiaris sui et secretarii Thome Erskin de Brechin militis, — [qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit nepoti suo JOHANNI ERSKIN de Dun seniori in libero tenemento, et JOHANNI ERSKIN

ejus filio et heredi apparenti, domino feodi de Dwn, in feodo, heredibus ejus et assignatis,—constabularie officium de Montrose, terras, piscarias et alia devoria ad id spectan., vic. Forfare :—Reddend. annuatim regi jura et servitia debit. et consuet.; et justitiam partibus querentibus ministrando : — Test. et de data *ut in carta* 2598]:—Test. 80. 70. 71. 88. 81. 106. 110. 97. 109. xxviii. 249.

2600. Apud Falkland, 15 Feb.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam D. Thome Ewin capellani,—[qua, —pro salute anime sue, animarum Jacobi IV. regis, Margarete regine ejus conjugis, quondam Patricii Bellenden et Mariote Douglas ejus conjugis et eorum prolium, M. Thome Bellenden de Auchnoule directoris cancellarie regis, ejusque prolium, Katherine Bellenden et quondam Ade Hoppar ejus sponsi, quond. Oliveri Sinclar de Rosling militis, ejus conjugum et prolium, Oliveri Sinclar de Pitcarne sponsi dicte Kath. et filii dicti Oliv. militis, et ejus prolium, Henrici domini Sinclare et Margarete Hepburn ejus sponse, quondam Patricii Richardsoun, uxorum proliumque ejus cum earum sponsis, Johannis Tennent et Mariote Atkinsoun ejus sponse, &c.,— in puram elimosinam concessit altari Sacri Cruoris infra ECCLESIAM COLLEGIATAM B. EGIDII DE EDINBURGH, ac capellano perpetuo ibidem servienti,— annuos redditus infrascriptos, cum avisamento 4 ecclesie magistrorum confraternitatis dicti altaris distribuendos, viz. ann. red. 6 marcarum 6 sol. 8 den. de tenemento terre quond. Jac. Turing, ex parti boreali vici regii burgi de Edinburgh, juxta ortum collegii S. Trinitatis prope dict. burgum; 20 sol. de terris M. Hen. Spittale, Jacobi Hall et Jacobi Harlaubankis, prope Arcum superiorem ex parte orientali transitus ejusdem, juxta terram altaris S. Jacobi; 13 sol. 6 den. de terra quond. Joh. Bercare subtus murum castri ex parte boreali vici regii (viz. 7 sol. de parte orientali per And. Moncur possessa, 6 sol. 6 den. de parte occidentali nuper Rob. Watsoun pertinen.), —pro anniversario &c., et distributione cibaria continen. 76 portiones (viz. quelibet portio unum libum album valoris 4 den., cum 6 den. in capite cujuslibet libi) quarum 36 Fratribus Minoribus de Observantia, 4 Sororibus hospitalis venelle B. V. M. dicti burgi, 3 leprosis prope capellam S. Niniani, cetere honestis pauperibus magis indigentibus distribuerentur, et 6 sol. aliis pauperibus debilibus qui partem dict. distributionis non acceperunt, in denariis darentur;— Necnon concessit eidem altari, et M. Andree Bonar capellano ejusque successoribus, —annuos redditus 5 marc. de tenemento terre posterioris Georgii Halkarstoun in Nyddryis-wynde, 24 sol de tenemento terre anterioris Geo. Ramsay subtus Arcum inferiorem ex parte australi vici regii, 10 sol. de tenemento terre Andree Mathesoun ibidem, 4 sol. de tenemento quond. Christine Ednem ibidem, 6 sol. 8 den. de tenemento Jacobi Falcoun sub muro castri ex parte australi vici regii, 2 marc. de tenemento Joh. Lichtoun in dicto burgo, 2 marc. de tenemento Tho. M'Clellane ex parte boreali vici regii, 2 sol. de tenemento Joh. Eglintoun ex australi parte vici regii sub muro castri, 2 marc. de terris quond. Georgii Tailyefeir ex parte australi vici regii infra tenementum quond. Geo. Robesoun juxta terram domini de Fentoun, 9 sol. de terris quond. Joh. Sellare subtus murum castri ex parte boreali vici regii, 13 sol. 8 den. de terris David Kincaid ibidem, 3 sol. de tenemento quond. And. Robisoun ibidem, 10 sol. de tenemento D. Jac. Gulde capellani ibidem, 40 den. de tenemento Jacobi Stury ibidem, 40 den. de tenemento David Falcoun ibidem, juxta venellam ducen. ad montem castri, 13 sol. 4 den. de terra D. Joh. Duncane capellani in *lie* Cowgait ex parte australi vici regii, 20 sol. de tenemento quond. Joh. Tavidale prope crucem vici Canonicorum ex parte australi vici regii:—et voluit quod donatio dicte capellanie post decessum suum pertineret dictis 4 ecclesie magistris :—Test. M. Adam Ottirburne preposito dicti burgi, M. Jac. Lausoun, M. Francisco Bothuile, Patricio Broun, Kentigerno Tenent, Symone Prestoun, Edw. Kincaid, ballivis dicti burgi, Nicholaio Carncors decano gilde, Roberto Henrysoun thesaurario, Wil. Sym, Johanne Blakstok, Joh. Hervy, magistris dicte con-

fraternitatis S. Cruoris, D. Math. Simsoun capellano dicti altaris, Vincentio Strathauchin et Joh. Foular notariis publicis, Tho. Glendynnys et Jac. Branwod serjandis gilde :— cum sigillo communi dicte confraternitatis :— Apud Edinburgh, 10 Jul. 1529]:—Test. *ut in aliis cartis* &c.

xxviii. 479.[1]

2601. Apud Falkland, 23 Feb.

REX confirmavit et de novo dedit ELIZABETH FOTHRINGHAME sponse Johannis Ogilwy de Inverquharite, in vitali redditu, et dicto JOHANNI OGILWY, heredibus ejus et assignatis,—villam, terras et molendinum de Manys, et terras de Westir Ednathy ;—necnon eidem Johanni, heredibus ejus et assignat.,—terras de Inverquharite, cum castro, fortalicio, piscariis, fullonum et granorum molendinis, terras de Newtoun, domum et tenementum cum orto et cauda earundem jacen. apud finem orientalem ville de Keremure orientaliter per cemiterium ejusdem, terras de Hirdhill, Balbryde, Kynnordy, cum lacu, anguillarum arca *lie eill-ark*, piscariis et domo earundem, Eistir Ednathy cum molendino et communi pastura, fossura et lucro focalium in moris de Lifty Ovir et Nethir, necnon cum privilegio scindendi et occandi arbores in foresta de Glenprosin ad sustentationem edificiorum dict. terrarum, aratrorum et harpicarum in necessariis, cum annexis, molendinis, piscariis, tenentibus &c. omnium dict. terrarum, in baronia de Keremure, vic. Forfare ;—que omnes fuerunt dicti Johannis, tente de Arch. olim com. Angusie, cum regis confirmatione desuper obtenta ; et quarum superioritas regi devenit ob forisfacturam dicti Arch.; et quas idem Joh. personaliter resignavit ; et quas rex, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, incorporavit in liberam baroniam de Inverquharite ; et ordinavit quod quamvis aliqua pars dicte baronie alienaretur, nulla esset ruptura dicte baronie :—Tenend. cum privilegio libere foreste :—Reddend. annuatim pro Inverquharite unum den. albe firme (licet de dicto Arch. tente fuerunt per servitium warde ; eo quia dictus Joh. terras de Luydinche cum *lie outsetis* et cotagiis, in dictis baronia et vic., que tanti fuerunt valoris ac terre de I., de dicto Arch. in alba firma tentas, de rege per servitium warde tenendas accepit) ; pro ceteris septem denarios albe firme :—Test. *ut in aliis cartis* &c.

xxviii. 138.

2602. Apud Falkland, 23 Feb.

REX ad feodifirmam dimisit ROBERTO ERSKIN magistro de eodem,—terras de Scheirgartane, Drumb de Kippane, et Arnebeg, cum molendino earundem, in senesc. de Menteith, vic. Perth, extenden. in firma et grassuma ad 16 libras 17 sol. 9 den. et obulum :—Tenend. dicto Rob. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :— Solvend. annuatim 18 lib. 4 sol. 5 den. et obulum, cum cariagiis solitis et consuet.; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum : —Test. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 317.

2603. Apud Falkland, 23 Feb.[2]

REX confirmavit cartam Willelmi M'Ge de Ballmage,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI MAKYNNAY in Glenschymrak, heredibus ejus et assignatis,—2½ marcatas terrarum antiqui extentus de Cra (per Wil. Makge occupatas), in parochia de Balmage, senesc. Kirkcudbricht :—Tenend. de rege :—Test. M. Andrea Blakstok, Joh. Sinclare, Gilberto M'Carrule, Wil. Rechee notario publico :— Apud Edinburgh, 22 Feb. 1541] :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 491.

[1] This charter contains the following names of adjoining owners :—Andrew Mowbray, umquhile Archibald Naper of Merchamestoun, umq. Barth. Carnis, umq. Tho. Smyth, Tho. Kincade, Jas. Laing, John Fischeare, Tho. Craufurde, Hector Thomsoun, Eliz. Bowdoun, Luke Sadelare, Martin Hunter, umq. Pat. Richartsoun, Wil. Craik, Rob. Carmichell, umq. Joh. Williamsoun, Joh. Naper, Wil. Lauder, John Cranstoun, Tho. Cranstoun, John Adamsoun, Wil. Hammyltoun, umq. Adam Kerkettill, umq. Ric. Gammyll, umq. John Malisoun, Thomas Bertrem, John Crunzane, Tho. Laverok, umq. Wil. Harlaw, David Heriot, Giles (Egidia) Harlaw, Adam Carnis.

[2] Dated an. reg. 1, the A.D. not given. This date is plainly inconsistent with the date of the confirmed charter. The date adopted is taken from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xv. fol. 91.

2604. Apud Dunde, 24 Feb.
REX confirmavit cartam Davidis Grahame, filii et heredis apparentis Willelmi G. de Fyntre, ac dom. feodi ejusdem,—[qua,— pro impletione sue partis litere obligationis per se cum consensu David Ogilvy de eodem curatoris sui dicto Wil. fact., et pro causis in dicta litera contentis penes resignationem feodi terrarum &c. dicto Wil. pertinen. in favorem suum pro infeodatione sua in eisdem, reservato liberetenemento dicto Willelmo,—concessit dicto patri suo WILLELMO GRAHAME, heredibus ejus et assignatis,—terras de Bouchlive, vic. Striveling: — REDDEND. regi servitium warde et relevii :—TEST. M. Joh. Lauder canonico Glasguen., Rob. Betoun de Creych, Arch. Betoun de Capildra, David Grahame, Wil. Auchinlek :—Apud Leyth, 10 Aug. 1541]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxviii. 69.

2605. Apud Falkland, 24 Feb.
REX confirmavit cartam Laurentii domini Oliphant,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, ad feodifirmam dimisit familiari servitori regis ROBERTO GIB, heredibus ejus et assignatis,—16 marcatas 8 sol. 8 den. terrarum de Murehous, per dictum Rob. ad firmam habitas, vic. Edinburgh : —REDDEND. annuatim dicto Laurentio 16 marc. 8 sol. 8 den.; necnon duplum dicte firme ad introitum heredum :—TEST. Arch. com. Ergadie, M. Pet. Sandelandis rectore de Caldour, Tho. Scot de Pitgormo, M. Laurentio Oliphant vicario de Foulis, Duncano Campbell :—Apud Duplyne, 26 Apr. 1538] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxviii. 257.

2606. Apud Glammys, 26 Feb.
REX confirmavit JACOBO TWEDY de Drummelzear, et MARIOTE STEWART ejus conjugi, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus dicti Jac. quibuscumque,—terras de Drummelzear (per Jacobum Twedy, Pat. Wauch, Wil. Young, Wil. Harpar, Wil. Murdoursoun, Wil. Smaill, Wil. Lillay et Joh. Johnkesoun occupatas), excepto granorum molendino earundem per Johannem Swayne occupat. jacen. ex orientali parte torrentis de D., ac molendinum fullonum de D. per Joh. Jonkesoun occupat., jacens ex occidentali parte dicti torrentis, in baronia de Drummelzear, vic. Peblis; — quas terras iidem Jac. et Mar., et quod molendinum fullonum idem Jac., resignaverunt:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxviii. 79.

2607. Apud Falkland, 2 Mar.
REX confirmavit cartam Walteri Lindesay militis dom. Beati Johannis, preceptoris de Torphiching ordinis Jherosolimitani &c.,— [qua,— ex speciali licentia F. Philippi Villoris Lisleadam, hospitalis S. Johannis Jerosolomitani magistri, in capitulo generali sibi concessa, — ad feodifirmam dimisit JOHANNI LINDESAY, et ejus heredibus masc. quibuscumque,—terras suas de Briggis, in baronia sua de Auld-Listoun, vic. Edinburgh, extenden. in rentali suo ad 10 libras:—REDDEND. annuatim dicto Walt. 14 lib., cum servitiis in curiis capitalibus solitis et consuetis; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum :—TEST. And. Lindesay, Hen. Polwort, Alexandro Weddall, Nich. Dundas, Jacobo Collisoun notario publico :—cum sigillo officii dicti Walteri: — Apud Torphiching, 20 Sept. 1540] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxviii. 254.

2608. Apud Falkland, 2 Mar.
REX,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per servitorem suum Jac. Scrymgeour constabularium de Dunde et ejus predecessores cognominis de S. impenso,— concessit et de novo dedit dicto JACOBO SCRYMGEOUR in libero tenemento, et familiari ac quotidiano servitori suo JOHANNI SCRYMGEOUR de Glastyr hereditarie,—terras et baroniam de Dudop, cum turre, fortalicio et molendino earundem, terras de Castelhill et officium constabularie de Dunde, terras de Kirktoun-Erlistrathdichty, cum *lie colt silver* et custumis prime nundine de Dunde, vic. Forfare; terras de Hilfield, South-Brodland, Marisfeild de Inverketing, aquarum et ventorum molendinis earundem, vic. Fiffe; terras de North-Bellok, South-Bellouch, Kyngude, Plewland et Oxingangis de Rait, Quiltis et Catermalingis, vic. Perth; terras

de Sonahard et molendinum earundem, vic. Abirdene; cum castris, turribus, fortaliciis, molendinis, multuris, piscariis tam in aqua recenti quam salsa, pendiculis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum omnium dictarum terrarum tam infra ecclesiam parochialem de Dunde quam extra eandem; — que fuerunt dicti Jacobi et ejus predecessorum, de rege tente (exceptis Quyltis, Catermalingis, *lie colt silver* et custumis, et tertia parte baronie de Dudop, que de quondam Pat. dom. Gray et ejus predecessoribus tente fuerunt in alba firma, et tunc de rege tente fuerunt ratione resignationis dimedietatis earundem ad remanentiam facte per And. Stratoun de Lowrestoun unum heredum dicti Pat., et ratione forisfacture Johannis dom. Glammis alterius heredum dicti Pat.); et quas idem Jac. personaliter resignavit; et quas rex, pro speciali favore, incorporavit in liberam baroniam de Dudop :—Tenend. dicto Jac. in libero tenemento, dicto Joh. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Johanni S. nepoti dicti Jac. procreato inter Jac. S. olim de Kirktoun et Eliz. S. filiam dicti Jac. constabularii, aut quibuscumque aliis heredibus masc. inter dictos Jac. et Eliz. legit. procreatis, quibus def., Jac. S. feodatario de Fardill et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., Jac. S. de Fordy et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Jac. S. de Gone et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., M. Johanni S. de Myris et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masc. sanguinis et cognominis de S. ejus arma gerentibus, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Jac. quibuscumque :—Reddend. annuatim wardas &c., cum tribus sectis ad tres curias capitales vic. de Forfare :—Reservata rationabili tertia Mariote Wardlaw seu alii sponse legitime dicti Jac. constabularii, cum contingeret :— cum potestate dicto Jac. tenentes intrare, presentationes conferre &c., prout si in feodo foret : — Preterea si contingeret dictum Jac. heredes masc. legit. procreare, voluit rex quod a dictis terris &c. non secluderentur, premuniendo dictum Joh. S. de Glaster, vel heredes dictarum terrarum possessores, personaliter seu in ecclesia paroch. de Dunde in die festo tempore summe misse, super 40 dierum premunitione ad comparendum et super summum altare dict. ecclesie recipiend. 1000 libras; et si dictus Joh. aut heredes a receptione dict. summe se absentarent, liceret dicto Jac. dictisve heredibus masc. dict. summam in manibus prepositi et ballivorum burgi de Dunde consignare; et deinceps dicte terre &c. legitime redempte reputarentur, dictusque Joh. et heredes ab eisdem secluderentur :—Test. *ut in aliis cartis* &c.

xxviii. 258.

2609. Apud Falkland, 3 Mar.

REX confirmavit cartam Alexandri Innes de eodem,—[qua concessit conjugi sue ELIZABETH FORBES relicte quondam Gilberti Keith de Trowp, in vitali redditu, —terras suas et villam de Kinnardy, cum manerio, castro, turre et fortalicio earundem, molendinum de K. cum multuris et *lie suckin* ejusdem, dimedietatem terrarum de Ardmalye, in baronia de Innes, vic. Banff; terras de Nethir Barflathillis vocatas *lie* Hauch, terras de Petgony, Cottis et Cass, in dicta baronia, vic. Elgin et Fores :— Reddend. annuatim regi unum den. albe firme :—Test. Andrea Boyne, Tho. Cheyne de Cruvy, Alex. Innes clerico parochiali de Abirkerdour, Nigello Layng et Jac. Bannatyne notariis publicis :—Apud Edinburgh, 1 Mar. 1541]:—Test. *ut in aliis cartis* &c,

xxviii. 66.

2610. Apud Falkland, 3 Mar.

REX confirmavit et quitteclamavit JOHANNI M'CAW, et EUFAMIE GREG ejus sponse,—quartam partem terrarum dominicalium de Est-Wemis apud orientalem partem earundem, in baronia de Est-Wemis, vic. Fiffe;—quam idem Joh. personaliter resignavit :—Insuper rex, pro bono servitio dicti Joh., quitteclamavit jus suum ad reversionis literam factam per dictum Joh. quondam Jacobo Colvill de Est-Wemis militi, qui dictas terras dicto Joh. alienavit de rege tenendas, per regis confirmationem desuper obtent.; que litera regi pertinuit ratione forisfacture contra sponsam et proles dicti Jacobi deducte :—

TENEND. dictis Joh. et Euf. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Joh. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 247.

2611. Apud S. Andream, 6 Mar.
REX confirmavit cartam Jacobi commendatarii perpetui prioratus ecclesie S. Andree, Alexandri Mylne abbatis de Cambuskynneth coadjutoris dicti Jac. dicteque ecclesie in spiritualibus et temporalibus administratoris, et ejusdem ecclesie conventus,—[qua, —pro magnis pecuniarum summis persolutis, et pro gratitudinibus &c., et vigore facultatis apostolice dicto Alex. per papam Paulum III. sub annulo piscatoris concesse ex data Rome apud S. Marcum 2 Aug. 1540, anno dicti pape 6, accedente Jac. V. regis consensu speciali,—ad feodifirmam dimiserunt PATRICIO COKBURN de Newbigging in vitali redditu, et PATRICIO COKBURN ejus filio et heredi apparenti, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscumque, arma insigniaque et cognomen de C. gerentibus,—terras de Clerkingtoun, cum mansione, domibus, edificiis, ortis, pomeriis, granorum et fullonum molendinis, in parochia sua de Hadingtoun, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh ;—reservatis 2 acris ex parte boreali domus vocate Blakhouse, cum libero introitu et exitu ad easdem, pro horreo et orto et aliis edificiis edificand. pro habitatione sua et receptione decimarum garbalium dicte parochie ;—que terre &c. prius per 19 annos dicto Pat. seniori et ejus majoribus locari consueverunt :—REDDEND. annuatim dicte ecclesie 20 lib., viz. 16 lib. antea consuet., et 4 lib. in augmentationem ; cum tribus sectis ad tria placita capitalia infra septa monasterii S. Andree ; necnon duplicando dict. firmam ad introitum heredum :—TEST. Roberto Stewart postulato Cathenen. ac preposito ecclesie collegiate de Dunbertane, M. Roberto Walterstoun preposito ecclesie colleg. de Bothanis, M. Pat. Cokburn rectore de Petcokkis, M. Pat. Buchquhannane, Davide Sinclare :—Apud dictum monasterium, 20 Feb. 1541] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 71.

2612. Apud S. Andream, 6 Mar.
REX concessit servitori suo quotidiano et impressori THOME DAVIDSOUN, et MARGARETE HARLAW ejus sponse,—terras quondam Johannis Cokburne infra tenementum Petri Marche, viz. tabernam anteriorem et botham marcatoriam interiorem eque supra dictam tabernam et sub gradu dicti Pet., ac mansionem terre anteriori dicti tenementi adjacentem, juxta terram quondam Wil. Cathkin ; quod tenementum jacebat in burgo de Edinburgh ex parte boreali vici regii, inter terras archiepiscopi Glasguen. et heredum quond. Wil. Halkerstoun ;—que regi pertinuerunt ob decessum dicti Joh. bastardi, absque legit. heredibus de corpore et absque legit. dispositione de eisdem in ejus vita facta ; et in minore etate regis quondam Waltero Chepman burgensi de Edinburgh disposite fuerunt, et tunc regi reverse sunt per revocationem generalem :—TENEND. dictis Tho. et Marg. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Tho. quibuscumque :—INSUPER, rex annullavit pretensa infeofamenta in minore etate sua desuper confecta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 73.

2613. Apud Edinburgh, 6 Mar.
REX,— cum literis directis Archibaldo Hoge nuncio, vicecomiti in hac parte, ad distringend. Eduerdum Reidheuch ut heredem et successorem quondam Jacobi R. de Tullichiddill, compotorum rotulatoris Jacobi IV. regis, pro 345 libris debitis Mariote Douglas relicte Patricii Bellenden, et consiliario suo M. Thome B. filio dicti Pat., 2 vacce et 3 equi super solo assedationis dicti Edw. terrarum de Dallansky, vic. Perth, appreciate fuissent pro 6 lib. 13 sol. in partem solutionis dicte summe, et pro 6 sol. pro feodo vicecomitis ; et 8 Nov. 1541, terre de Auchnyrech, Ymmelochlair, Cragneich cum molendino, et Glassinvaid, vic. Perth, redden. per annum 18 marcas, tente de Davide dom. Drummond, et terre sub-

REX ad feodifirmam dimisit PATRICIO PATERSOUN alias DUNCANSOUN, et MARIOTE CHESHOLME ejus conjugi, —terras de Kingarth, in senesc. de Strath-erne, vic. Perth, extenden. in novo rentali ad 13 libras 6 sol. 8 den.;—que prius dicto Pat. in rentali apud Perth 2 Jun. 1541 facto pro dicta summa cum *lie martis* in feodifirma assedate fuerunt : — TENEND. dictis Pat. et Mar. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et hered-ibus masc. inter ipsos legit. procreatis, qui-bus deficientibus, seniori heredum fem., quibus def., legit. et propinquioribus her-edibus masculis dicti Pat. quibuscumque, quibus def., seniori heredum fem. cuicumque absque divisione :—SOLVEND. annuatim 13 lib. 6 sol. 8 den., cum martis usitatis et consuet.; necnon duplicando dict. firmam ad introitum heredum ; necnon edificando mansionem cum politiis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 531.

2665. Apud S. Andream, 15 Maii.
REX concessit THOME SOMERVILE de Plane, et MARGARETE LEVINGS-TOUN ejus sponse, ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et vitali redditu, et THOME SOMERVILE eorum nepoti hereditarie, et heredibus ejus masc. quibuscumque,—terras nuncupatas Craggis-quarter Eistir et Westir, terras de *lie* Mylne-quarter et molendinum earundem, cum turre, fortalicio et manerie de Plane, terras de *lie* Ovir Quisny-quarter, 4 septimas partes de Cragmad, $6\frac{1}{2}$ septimas partes terrarum in villa superiore de Plane vocat. Law-quarter, 6 septimas partes terrarum de Plane appel-lat. Quhilt-quarter *alias* Plane-miltquarter, terras Sauchinfurd nuncupatas, $5\frac{2}{3}$ septimas partes de *le* Smithis-quarter, $5\frac{2}{3}$ septimas partes de *le* Towchhill-quarter, 2 septimas partes de Carbrok et de Gartincaber, 3 septimas partes de Dourshaill, cum domi-bus, edificiis, ortis, molendinis, multuris, piscariis, tenentibus &c., vic. Striveling ;— quas idem Tho. senior, cum consensu dicte Marg. domine conjuncte infeodationis unius

partis earundem, resignavit; et quas rex, pro bono servitio dicti Tho., et pro compositione persoluta, incorporavit in liberam baroniam de Plane:—REDDEND. annuatim 7 libras 7 sol. argenti, necnon unam sectam in itinere justiciarie Laudonie, nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxviii. 140.

2666. Apud S. Andream, 16 Maii.

REX confirmavit ROBERTO ARBUTHNOT de eodem, heredibus ejus subscriptis et assignatis, — terras et baroniam de Arbuthnot, viz. terras dominicales, castrum et fortalicium de A., molendinum, Myltoun, Petehill, Elpote, Drumyochir, Aldkayak, (C)aldcottis, Broungarishill, Garrattismyre, Brigend, Lednaskeyne, Mongawdrum, Petquhorthy, Mekle Futhes cum molendino (et) terris molendinariis, Collistoun, Mutelawhill, Threipland, Layis, Petcarlis, Drumrabbyn, Quhitefeild, Banff cum molendino fullonum, et Bardisland, cum piscaria in aqua de Bervy et piscariis in faucibus aque de Inverbervy infra maris fluxum, cum tenentibus &c., *lie outsettis* et dependen., jure patronatus capellanie B. V. M. infra ecclesiam de Arbuthnot, terras de Portartoun et Orchartoun, cum communi pastura in mora de Cammak, terras de Arduthowy, Auchinzoich, Greyncastell, Portarhalch, Portarcroft, 2 nonas partes de Inverbervy vocat. Halgrene, cum particatis *lie rudis*, et molendinis earundem, 2 nonas partes de Inverbervy vocat. Brusis-landis, cum tertia parte molendini earundem, et annuis redditibus particatarum ville de Inverbervy, ann. red. 5 sol. terrarum de Birny, 20 sol. ann. red. de terris de Stane de Benholme pro astricta multura earundem, cum *lie outsettis* &c., vic. Kincardin;—que fuerunt dicti Rob., viz. Arduthowy et seq. usque ad Halgrene cum particatis et molendino in tenandria, cetere in proprietate; et quas idem Rob. personaliter resignavit; et quas rex, pro bono servitio dicti Rob., et pro compositione persoluta, de novo incorporavit in liberam baroniam de Arbuthnot:—TENEND. dicto Rob. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Davidi A. fratri germano dicti Rob. et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., M. Rob. A. patruo dicti Rob. et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Joh. A. in Portartoun et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jac. A. fratri dicti Joh. et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Rob. A. de eodem quibuscumque, arma et cognomen de Arbuthnot gerentibus, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus ejus quibuscumque:—REDDEND. annuatim pro castro, fortalicio, terris dominicalibus, molendino et terris molendinariis de Arbuthnot, Drumrabbin, Quhitfeild, Banff, Pitcarlis et Layis, jacen. prope et circa dict. castrum, unum den. albe firme; pro ceteris unam sectam in qualibet trium curiarum capitalium vic. de Kincardin, necnon wardas &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 259.

2667. Apud Edinburgh, 16 Maii.

REX concessit M. ALEXANDRO KYNNYNMONTH vicario de Pambride, heredibus ejus et assignatis,—binam partem terrarum de Seres, cum domibus, edificiis, toftis et croftis (appreciatam pro 120 libris), tertiam partem de Petscotty (valentem per annum 5 marcas, appreciatam pro 66 lib. 13 sol. 4 den.), molendinum de Seres (valens per annum 8 lib., appreciat. pro 160 lib.), vic. Fiffe;—que fuerunt Andree Kynnynmonth de Craghall, de rege tente per servitium warde; et compertum fuit dictum And. dicto Alex. debere proficua dicte bine partis de S. per 7 annos post Penthecostes terminum in anno 1527, pro quibus eandem dicto Alex. locaverat cum warantizatione ad intrandum, in quo defecit (proficuis extendentibus annuatim ad proficuum et seminationem 10 celdrarum avenarum estimat. ad tertium granum, pretium bolle cum pabulo 13 sol. 4 den., unius celdre frumenti estimat. ad quartum granum, pretium bolle cum pabulo 20 sol., 24 bollarum pisarum estimat. ad quartum granum, pretium bolle cum pabulo 16 sol. 8 den., 28 bollarum ordei estimat. ad quartum granum, pretium bolle cum pabulo 20 sol., proficuum 160 ovium lactantium seu matricum estimat. proficuum ovis annuatim in lana, agno, butiro et câseo ad 5 sol., gramina et pasturam 40 summarum sterilium catallorum, pretium summe annuatim 4 sol., proficuum

16 *lie dawerkis* feni, pretium cujuslibet 20 sol., extenden. in toto ad 4536 lib.); et sexta parte de Ladedy, 8 denariatis alterius sexte partis earundem, *lie* Lyme-landis dictarum terrarum, dicta bina parte de Seres, terris de Callinche, Westir Petscotty, molendino de Seres, terris de Kynnynmonth cum pomerio, molendino de Balduvy, terris de Nethir Magask, Estir et Westir Coquhille, Petkene, molendino de Petcarne, terris de Urquhart, bina parte de Craghall, vic. Fiffe, per Andream Meffane unum marorum sive officiariorum vic. de Fiffe attachiatis, 18 Apr. 1542 (coram Geo. comite de Rothes dom. Leslie vicecomite de Fiffe, Wil. Ramsay de Brakmont et Alex. Narne de Sandfurd ejus deputatis, comparentibus Thoma Williamsoun burgensi de Cowpare pro ejus interesse penes binam partem de Petscotty, Pat. Kynnynmonth filio et herede apparente dicti Andree per M. Wil. Arthure pro ejus interesse penes Callinche, Davide Bothuile et Joh. Hacket de Petfurane pro eorum interesse ad Urquhart, Wil. Lindesay de Pyotstoun pro ejus interesse penes annuum redditum 8 bollarum farine avenatice et 8 bol. ordei ex bina parte de Seres, et Margareta Berclay relicta quondam Jacobi Jamesoun burgen. de Cowpare per Davidem Baxstare pro ejus interesse penes ann. red. 14 bollarum ordei et 6 bollarum farine avenatice ex terris de Seres) dicte terre appreciate fuerunt[1] pro summis supradictis, et dicto M. Alex. vendite in partem solutionis dict. summe principalis, cum potestate dict. annuos redditus redimendi:—et voluit rex quod dictus And. K., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocumque summas, pro quibus dicte terre &c. appreciate fuerunt, persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 323.

2668. Apud S. Andream, 16 Maii.

REX, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, concessit WILLELMO EKLIN de Pettawdro, et ALISONE MALVILE ejus sponse,—wardam, relevium et nonintroitum terrarum et molendini de Pettawderro, in baronia de Inverkething, vic. Fiffe (per ipsos tentarum de domino de Barnbowgall, qui easdem tenuit de rege per servitium warde), quoties ipsas in manibus regis ob decessum domini de B. devenire contingeret; cum omnibus firmis &c. earundem, usque ad legitimum introitum heredis legitime etatis :—TENEND. dictis Wil. et Alis. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Wil. quibuscumque : —REDDEND. annuatim 16 libras durante warda &c. xxviii. 485.

2669. Apud Petlithy, 19 Maii.

REX confirmavit cartam Jacobi Nobill de Ardardane,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit M. JOHANNI CHEPMAN burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis,—terras de Baljoffray, cum tenentibus &c., vic. Dunbertane :—TEST. David Watsoun burgen. de Dunbartane notario publico, Alex. Dunbar de Cumnok, D. Bartholomeo Robisoun capellano, Gilb. Henrysoun, M. Gilb. Grote et Alex. Gibsoun, Joh. Crummy burgen. de Edinburgh, Jac. Gray, Jac. Greiff :—Apud Edinburgh, 1 Maii 1541]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 541.

2670. Apud Edinburgh, 23 Maii.

REX concessit ELIZABETH GORDOUN, heredibus ejus et assignatis, et JACOBO HERING ejus sponso pro ejus interesse,—3 quarteria orientalia terrarum de Estir Eschindy (que integre terre 4 celdras 8 bollas, binam partem farine et tertiam partem ordei, 8 bollas pabuli equorum *lie horse corne*, persolvebant, redden. tamen sedi Dunkelden. 5 marcas, et 4 bollas ac modium farine *lie tuyse schelit meill*, et sic extenden. ad 3 celdras 6 bol. victualium, 6 bol. pabuli equorum, pretium celdre vic-

[1] Names of assize :—David Mortoun of Cammo, John Seytoun of Lathrisk, Robert Borthuik of Gordonishall, Wil. Lummisdane of Ardre, John Quhite of Lumbany, Jas. Sibbald of Ovir-Rankelour, Francis Ramsay of Foxtoun, Joh. Forret of that ilk, Jas. Lochmalony of that ilk, David Balfoure of Petcullo, David Petblatho of that ilk, Alexander Spens of Lathallandis, John Lessellis of Inverdovat.

tualium 10 marc., bolle pabuli 7 sol.), vic. Perth ;—que fuerunt Johannis Cargill de Kinloch, de rege tente per servitium warde ; et literis vicecomiti de Perth directis ad distringend. dictum Joh. pro 600 marcis in quadam reversione contentis et dicte Eliz. debitis, et 7 bobus dicti Joh. per Jac. Forestar unum ex maris dicti vic. ad 7 lib. 7 sol. appreciatis et dicte Eliz. deliberatis, et terris de Nethir Balcarne et Eistir Eschinde attachiatis, 2 Mar. 1537 Adam Lyndesay de Dowhill infeofamentum sibi desuper per dictum Joh. confectum produxit ; et aliis literis Johanni Kilgour, deinde Patricio Croket, postea Roberto Marser de Balleiff, vicecomitibus in hac parte directis, postremo terre suprascripte 6 Maii 1542 appreciate fuerunt[1] pro 588 marc. 13 sol. de resta dicte summe, et pro 29 marc. 5 sol. 8 den. pro feodo Johannis Maxwell de Polgavy vicecomitis deputati de Perth :—Et voluit rex quod dictus Joh. C., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocumque dictas summas persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxviii. 133.

2671. Apud S. Andream, 23 Maii.
REX dedit literas legitimationis WILLELMO SCHORT in Blakgrange, filio naturali quondam . . . . Schort.
xxviii. 307.

2672. Apud S. Andream, 27 Maii.
REX dedit literas legitimationis WILLELMO M'KE et JOHANNI MAKKE bastardis, filiis naturalibus D. Johannis M.
xxviii. 279.

2673. Apud S. Andream, 29 Maii.
REX ad feodifirmam dimisit WILLELMO COMITI DE MONTROSE dom. Grahame &c., pro ejus bono servitio et pro speciali favore, — 12 marcatas terrarum antiqui extentus de Ratrenys Eistir, Westir et Middill, cum molendino, terra molendinaria, *lie outsettis*, et salmonum piscaria earundem super aqua de Alloun, in senesc. de Strathearne, vic. Perth (intra limites specificatos), extendentes in rentali suo ad 38 marcas ; necnon 2 marcat. ant. ext. de Blaksawch, in eisdem senesc. et vic., extenden. ad 4 marc. :—TENEND. dicto Wil. et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione : —REDDEND. annuatim pro Ratrenys 50 marc., pro Blaksauch 5 marc.; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum ; necnon edificando mansionem cum politiis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 190.

2674. Apud S. Andream, 29 Maii.
REX concessit ARCHIBALDO CAMPBELL filio et heredi apparenti Jacobi C. de Lawaris, et AGNETI ROS ejus sponse, — dimedietatem terrarum de Lawaris, Lawirmoir, Lawirmanach et Clenlawir, jacentium in Dischour super Lochtay, in baronia de Lawaris, vic. Perth ;—quam dictus Jacobus resignavit :—TENEND. dictis Arch. et Ag. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. in carta tallie per regem dicto Jac. facta specificatis de data 4 Jun. 1540 :—INSUPER rex, pro bono servitio dictorum Jac. et Arch., ordinavit quod hec infeodatio nulla esset ruptura baronie de Lawaris :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxix. 31.

2675. Apud S. Andream, 30 Maii.
REX ad feodifirmam dimisit familiari suo GEORGIO KIRKCALDY, fratri germano Jacobi K. de Grange,—terras de Skeoch, extenden. ad 6 bovatas, in baronia de Skeoch, vic. Striveling, extenden. in rentali suo ad 12 libras monete et 12 bollas ordei : —TENEND. dicto Georgio et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum

[1] Names of assize (first summoned for 16 Feb. 1541 by John Arth one of the mayors of the sheriffdom of Perth) : — Laurence Marser of Megillour, Joh. Buttir of Calle, Walt. Brisoun of Petculane, Walt. Chayp of Dalquhorachy, Wil. Drummond of Smythstoun, David Murray of Ardergy, Joh. Reid in Rettray, Wil. Lyndesay in Caldame, Walter Ramsay in Halyardis, Robert Barclay of Strowy, Joh. Cumyng of Cowte, Wil. Spilding in Kethik, Alex. Cumyng in Mylhorne, Wil. Diksoun in Banchre, Pat. *alias* Pawtoun Strogeyth in Skone, Arch. Kincaid in Carnety, Joh. Flucar in Banchory.

fem. absque divisione :—REDDEND. annuatim 13 lib., et 13 bol. ordei ; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum ; necnon edificando mansionem cum politiis : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 271.

2676. Apud S. Andream, 30 Maii.
REX dedit literas legitimationis WILLELMO HALIBURTOUN bastardo, filio naturali Johannis H. in Mawis.
xxviii. 384.

2677. Apud S. Andream, 30 Maii.
REX, ad feodum dominii et regalitatis de Dalkeith ob resignationem Roberti Douglas de Lochlevin aliorumque feodatariorum ad remanentiam jus plenarium habens,—cum Pat. Douglas de Moffett, unus liberetenentium dicti dominii, et ejus predecessores domini de M., regi regisque progenitoribus fideles extitissent, ac furtum furtique receptationem infra suos limites reprimere laborassent,—confirmavit dicto PATRICIO DOUGLAS, ejusque heredibus subsequen. et assignatis,—terras et villam de Moffet, Grantoun, Newtoun et Corhede, cum acra terrarum apud finem ville de Moffet nuncupat. Douglas-aker, cum maneriis, molendinis, piscariis, silvis, parcis *lie parkis*, toftis, croftis, pendiculis, *lie outsettis*, tenentibus &c., in senesc. de Ananderdale, vic. Drumfres ; dimedietatem terrarum de Borg, viz. Nethir Borg et Blakcrag, cum *lie* Castell-steid earundem, cum maneriis, toftis, croftis, pendiculis et *lie outsettis*, in dominio de Galloway, senesc. Kirkcudbricht ;—que acra apud Moffet et Castellsteid de Nethir Borg regi in proprietate pertinuerunt tanquam pars dominii de Dalkeith, ceteras (prius dicto Patricio pertinentes tanquam tenandrias dicti dominii, exceptis 4 marcatis antiqui extentus ville de Moffett de rege et regis predecessoribus tentis), idem Patricius resignavit ; et quas omnes rex, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo incorporavit in liberam baroniam de Moffet, et de novo dedit :—TENEND. dicto Pat. et heredibus quibuscumque ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Geo. D. filio Hugonis D. de Borg, et heredibus ejus masc. ejus cognominis, quibus def., heredibus dicti Pat. quibuscumque; cum privilegio libere foreste ubi silve fuerunt :—REDDEND. annuatim unum missile *lie ganye*, et 2 den., nomine albe firme : — TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxix. 34.

2678. Apud S. Andream, 31 Maii.
REX confirmavit cartam Willelmi Lioun de Comalegy,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit THOME ERSKIN de Brechin militi, secretario regis, heredibus ejus et assignatis,—nonam partem terrarum de Westir Ovir-Cragy, vic Kincardin: —TENEND. de rege : — TEST. M. Roberto Erskin decano Abirdonen., M. Alex. Spittale rectore de Clatt, M. Jacobo Wawane rectore de Oyne, D. Andrea Fynlasoun vicario S. Macharii, Jac. Currour :—Apud civitatem Abirdonensem, 3 Maii 1542] :— INSUPER, pro bono servitio dicti Tho., dict. terras univit terris et baronie de Estir Brechin, vic. Forfare, tanquam partem et pendiculam ejusdem :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 132.

2679. Apud S. Andream, 31 Maii.
REX ad feodifirmam dimisit Domine MARGARETE CREYCHTOUN comitisse de Rothes, heredibus ejus et assignatis,— terras et villam de Drumcroce, vic. Linlithqw, extendentes in rentali suo ad 20 libras 16 solidos:—SOLVEND. annuatim 40 marcas ; et duplicando dictam firmam ad introitum heredum ; necnon edificando aulam, cameram, coquinam, horreum, bostare, columbare, ortos, sepes et alias politias necessarias : — INSUPER rex, pro bono servitio dicte Marg., revocavit cartas per se quibuscumque personis desuper prius factas :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxviii. 189.

2680. Apud S. Andream, 2 Jun.
REX confirmavit cartam consiliarii sui Walteri Lindesay militis, dom. B. Johannis, preceptoris de Torphichin &c.., —[qua,—ex speciali licentia F. Philippi de Willers Lisleodam, hospitalis S. Johannis Jerosolimitani magistri,—ad feodifirmam dimisit GILBERTO MENZEIS de Findoun, et MARIOTE CHALMER ejus sponse, ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta

infeodatione ac vitali redditu, et THOME MENZEIS de Petfodellis ejus filio et heredi apparenti, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscumque, hereditarie,—terras suas de Blaris, Estland, Tuliskeith et Estir-Tilboury, cum molendino terrarum de Marecultir, terra molendinaria et astricta multura terrarum et baronie de Marecultir ei pertinen., ac cum communi pastura animalium dicto molend. pertinente ut alii coloni habuerunt, et piscatione dict. terris adjacen. et pertinen. separatim exeuntium in aqua de Dee (per dictum Gilbertum colonum dicti Walt. cultas et melioratas et per ipsum et subtenentes occupatas), in dicta baronia, vic. Kincardin:—REDDEND. annuatim dicto Waltero pro dict. terris &c. (prius extenden. in firmis, grassumis, *lie custum martis*, pultriis &c., ad 14 libras 13 sol. 4 den.) 16 lib. 13 sol. 4 den.; et tres sectas ad tres curias capitales dicte baronie; necnon duplicando dictam firmam ad introitum heredum:—INSUPER dictus Walt. ordinavit quod unica sasina apud Blaris capienda pro omnibus sufficeret:—et si solutio canonis per 3 terminos successive deficeret, caderent a jure:—TEST. M. Jac. Watsoun rectore de Alem, Alex. Lindesay, Andrea Lindesay, Nich. Dundas, D. Joh. Maknakkis capellano ac notario publico: — cum sigillo officii dicti Walt.:—Apud Edinburgh, 15 Dec. 1535]:—INSUPER, pro bono servitio, concessit dictis Gilb. et Tho. jus suum ad dict. terras ratione solempnitatum omissarum &c:—TEST. 80. 70. 71. 88. 81. 93. 106. 110. 97. 109. xxviii. 191.

2681. Apud S. Andream, 2 Jun.

REX confirmavit cartam Gilberti Menzes de Findoun,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit GILBERTO FRASER burgensi de Abirdene, heredibus ejus et assignatis,—piscariam dimidii retis de *lie* Raik super aqua de Dee (sibi venditas per Joh. Waus de Many), infra communitatem burgi de Abirdene, vic. Abirdene:—TENEND. de rege:—TEST. Johanne Cunynghame, Joh. Menzeis, Thoma Blair, Magistris David Nicholsoun, Edw. Menzeis, Joh. Nicholsoun notario publico:—Apud Abirdene, 6 Maii 1542]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 262.

2682. Apud S. Andream, 2 Jun.

REX dedit literas legitimationis JOHANNI SCRYMGEOUR et WILLELMO SCRYMGEOUR bastardis, filiis naturalibus M. Johannis S. de Myris. xxviii. 543.

2683. Apud Perth, 10 Jun.

REX, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, confirmavit et de novo dedit familiari servitori suo THOME BLAIR de Balthiosk,—terras de Ardlare et Baldowre, cum molendino, vic. Forfare; terras et baroniam de Cultis cum molendino, vic. Fyffe; terras et villam de Goddingis, necnon *lie outset* earundem Turfhillis nuncupat., cum earundem pendiculis, in baronia de Baltrodde, vic. Perth; cum molendinis, multuris, tenentibus &c. omnium dict. terrarum;—que fuerunt dicti Thome et ejus predecessorum, et quas idem Tho. resignavit; et quas rex, pro speciali favore, de novo incorporavit in liberam baroniam de Ardlare, et voluit turrim et fortalicium de Ardlare fore principale messuagium ejusdem; et concessit quod si que dict. terrarum in conjuncta infeodatione darentur seu sub reversione alienarentur, dict. terre redempte aut domina conjuncte infeodationis decedente ad dictam baroniam reverterentur:—TENEND. dicto Tho., et post ejus decessum Alex. B. ejus primogenito filio et heredi apparenti, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Wil. B. filio dicti Tho. secundo et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Pat. B. filio dicti Thome ultimogenito et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus quibuscumque dicti Thome de corpore legitime procreatis, quibus def., Pat. B. de Bomyle et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Alexandro B. fratri germano dicti Pat. et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Alex. B. burgensi de Perth et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Joh. B. de Melginche et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Wil. B. de Bawgillo et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Joh. B. de Ardblair et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., M. Georgio B. de Bendochy et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Geo. B. burgensi de Dunde et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Gilb. B. in Auchterallith et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def.,

Davidi B. de Bawgray et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Geo. B. in Pety et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Thome quibuscumque, cognominis de Blair, domusque Balthiosk insignia gerentibus :— REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Forfare, cum wardis, releviis et maritagiis cum contingerent :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 297.

2684. Apud Edinburgh, 10 Jun.

REX concessit THOME CORRY de Keldwod, heredibus ejus et assignatis,—11 marcatas terrarum antiqui extentus de Kilhenze, cum molendino, turre et fortalicio earundem (valen. per annum 85 marcas), in balliatu et comitatu de Carrik, vic. Air ;—que fuerunt Johannis Bard de Kilhenze, de rege tanquam principe Scotie et com. de Carrik tente per servitium warde ; et compertum fuit per Jacobum Kennedy in Brunstoun et Malc. M'Crindill, ballivos deputatos de Carrik, in curia apud Knokoschape juxta Garvane tent. 12 Oct. 1540, summam 2000 marc. in quodam scriniolo alias *lie box* per dictum Joh. receptam fuisse a quondam Thoma Corry de Keldwod, patre Thome Corry suprascripti ; et postquam bona mobilia dicti Johannis per Edw. Bowman serjandum et officiarium comitatus de Carrik ad 271 marc. 4 sol. 8 den. appreciata et dicto Tho. deliberata fuerant (viz. 18 boves, pretium pecie 40 sol., 3 vacce lactantes, pretium pecie 40 sol., 4 equi et una equa, pretium pecie 50 sol., 10 vacce pregnantes, pecie pretium 32 sol., 5 vacce dicte *forrow* cum earum vitulis, pretium pecie 32 sol., 10 vacce trimule et bimule, pretium pecie 20 sol., 40 oves steriles, pretium pecie 5 sol., 20 *lie hoggis*, pretium pecie 3 sol., 20 bolle avenarum in horreo, pretium bolle 6 sol., 120 *lie thravis* avenarum estimat. ad 60 bol. avenarum, pretium bolle cum pabulo 6 sol. 8 den., 22 *lie thravis* ordei estimat. ad 8 bol. ordei, pretium bolle cum pabulo 13 sol. 4 den., 8 bolle farine avenatice ex firmis molendini, pretium bolle 13 sol. 4 den., 4 acre terrarum seminatarum, pretium 4 lib., 5 lecti minuti cum lectis plumariis, linthiaminibus, lodicibus et superlectilibus, pretium 10 lib., 8 coclearia argentea, pretium 8 sol., una celdra farine avenatice in cellario, pretium bolle 12 sol., arce, ciste, panaria, mense, olle, patelle, disci, paropsides et caminus ferreus, pretium 10 lib.), dicte terre appreciate fuerunt [1] apud Maybole 28 Mar. 1542, et dicto Tho. vendite, pro 1728 marc. 8 sol. de resta dict. summe, et pro 86 marc. 5 sol. $9\frac{1}{6}$ den. pro feodo Roberti Park, Arthuri M'Gurghe, et Fergusii Dalrimpill in Maybole, ballivorum deputatorum de Carrik :—et voluit rex quod dictus Joh., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocumque dictas summas persolverent infra septennium :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 429.

2685. Apud Edinburgh, 12 Jun.

REX, tanquam princeps et senescallus Scotie et com. de Carrik, de novo concessit HUGONI KENNEDY, filio inter Hugonem Kennedy de Girvan-manys et Jonetam Stewart ejus sponsam legitime procreato, heredibus ejus subscript. et assignatis,—11 marcatas terrarum antiqui extentus de M'Gillevenestoun, M'Gumristoun, M'Roristoun et Ferdingwilliam, 40 solidat. ant. ext. de Knokin, 40 sol. ant. ext. de Ballache *alias* M'Birnistoun, 10 sol. ant. ext. de Carnfoar, cum lacu de Lochmoan, molendinis, multuris, annexis, cotagiis, toftis, croftis et pendiculis, cum piscaria de Makgillevenestoun super aqua de Dwne, in balliatu et comitatu de Carrik, vic. Air; —quas dictus Hugo senior resignavit in mense Maii 1532, et quarum feodum in manibus regis remansit, dicta Joneta in vitali redditu earum infeodata ;—et quas rex, pro bono servitio dicti Hug. senioris, ac pro compositione persoluta, de novo incorporavit in liberam baroniam de Makgumristoun :—TENEND. dicto Hug. juniori

[1] Names of assize : — M. Matthew Chalmer, Dunc. Kennedy of Dalgarvry, David Kennedy of Pennyglen, Tho. Kennedy of Coif, Pat. Mure of Clongeard, John Kennedy of Kilmychell, George Makalexander of Corsclayis, Math. Eklis, James Bard of Drummuling, Jas. Kennedy in Garping, Alex. Mure in Kilmychell, David Craufurd of Kers, Duncan Craufurd of Camler, Rob. Craufurd in Coline, Joh. Fullertoun of Dreghorne.

et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Gilb. K. fratri germano dicti Hug. et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Jacobo K. eorum fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Jac. quibuscumque, arma et cognomen de Kennedy gerentibus, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Jac. quibuscumque ; cum privilegio libere foreste ubi silve fuerunt :—Reservatis libero tenemento dictis Hug. seniori et Jonete ac eorum alteri diutius viventi, et rationabili tertia sponse dicti Hug. senioris cuicumque cum contingeret : —Test. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 192.

2686. Apud Edinburgh, 12 Jun.

REX, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, concessit JOHANNI SYMSOUN, et ejus heredibus,—terras Lammis-land nuncupatas, in libertate burgi de Selkirk, dominio de *lie* Manis de Selkirk, vic. ejusdem ;—que fuerunt dicti Joh., tente de Arch. olim com. Angusie ; et regi devenerunt ob forisfacturam dicti Arch.:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 261.

2687. Apud Edinburgh, 12 Jun.

REX, tanquam Scotie senescallus et com. de Carrik, de novo concessit HUGONI KENNEDY, filio inter Hugonem K. de Girvan-manis et Jonetam Stewart ejus sponsam procreato,—10 libratas terrarum antiqui extentus de Girvane, cum manerio, molendinis, multuris, toftis, croftis, pendiculis, *lie outsettis* et cotagiis, cum earum piscariis super aqua de Girvane tam in aqua dulci quam salsa infra maris fluxum, in balliatu et comitatu de Carrik, vic. Air ; —quas dictus Hug. senior resignavit &c. (*ut in carta* 2685) ; et quas rex, pro bono servitio dicti Hugonis senioris, ac pro compositione per eum persoluta, de novo incorporavit in liberam baroniam de Girvane :—Tenend. *ut in carta* 2685 :—Reddend. annuatim unum par calcarium nomine albe firme :—Reservatis *ut in carta* 2685 :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 264.

2688. Apud Edinburgh, 13 Jun.

REX, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo concessit JOHANNI BOWMAKER seniori in libero tenemento, et ejus filio et heredi apparenti JOHANNI BOWMAKAR juniori in feodo, heredibus ejus subscript. et assignatis,—dimedietatem terrarum de Printonane, extendentem ad 18 marcatas, jacentem prope aquam de Tueide super limites versus Angliam, vic. Berwik, in regis manibus existentem ratione nonintroitus ;—que fuit vetus hereditas per dictum Joh. seniorem et ejus predecessores in temporibus elapsis post memoriam hominum possessa ; et cujus antique evidentie perdite sunt in tempore belli infra Scotos et Anglos :—Tenend. dicto Joh. seniori *ut supra*, dicto Joh. juniori et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Archibaldo B. filio dicti Joh. senioris et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., propinquioribus et legit. heredibus dicti Joh. senioris quibuscumque: —Reddend. servitium warde &c. :—Reservata rationabili tertia Agneti Ellem sponse dicti Joh. senioris cum contingeret : —Test. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 269.

2689. Apud Edinburgh, 14 Jun.

REX concessit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit WALTERO LESLIE, et ELIZABETH WARDLAW ejus sponse,—quatuor partes et quatuor quinque partes unius sexte partis terrarum de Otterstoun, cum partibus &c., vic. Fyffe ;—quas dicta Eliz., Helena W., Eliz. W., et Joneta W., quatuor sex filiarum et heredum quondam Isobelle Broun et Andree W. ejus sponsi, cum consensu dicti Walt. et Willelmi Abircrummy sponsi dicte Jon., resignaverunt :—Tenend. dictis Walt. et Eliz. ejus sponse, et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicte Eliz. quibuscumque :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxix. 143.

2690. Apud Edinburgh, 15 Jun.

REX confirmavit cartam Johannis Ogilwy de Durne,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WALTERO BERCLAY de eodem, et MARGARETE OGILWY ejus sponse,—terras suas de Lit-

till Gowynny, in baronia de Baldavy, vic. Banff :—TENEND. dictis Walt. et Marg. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibusque inter ipsos procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Walteri quibuscumque, de rege : — REDDEND. annuatim servitium debit. et consuet., cum 7 marcis attribuend. uni capellano sacelle S. Anne infra ecclesiam parochialem de Fordice :—TEST. Alex. Ogilwy de eodem, David Bailye, Jacobo Baird, Joh. Ferchersoun, Niniano Newtoun, D. And. Hay et D. Tho. Gregour capellanis, M. Geo. Duncansoun notario publico :—Apud Fyndletter, 5 Maii 1542] :—INSUPER, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, dictas terras univit terris et baronie de Berclay, vic. Abirdene, tanquam partes et pendiculas ejusdem :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxix. 26.

2691. Apud Halyrudhouse, 16 Jun.
REX, pro bono servitio, confirmavit et de novo dedit quotidiano familiari servitori suo ANDREE WOD de Largo,—terras de Largo et terras cotagias earundem, cum molendino, terris molendinariis et brasinis (cum terris de Halhill et Montripple abbati et conventui de Dumfermling pertinen. per metas specificatas limitantes), terras de Fawfeildis et Frostleyis, terras Brownis-landis nuncupatas, cum toftis et croftis earundem, domibus et edificiis super eisdem, vic. Fyffe ; ac insulam *lie inche* de Inchekeith jacen. in regio mari contra burgum de Kingorne ; cum castris, turribus, fortaliciis, maneriebus, molendinis, piscariis salmonum apud sinum torrentis de Largo, et ceteris piscariis, annexis, cuniculariis, carbonariis, tenentibus &c., advocatione capellaniarum omnium dict. terrarum ; —quas idem And. personaliter resignavit ; et quas rex, pro speciali favore, de novo incorporavit in liberam baroniam de Largo ; —necnon creavit *lie* NETHIRTOUN ET SEYTOUN DE LARGO— in liberum burgum in baronia ; concedendo inhabitatoribus potestatem emendi et vendendi, et ut essent burgenses, et eligerent, cum consensu dicti And. et ejus heredum, ballivos &c., et haberent crucem foralem, et forum hebdomidatim in die Sabbati, et publicas nundinas annuatim in die S. Leonardi 6 Nov. et per octavas ejusdem, cum tholoneis &c.; ac cum potestate dicto And. et heredibus toftas dicti burgi in particatis burgalibus hereditarie assedandi : — TENEND. dicto And. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscumque, arma et cognomen de Wod gerentibus :— REDDEND. annuatim pro Largo 20 libras monete, 26 bollas frumenti, 3 celdras 8 bol. ordei, 5 celd. avenarum, 2 bollas farine avenatice, 12 capones et 18 pultrias, nomine feodifirme ; et pro Fawfeildis accedendo in peregrinatione cum rege et regis conjuge et eorum successoribus ad insulam de Maii cum requisiti forent, nomine albe firme ; pro Brownis-landis 12 den. et unam gallinam, pro Inchkeyth 12 paria cuniculorum nomine albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 305.

2692. Apud Striveling, 18 Jun.
REX dedit literas legitimationis ALEXANDRO OGILVY, WALTERO OGILVY, fratribus, ELIZABETH OGILVY et ELIZABETH OGILVY sororibus, bastardis, filiis naturalibus Walteri O. de Dunlugus militis. xxix. 32.

2693. Apud Striveling, 23 Jun.
REX,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per predecessores familiaris sui servitoris Johannis Stewart dom. de Innermeith, et pro favore speciali quem erga ipsum habuit eo quod de sanguine regis extitit,—confirmavit et de novo dedit dicto JOHANNI DOMINO DE INNERMEITH,—terras et baroniam de Redcastell, Cougholis *alias* Inverkelour, brasinam et terras brasinarias earundem, Murehouse et Burnside, vic. Forfare ; terras, dominium et baroniam de Innermeith, excepta sexta parte earundem, terras de Inverdunnyne, Baldenys, Kindynne (exceptis tribus octavis partibus earundem), Mukkersye, Balgoune, Quhitebank et Ledboy, vic. Perth ; terras de Colnidrane et *lie* Maw, vic. Fiffe ; terras de Coilcarnie, vic. Kinros ; binas partes terrarum de Latheris, Durlatheris, Glaslaw, Wodheid, cum molendinis tam granorum

quam fullonum earundem, terras de Logy, tertiam partem de Rothybirsbane, vic. Abirdene; officium coronatoris vic. de Perth; terras de Leyis, Litill Gardin, Braidfuittis-gardin, superioritatem de Coniesyth cum *lie cayne* earundem, dimedietatem de Bonyntoun cum molendino earundem, vic. Forfare; cum castris, turribus, fortaliciis, molendinis, multuris, tam molendinis granorum quam fullonum, silvis, *lie parkis*, piscariis tam in aqua dulci quam salsa, tenentibus &c., annexis, advocatione capellanie de Quhitefeild ceterorumque beneficiorum dict. terrarum &c.;—quas idem Joh. personaliter resignavit; et quas rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Reidcastell, cujus turris et fortalicium de R. esset capitale messuagium:—Tenend. dicto Joh. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Barnardo S. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut suprà*), quibus def., Wil. S. ejusdem fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., propinquioribus et legitimis heredibus masc. dicti Joh. quibuscumque, cognominis de Stewart et arma dicti Joh. gerentibus:—Reddend. annuatim pro Reidcastell et Cougholis cum pertinentiis unam rosam rubeam nomine albe firme; pro ceteris wardas, relevia et maritagia cum contingerent, cum tribus sectis ad tres curias capitales vic. de Forfare:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxix. 29.

2694. Apud Striveling, 24 Jun.

REX confirmavit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit ADE BOID in Penkill, et HELENE KENNEDY ejus sponse,—20 solidatas terrarum de Pynannot, 16 sol. 8 den. de Ferdingreouch et Litill Ferding, 30 sol. de Kilpatrik, 20 sol. de Glennasill, 10 sol. de Makclauchereistoun, unam marcatam de Carne, extenden. in integro ad 8 marcatas 40 den. antiqui extentus, cum tenentibus &c., in baronia de Dalgargrowe-Glenstinchale-M'Kemyne, dominio de Glennassill, balliatu de Carrik, vic. Air;—quas idem Adam resignavit:—et rex ordinavit quod unica sasina apud Kilpatrik capienda pro omnibus staret:—Tenend. dictis Ade et Hel. ac ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Ade quibuscumque, de rege tanquam principe Scotie et com. de Carrik:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 280.

2695. Apud Striveling, 24 Jun.

REX confirmavit cartam M. Alexandri Levingstoun de Donypace, dom. terrarum et baronie de Filde,—[qua,—cum consensu sponse sue Eliz. Hepburn, domine conjuncte infeodationis de Filde, — concessit F. Johanni Gre(ir)soun sacre theologie professori, Fratrum Predicatorum intra Scotiam priori provinciali, ac priori et conventui loci FRATRUM PREDICATORUM INTRA CIVITATEM S. ANDREE, et eorum successoribus,—terras de Filde, vic. Perth:—Tenend. de rege in puram elimosinam:—Reddend. annuatim unum par calcarium seu 6 den. argenti nomine albe firme:—Test. F. Ric. Marschell, F. Joh. Rough, Georgio Byrd pistore burgen. de Edinburgh, Joh. Broun, And. Richartsoun notario publico:—Apud Edinburgh, 19 Jun. 1542]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 284.

2696. Apud Striviling, 24 Jun.

REX, tanquam princeps Scotie ac com. de Carrik, concessit DAVID KENNEDY fratri germano Gilberti com. de Cassillis, et JONETE KENNEDY ejus sponse, filie seniori Duncani K. de Dalgarbre,—9 marcatas terrarum antiqui extentus de Dalquharrane, cum turre, fortalicio, et piscariis earundem super aquis de Stynchear et Gyrvane, 40 sol. ant. ext. de Drumlachrene cum molendino, 17 marcat. ant. ext. de Dalgarbre (viz. 40 sol. de Carnscoylt et Dalgarbre, 40 sol. de Auchinlay et Balskeauch, 20 sol. de Mylntoun cum molendino, 2 marc. de Corfyn, 40 sol. de Myljouane, 2 marcat. de Clakmallach, 20 sol. de Carne, unam marcat. de Polmadde), 2 marcat. ant. ext. de Auchinlewane, unam marcat. et 40 den. ant. ext. jacen. apud molendinum de Gleneskill, cum molendino earundem, 5 marcat. 10 sol. ant. ext. de Makmurestoun, unam marcat. ant. ext. de Glak, cum maneriis, multuris, terris molen-

dinariis, piscariis, toftis, croftis, partibus &c., cotagiis, tenentibus &c. omnium dict. terrarum, in balliatu et comitatu de Carrik, vic. Aire;—quas dictus Dunc. resignavit; et quas rex,—pro servitio per dictum Dav. et quondam Gilb. com. de Cassillis ejus patrem, qui ultimo decessit, sibi impenso, et pro compositione per dict. Dav. persoluta, de novo incorporavit in liberam baroniam de Dalquharrane :—TENEND. dictis Dav. et Jon. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicte Jon. quibuscumque; cum privilegio liberarum forestarum ubi fuerunt silve:—RESERVATIS dicto Dunc. et Mariote Grahame ejus sponse ac eorum alteri diutius viventi libero tenemento 20 solidatarum de Carnescoylt, 20 sol. de Dalgarbre, 20 sol. de Balskeach, 20 sol. de Auchinlay et 20 sol. de Myltoun cum molendino; et dicto Dunc. libero tenemento ceterarum; cum rationabili tertia ejus sponse cuicumque cum contingeret :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 364.

2697. Apud Striveling, 25 Jun.

REX confirmavit cartam Patricii domini Gray ac baronis de Foulis,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit M. JACOBO SCRYMGEOUR de Fardill precentori Brechinensi, heredibus ejus masculis in ultima tallie carta de Fardill specificatis, et assignatis,—terras et acras vocat. *the Cottagis of Langforgound* (viz. 4 acras occupat. per Alex. Huchoun, 3 ac. per Isobellam Sudderland, unam ac. per Tho. Tailyour, 2 ac. per Helenam Millar, 2 ac. per Tho. Rany, 2 ac. per And. Wilsoun, unam ac. per Wil. Kyng, 3 ac. per Tho. Huchoun, 1½ ac. per Dunc. Balcathy fabrum, dimediam ac. per Eliz. Cok, 4 ac. per Thomam Wilsoun, 4 ac. per Margaretam Sudderland, 2 ac. per Joh. Fyff, 5 ac. per Rob. Cowpar, 2 ac. per Margaretam Broun, 3 ac. per Marjoriam Kilmanny occupatas), extenden. in toto ad 40 acras, cum domibus, edificiis, hortis, toftis et croftis, communi pastura in integris dict. terris de Langforgound et *lie* Manys de Huntlie et pascuis earundem, cum potestate focalia, vulgariter *petis* et *turffis*, fodiendi in moris, miris et marresiis dictarum terrarum, ac *lie faillis* et *diffattis* pro edificiis, domibus et hortis tenentium, ac cum potestate brasinas et fabrilia construendi et privilegiandi &c., jacen. in et circa villam de Langforgound et infra *lie* Manys de Huntlie, in dominio et baronia de Foulis per annexationem, vic. Perth;—attento quod quamquam dict. acre justam mensuram acre excederent, non liceret dicto Pat. vel ejus heredibus eas diminuere :—TENEND. de rege :—TEST. Jac. Scrymgeour constabulario de Dunde, Wil. Bonar de Rosse, Gilberto Mannorgund de eodem, D. David Luyd notario, M. Walt. Burgh :—Apud Dunde, 14 Jun. 1542]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 194.

2698. Apud Striveling, 25 Jun.

REX confirmavit cartam Patricii domini Gray ac baronis de Foulis,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WILLELMO BARRY burgensi de Dunde, et CRISTINE SCRYMGEOUR ejus sponse, in vitali redditu, et JACOBO BARRY eorum filio naturali hereditarie, heredibus ejus et assignatis quibuscumque, — 28 acras terrarum jacen. infra et circa villam de Langforgund et *le* Manis de Huntlie (viz. 4 acras per Jonetam Sudderland occupat., 6 ac. per Rannald Hadwe, 2 acras per Wil. Moreis, 2 acras per Joh. Galichtlie, unam ac. per And. Kinros, 2 ac. per Jac. Murray, unam ac. per Rob. Robertsoun, 2 ac. perTho. Gill occupatas), cum domibus &c. (*ut in carta* 2697), in dominio et baronia de Foulis per annexationem, vic. Perth;—attento &c. (*ut in carta* 2697) :—TENEND. de rege :—TEST. et de data *ut in carta* 2697]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 268.

2699. Apud Edinburgh, 28 Jun.

REX confirmavit cartam Johannis Ogilwy de Carnoses,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JACOBO DUNBAR de Cunze, et ISOBELLE BRODY ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibus et assignatis dicti Jac. quibuscumque,—terras suas de Auchinlesk, cum communi pastura in terris de Drum et Pluscardane, in baronia

sua de Sanchquhare, vic. Elgin et Fores:—REDDEND. annuatim regi unum den. argenti nomine albe firme, secundum tenorem antique infeodationis dicte baronie:—TEST. M. Alex. Ogilwy de Glassoche, Rob. Tulloch burgen. de Fores, Waltero Browster, Joh. Coupland, D. Nicholaio Tulloch vicario de Ruffen ac notario publico:—Apud Fores, 14 Jul. 1536]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 198.

2700. Apud Edinburgh, 28 Jun.
REX confirmavit cartam Patricii domini Gray ac baronis de Foulis,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ROBERTO MYLNE burgensi de Dunde, et ELIZABETH OLIPHEIR ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibus eorum et assignatis quibuscunque,—terras ville de Gotthraistoun, cum toftis, croftis et domibus ejusdem, occupat. per Joh. Broun et Rogerum Charteris, cum piscaria salmonum super Tay piscan. apud australe latus dict. ville, in baronia de Foulis, vic. Forfare:—TENEND. de rege:—TEST. Wil. Bonar de Rossie, Gilb. Monnorgund de eodem, And. Gray in Banderan, Roberto Gray germano dicti dom., D. Andrea Williamesoun, D. Joh. Spens, M. Jac. Maitland, capellanis ac notariis publicis:—Apud Dunde, 19 Jun. 1542]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 321.

2701. Apud Monasterium S. Crucis, 28 Jun.
REX concessit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit MORICIO FORESTARE, et MARGARETE FORESTARE ejus sponse,—dimedietates terrarum de Culbeg et Culmoir, extenden. ad 5 marcat. antiqui extentus, vic. Striveling;—quas Dunc. Forestar de Culmoir resignavit:—et rex ordinavit quod unica sasina apud maneriem dimedietatis de Kilmoir pro omnibus sufficeret:—TENEND. in unam liberam tenandriam dictis Mor. et Marg. ac ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Mor. quibuscumque:—RESERVATIS libero tenemento dicto Duncano, et rationabili tertia ejus sponse cum contingeret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 322.

2702. Apud Edinburgh, 28 Jun.
REX confirmavit cartam indentatam Georgii com. de Rothes dom. Lesley,—[qua vendidit filio suo ANDREE LESLEY,—terras de Eistir Fetheis, cum molendino, *lie* Brewland et Smethyland, cum acra dict. terrarum ad partem australem earundem, necnon terras de Mekle Fethiis, in baronia sua de Ballinbreich, vic. Forfar; — pro summa pecunie sibi per consanguineos maternos dicti And. persoluta, et per dict. Geo. pro redemptione dict. terrarum per predecessores suos impignoratarum exposita:—TENEND. dicto And. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Petro L. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., dicto Geo. reversuras, de dicto Geo., quousque dictus Geo. aut ejus heredes dict. terras redimerent per solutionem 1160 marcarum apud altare Beate Marie Magdalene infra ecclesiam monasterialem de Abirbrothok super premunitione 20 dierum:—REDDEND. annuatim unum den. albe firme:—cum precepto sasine directo Andree Tenand et . . . . ., ballivis suis in hac parte:—TEST. Andrea Balfoure de Monthquhany, Rob. Lesley de Inverpeffer, Jac. Somirvile rectore de Libertoun, Petro Carmichaell de Pott, Jac. Bannantyne et M. Andrea Brounhill notariis publicis:—cum sigillo et subscriptione dicti Georgii appensis parti penes dictum And. permansure; et sigillis dicti And. et Johannis Somervile de Cambusnethein ejus avunculi et tutoris ad premissa per dominos concilii dati, et subscriptionibus dict. notariorum, appensis parti apud dictum Georgium permansure: — Apud Edinburgh, . . . Jun. 1535]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 406.

2703. Apud Edinburgh, 28 Jun.
REX confirmavit cartam Fynlaii Philpsoun, filii et heredis quondam Johannis P. de Dundurn,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JACOBO CHESHOLME de Classingall, heredibus ejus et

assignatis,—terras suas de Dundurn cum molendino earundem, exceptis quadraginta solidatis antiqui extentus de Estir Dundurn secum remansuris, in senescallatu de Stratherne, vic. Perth :—TENEND. de rege in feodifirma :—TEST. Jacobo Grahame, M. Willelmo Mudy, M. Patricio Wrycht, notariis publicis : —Apud civitatem Dunblanensem, 27 Jun. 1542] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxviii. 443.

2704. Apud Striveling, 28 Jun.

REX dedit literas legitimationis M. WILLELMO HUNTER bastardo, filio naturali quondam Willelmi H. capellani.

xxviii. 470.

2705. Apud Edinburgh, 28 Jun.

REX confirmavit cartam Roberti (III.) regis Scotorum, —[qua ad feodifirmam dimisit burgensibus et communitati BURGI DE RENFREW, heredibus eorum et successoribus,—burgum de Renfrew, cum piscariis suis aque de Clide ad eundem pertinen., cum firmis burgi, parvis custumis et tholoneis ejusdem quibuscumque tam infra dictum burgum quam extra per totam baroniam de Renfrew, cum molendinis, multuris et eorum sequelis, cum curiis et curiarum exitibus quibuscumque, curiis vite et membrorum duntaxat exceptis :—REDDEND. annuatim 8 marcas, et 100 sol. per regem de firmis dicti burgi concessos ad sustentationem capellani celebraturi ad altare Beati Thome in ecclesia parochiali dict. burgi :—concessit etiam quod nullum forum de cetero teneretur nisi forum dict. burgi infra baroniam de Renfrew, sub pena plenarie forisfacture :—SALVO jure cujuslibet :— concessit insuper quod dicti burgenses essent liberi de omnibus tolloneis et parvis custumis, sicut aliqui burgenses regni Scotie : — TEST. Waltero episc. S. Andree, Gilberto episc Abirdonen. cancellario, David com. de Carrik primogenito regis, Rob. com. de Fiffe et de Menteith fratre regis, Arch. com. de Douglas dom. Galwidie, Jac. de Douglas dom. de Dalkeith, Tho. de Erskin, consanguineis regis militibus :—Apud Linlithqw, 10 Nov. an. reg. 8 (1397)] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxix. 36.

2706. Apud S. Andream, 30 Jun.

REX confirmavit ANDREE LUNDY de Benholme, et MARGARETE SCRYMGEOUR ejus conjugi,—terras de Ovir et Nethir Knokkis, in baronia de Benholme, vic. Kincardin ;—quas idem Andreas resignavit :—TENEND. dictis And. et Marg. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti And. quibuscumque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxviii. 130.

2707. Apud Edinburgh, 30 Jun.

REX confirmavit WILLELMO BONAR de Rossy, et ELIZABETH CHARTERIS ejus conjugi, — terras de Newtoun et Balgirscho, in baronia de Inverarite, vic. Forfare ; — quas idem Wil. personaliter resignavit :—TENEND. dictis Wil. et Eliz. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscumque ; cum potestate pascendi in moris et marresiis baronie de Inverarite 140 *lie yowis* et earum sequaces, 200 alias *lie scheip*, 80 *lie ky* et *oxin*, 20 equos et equas, cum certis suibus et anseribus ; ac cum potestate effodiendi glebas, cespites, *lie falis* et *duvattis* in dict. moris et marresiis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxviii. 286.

2708. Apud Edinburgh, 30 Jun.

REX confirmavit et de novo dedit familiari servitori suo NORMANO LESLEY filio Georgii com. de Rothes, in feodo, pro bono servitio dictorum Geo. et Norm., et dicto GEORGIO COMITI DE ROTHES, PETRO LESLEY et JACOBO LESLEY ejus filiis, MARGARETE CREYCHTOUN matri dicti Norm., et ISSOBELLE LYNDESAY ejus sponse, pro eorum vite diebus, cuilibet pro ejus parte,—terras et baroniam de Ballinbreych, cum castro, fortalicio, silvis et molendinis, terras dominicales de B., terras de Heichame, Logy, Fliskis Eistir et Westir, Ballinderane, Fliskmillane, Balhelvy, Pittauchop, Balmadeside, Colse, Pitcerlie Eistir et Westir, Coklawis, Drumbarrow, Lumbenneis Eistir et Westir, annuum redditum 5 bollarum ordei de terris

et dominio de Abirnethy, cum turribus, fortaliciis, molendinis, terris molendinariis, silvis, *lie parkis*, clivis, toftis, croftis, tenentibus &c., ac piscaria dicte baronie super aqua de Tay, et cimbis *lie ferry-boittis* inter Corbiden et fauces aque de Erne prout medius fluxus dicte aque decurrit, cum advocatione ecclesie parochialis de Flisk, et prebende ecclesie collegiate de Abirnethy, Foirvinschip nuncupat., et capellanie capelle de Glenduky, et ceterarum ecclesiarum et capellaniarum dicte baronie, terras et baroniam de Tacis, Haltacis, Hiltacis, et Kynmukis, cum turre, fortalicio, manerio, molendinis, piscariis, *lie outsetis*, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum earundem, annuum redditum 40 sol. de Eistir Lathrisk vocat. *lie* Riggis, vic. Fyffe; terras et baroniam de Carny, dimedietatem terrarum de Pitblais et Monquhery, terras de Ferryfeild, et cimbam *lie ferry-boit*, ac ann. red. 4 bollarum ordei et 12 sol. monete de Cary et Brodland, cum turribus, fortaliciis, molendinis, piscariis, toftis, croftis, tenentibus &c., advocatione ecclesie parochialis de Sanct-Madois ac ceterarum ecclesiarum et capellaniarum earundem, in senescallatu de Stratherne, vic. Perth; terras et baroniam de Fethyis, Eistir F. et Westir F., cum manerio, fortalicio, molendinis, piscariis, *lie outsetis*, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum, vic. Forfare; terras et baroniam de Balmane et Wodfeild, cum manerio, fortalicio, molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum, vic. Kincardin; terras et baroniam de Quysny et Fowlis-Mowat, cum manerio, fortalicio, molendinis, piscariis, pendiculis, tenentibus &c., advocatione ecclesie parochialis de Quysny et ceterarum ecclesiarum et capellaniarum earundem, terras de Carncowly et Drummachaty cum molendinis, Corbanchy, Colmelle et Hardbalhinte, Balnakeilye, Knoke(r)achye, Balchynne, et Corquhendarland cum molendinis, vic. Abirdene; terras et baroniam de Rothes, cum castro, fortalicio, molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocatione ecclesie de Rothes et capelle infra castrum de Rothes, cum piscariis infra bondas dicte baronie super aqua de Spey, terras dominicales de Rothes, molendinum et croftam molendini *lie* Mylnecroft de Rothes, terras de Castelhill (*sive* Chapelhill) et Smyddicroft, terras et forestam de Conreky, terras de Blakburne, Newtoun, Blakhall, Quhiteleyis, Pytechertie Ovir et Nethir, Auchquhenrothie, Dundurkos, Glen Eistir et Westir, Ballinbroichie, Myldareis Eistir et Westir, cum crofta et *lie ailhouse* de Myldareis, terras de Aigune, Ischebullok, Fischertoun, (Eleis[1]), Ardoichie, Robsillie, Burntoukis, Braquhakie, Archamye, Kendillie, Blarelochy, Ranchelie (*sive* Lanchelie) Eistir et Westir, Urtene Eistir et Westir, Pitcragie et Brig, vic. Elgin et Fores; terras et baroniam de Rothynorman in Formartyne, cum earum manerie, fortalicio, molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum, vic. Abirdene; terras de Kildethis et Donylawrne, cum molendinis, piscariis et pendiculis, vic. Invernys; terras de Dunloppy, cum earundem molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum, vic. Forfare;—quarum feodum dictus Norm., vitalem redditum dictus Geo., conjunctam infeodationem de terris dominicalibus de Ballenbreych, terris de Ballinderane, Heichame et Logy dicta Marg., resignaverunt; et quas rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Ballinbreich:—Tenend. dicto Norm. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus ejus masc. quibuscumque, arma et cognomen de Lesley gerentibus; dicto Geo. in vitali redditu; Haltacis et Hiltacis, Ballinderane, Heichame et Logy, et terras dominicales et molendinarias de Ballinbreych, dicte Margarete in vitali redditu; Drumbarrow, tertiam partem de Colse, 2 septimas partes de Lumbenneis, terras de Coklawis, dicte Isobelle in vitali redditu:—Reddend. annuatim tres sectas in tribus curiis capitalibus vic. de Fiffe, cum wardis &c.:—cum licentia &c. (*ut in carta* 2809):—Test. 80. 70. 71. 88. 81. 93. 106. 110. 97. 104. xxix. 124.

[1] Supplied from the *Tenendas* clause.

2811. Apud Edinburgh, 22 Oct.
REX concessit ARCHIBALDO CAMPBELL filio et heredi apparenti Archibaldi com. Ergadie dom. Campbell et Lorne &c., heredibus ejus et assignatis,— terras et baroniam de Pincartoun, vic. Edinburgh, infra constab. de Hadingtoun; terras de Pannell, 5 marcatas terrarum de Duflettir, terras de Nethir Glene, vic. Perth; terras de Litil-Sawling et *lie* Bordland de Sawling, vic. Fiffe; terras de Menstre, vic. Clakmannane; cum molendinis, multuris, *lie outsettis*, tenentibus &c. omnium dict. terrarum;—quas, prius per regem in baroniam de Menstre incorporatas, dictus com. personaliter resignavit:—Tenend. in libera baronia ut prius:—Reddend. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Clakmannane, cum servitio warde &c.:—Reservatis libero tenemento dicto com., et rationabili tertia Domine Margarete Grahame ejus sponse aut cuicumque alteri ejus sponse cum contingeret:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 345.

2812. Apud Edinburgh, 22 Oct.
REX concessit ARCHIBALDO CAMPBELL, filio et heredi apparenti Archibaldi com. Ergadie dom. Campbell et Lorne &c., —terras et baroniam de Lochhow, terras de Ardscodinche, Glenyra, Glenschero et Letter, ac burgum de Inverara infra dict. baroniam, terras et baroniam de Glenurquhay, terras et baroniam de Ovir-Cowell, terras de Straquhoure extenden. ad 51½ marçat. antiqui extentus, terras de Strathache, Glenmassen, Glenlaeyne, Lochstrevinsheid, Ardinslait, Tollard-Flemyng, Inverneill, Glak, Kammys, Auchtyewin, Ardmarnok, Lynsag, Derengyrochmoir, Glencow, Derengirochbeg, terras et baroniam de Otterinwerane, terras de Glassery et Edderling, viz. Menard, Kilmychaelbeg, Gorthenrannich, Knok, Ardcastell, Gallannache, Auchnabrok, Ballemoir, Kilmichaell, Hozellew, Monenearnach, Knopalway, Tunnyne, Garwald, Cragnewir, Thangenalyicht, Blairquhoill, Torwlaren, Lag, Auchety-carlych, Cragmuryill, terras de Craginche et Melfort, vic. Ergile; terras et baroniam de Terbert, cum custodia castri de T. cum edificari contingeret, vic. Terbert; cum castris, turribus, fortaliciis, molendinis, lacubus, piscariis in aquis dulcibus et salsis, partibus, pendiculis, silvis, nemoribus, forestis, tenentibus &c., advocatione ecclesie de Kilbary ac ceterarum ecclesiarum et capellaniarum omnium dict. terrarum;—quas, prius per regem incorporatas in baroniam de Lochhow, dictus comes personaliter resignavit: — Tenend. dicto Arch.C. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. quibuscumque arma et cognomen de Campbell gerentibus, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Arch. quibuscumque, in libera baronia ut prius; cum liberarum forestarum privilegiis ubi nemora fuerunt:—Reddend. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Ergile, cum servitio warde et relevii ac maritagio cum contingeret:—Reservatis &c. (*ut in carta* 2811):—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 346.

2813. Apud Edinburgh, 22 Oct.
REX concessit ARCHIBALDO CAMPBELL filio et heredi apparenti Archibaldi com. Ergadie dom. Campbell et Lorne &c., heredibus ejus et assignatis,—terras, baroniam, regalitatem et dominium de Abirnethy, cum molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocatione prepositure, prebendarum et ceterorum beneficiorum ecclesie collegiate de A., et aliorum beneficiorum quorumcumque infra dict. terras, terras de Mylne-croft, cum molendino, terris molendinariis et astricta multura de Abirargy, infra dict. baroniam &c., vic. Perth;—quas dictus comes personaliter resignavit: — Reservatis &c. (*ut in carta* 2811):— Test. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 347.

2814. Apud Edinburgh, 22 Oct.
REX concessit ARCHIBALDO CAMPBELL, filio et heredi apparenti Archibaldi com. Ergadie dom. Campbell et Lorne &c., —terras, dominium et baroniam de Lorne, terras de Loyng, Torsay, Swna, Sayll, Corfora et Lesmoir, in dicto dominio, terras et baroniam de Kilmwn, terras de Bordland cum custodia castri de Donwne, vic. Ergile; terras et baroniam de Kilmychell, cum

custodia castri de Swyne, terras et baroniam de Skipinche, vic. Terbart; cum castris, turribus, fortaliciis, maneriebus, molendinis, lacubus, piscariis, silvis, forestis, parcis, annexis, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum omnium dict. terrarum;—quas, prius per regem incorporatas in dominium et baroniam de Lorne, dictus com. personaliter resignavit: —TENEND. *ut in carta* 2812 :—REDDEND. annuatim unam clamidem vulgo *lie mantill*, unam rosam rubeam, unum par cerothecarum et 2 den. argenteos, apud castrum de Dustaffage nomine albe firme :—RESERVATIS &c. (*ut in carta* 2811):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 348.

2815. Apud Edinburgh, 22 Oct.

REX, tanquam princeps et senescallus Scotie, concessit et de novo dedit ARCHIBALDO CAMPBELL, filio et heredi apparenti Archibaldi comitis Ergadie dom. Campbell et Lorne &c.,—terras de Auchnagarrin, 5 librat. terrarum antiqui extentus de Crag, Furlynauchlane, Raith, Ballachindryne et Leffynmakennone, terras de Conchray, Tawnach, Stelag et Kildalvane, cum castris, turribus, fortaliciis, molendinis, piscariis, lacubus, partibus, silvis, forestis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum (si que essent) earundem, in balliatu de Cowell, vic. Ergile;—quas dictus com. personaliter resignavit; et quas rex, pro bono servitio dicti comitis, de novo incorporavit in liberam baroniam de Auchnagarrin :—TENEND. *ut in carta* 2812 :—REDDEND. servitium warde et relevii cum maritagio cum contingeret :—RESERVATIS &c. (*ut in carta* 2811):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 430.

2816. Apud Edinburgh, 22 Oct.

REX,—pro servitio sibi tam in partibus Gallie quam infra regnum suum in resistentia suorum veterum Anglie inimicorum per Archibaldum com. Ergadie dom. Campbell et Lorne impenso,—concessit et de novo dedit ARCHIBALDO CAMPBELL filio et heredi apparenti dicti com., et heredibus ejus masc. quibuscumque,—officia locumtenentis, commissariatus, vicecomitis et camerarie infra bondas de Ergile, et officia justiciarie et vicecomitis de Lorne, cum dimedietate wardarum, releviorum, maritagiorum, eschaetarum, amerchiamentorum et aliorum lucrorum quorumcumque que infra dictas bondas per ipsos levari contingeret (altera dimedietate regi importanda), necnon officia justiciarie, vicecomitis, coronatoris et camerarie terrarum et dominiorum de Knapdalis et Kyntyris;—que dictus com. personaliter resignavit :— et voluit rex quod unica sasina apud burgum de Inverara per deliberationem unius virge seu baculi capienda pro omnibus staret:—RESERVATO libero tenemento dicto com. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 431.

2817. Apud Edinburgh, 22 Oct.

REX ad feodifirmam dimisit JOHANNI M'KENZE de Kintaill,—terras vastas de Monare (inter aquam de Gleneak ex boreali, jugum de Laudovir ex australi, torrentem de Townnik et Inchelochill ex orientali, aquam de Bernis decurrentem in aqua de Long ex occidentali partibus), terras vastas de *lie* Ned (inter Lochboyne ex boreali, Lochtresk ex australi, *lie* Ballach ex occidentali, Dawelach ex orientali partibus), in comitatu Rossie, vic. Invernes;—que in regis rentali nunquam fuerunt:—TENEND. dicto Joh. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscumque, de rege tanquam com. Rossie:—SOLVEND. annuatim 4 libras; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansiones cum politiis secundum tenorem novi acti parliamenti :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 417.

2818. Apud Edinburgh, 22 Oct.

REX dedit literas legitimationis PATRICIO GRANT bastardo, filio naturali Johannis Grant de Ballindalloch, inter ipsum et Barbaram Gordoun procreato. xxix. 153.

2819. Apud Edinburgh, 23 Oct.

REX dedit literas legitimationis JACOBO M'CULLOCH bastardo, filio naturali quondam Jacobi Makculloch in Balfarne. xxviii. 334.

2820. Apud Edinburgh, 23 Oct.
REX, pro servitio sibi et progenitoribus suis per servitorem suum Alex. Stewart de Garrules et ejus predecessores impenso, concessit et de novo dedit dicto ALEXANDRO STEWART in libero tenemento, et ejus filio et heredi apparenti ALEXANDRO STEWART in feodo,—terras et baroniam de Garrules et Glenmannoch, cum officio senescallatus infra bondas earundem, cum molendinis, *lie cruvis*, piscationibus, turribus, fortaliciis, *lie outsettis*, tenentibus &c., in senesc. Kirkcudbrycht;—quas idem Alex. senior personaliter resignavit; et quas rex, pro speciali favore, de novò incorporavit in liberam baroniam de Garrules, et voluit quod unica sasina apud fortalicium de Garrules capienda pro omnibus sufficeret: —TENEND. dicto Alex. seniori *ut supra*, dicto Alex. juniori et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Johanni S. filio dicti Alex. senioris et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., heredibus masculis dicti Alex. senioris de corpore legitime procreandis, quibus def., Walt. S. de Barkly et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Arch. S. de Fintelacht et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Joh. S. de Mynto et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., M. Rob. S. civi Glasguen. et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., propinquioribus heredibus masculis legit. dicti Alex. senioris quibuscumque cognominis de Stewart et arma familie de Garrules gerentibus: — REDDEND. annuatim unum par calcarium deauratorum nomine albe firme: —RESERVATA rationabili tertia Margarete Dunbar sponse dicti Alex. senioris si contingeret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxix. 44.

2821. Apud Edinburgh, 23 Oct.
REX, pro servitio &c. (*ut in carta* 2820), concessit et de novo dedit servitori suo ALEXANDRO STEWART de Garroles in libero tenemento, et ejus filio et heredi apparenti ALEXANDRO STEWART in feodo,—terras et baronias de Glassertoun et Clugstoun, vic. Wigtoun; terras et baroniam de Dalswyntoun et Conhaith, cum advocatione rectorie de Kirkmaho, vic. Drumfreis; superioritatem terrarum de Ormstoun, vic. Peblis; dimedietatem marcate terrarum de Mynto, cum advocatione rectorie ejusdem, vic. Roxburgh; cum turribus, fortaliciis, molendinis tam fullonum quam granorum, multuris, nemoribus, toftis, croftis, *lie outsetis*, tenentibus &c. integrarum dictarum terrarum;—quas terras &c. de Clugstoun Margareta Dunbar sponsa dicti Alex. senioris, ceteras idem Alex. senior, resignaverunt; et quas rex, pro speciali favore, de novo incorporavit in liberam baroniam de Dalswyntoun, et voluit quod unica sasina apud fortalicium de Dalswyntoun capienda pro omnibus sufficeret:—TENEND. *ut in carta* 2820:—REDDEND. annuatim wardas &c., cum tribus sectis ad tria placita capitalia vic. de Drumfreis:—RESERVATIS dicte Margarete vitali redditu de Clugstoun, et rationabili tertia ceterarum si contingeret:—TEST. 80. 70. 71. 88. 81. 93. 106. 110. 97. 104.
xxix. 196.

2822. Apud Edinburgh, 24 Oct.
REX, pro bono servitio, concessit familiari servitori suo PATRICIO BRUCE, heredibus ejus et assignatis pluribus aut uni,—jus patronatus capelle B. Marie in vinella Nuthereis-wynd nuncupata, infra burgum de Edinburgh ex parte australi vici publici; —regi pertinen. ob forisfacturam quondam Jacobi Colvile de Est-Wemys militis:—REDDEND. annuatim unum den. albe firme: —TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxviii. 332. et xxxi. 13.

2823. Apud Edinburgh, 24 Oct.
REX ad feodifirmam dimisit JACOBO FRASER, fratri germano Hugonis domini Fraser de Lovet,—terras de Kynkell-Clarschac (extendentes in firma et grassuma ad 7 libras 8 sol., in bondagio ad 8 sol., et 3 gallinas *lie reik-hennys*), Dawachcarne (ad 8 lib. 4 sol. 4 den., 16 sol. bondagii et 6 *lie reik-hennis*), Dawach-pollo (ad 6 lib. 8 sol., 16 sol. bondagii et 4 *lie reik-hennis*), in dominio de Ros, vic. Invernys; terras de Culboky (ad 18 lib. 8 den., 40 sol. bondagii, 2 martas, 2 mutones, 8 *lie reik-hennis* et 8 duodenas pultriarum), brasinam *lie ailhous* de Culboky (ad 12 sol.), terras de Petlundy (ad 4 lib., 10 sol. bondagii, dimedietatem marte et mutonis), in dominio

de Ardmannoch, vic. Invernys :—TENEND. dicto Jac. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—SOLVEND. annuatim 51 lib. 3 sol., 21 *lie reik-hennis*, 2½ martas, 2½ mutones, 8 duodenas pultriarum ; ac duplicando dict. feodifirmam ad introitum heredum; necnon edificando domos cum politiis: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 365.

2824. Apud Edinburgh, 24 Oct.
REX concessit DAVIDI WEMYS filio quondam Roberti W. fratris Davidis W. de eodem, et heredibus ejus quibuscumque,— 2 sextas partes trium quarteriorum terrarum de Estir Lauthrisk et Moncoutemyre, vic. Fiffe ;—quas dictus Dav. W. de eodem resignavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 518.

2825. Apud Edinburgh, 25 Oct.
REX confirmavit consiliario suo DAVIDI DOMINO DRUMMOND, heredi et successori quondam Johannis dom. D. ejus proavi,—40 marcatas antiqui extentus terrarum et baronie de Ochterardoure, cum castro, fortalicio, mansione, manerio ac silvis earundem, terras de Pohillok, Kirktoun de Ouchterardoure, Westir Fordoun, Bordland, Threiphill, cum toftis, croftis burgalibus et privilegiis burgi de Ouchterardoure, 5 librat. ant. ext. de Drummen, cum castro, fortalicio, mansione et manerio, terras de Tullichchrawin, Pitwar nuncupat. Solisgarth, 5 marcat. de Myddill Fynnoch, terras de Mewe, Glenboltoquhan cum silvis, Doneray, Carrowintray, Garcharrow, Dalquhonych cum molendino et multuris ejusdem, *lie* Broustarland de Mewe, Dalquhilry, Estir et Westir Bordlandis, Cultezaldych, Struhill, Barnaclis, cum capella et sacra campana S. Kassogy, terras de Cragynnych, Immerclare, Auchegarry, Clasnavaid, cum molendino et multuris de Cragynnych, terras de Camschenyis Ovir et Nethir, Glassingalmore, Glassingall-Westir, terras et baroniam de Strogeith, viz. *lie* Bordland de S., Auchinglen, Cultis Ovir et Nethir, Tomquhair, Kirktoun de Strogeith, cum molendino de S., Allychmoir, Allychingrew, Allychincroy, terras de Corlundy, in senesc. de Straitherne, vic. Perth ; terras et baroniam de Kincardin in Menteith, cum tenentibus &c., viz. terras de Ouchtertire, cum *lie* Offeris earundem *alias* Chalmeristoun nuncupatis, Druppis, Bad, Westwod, Ros, Cummysdrynye, Bordland, Custre, Dargraw, *lie* Nethir Offeris earundem, Ardneif, Nethir-Lochfeild, Culdochis, Auchinlay, Mukerside, *lie* Tor et molendinum de Kincardin, cum mansione et manerio de K., molendinis, multuris, wardis, silvis, pratis, et salmonum piscationibus usque ad *lie mydstreme* in aquis de Teith et Forth, cum *lie outsettis*, tenentibus &c., et sacra campana S Lolani, terras de Galdchallochyis, Callequhattis et Annottis, in senesc. de Menteith, vic. Perth ; terras et baroniam de Cargill, viz. *lie* Kirktoun de C., Balquhomy, Haltownis Estir, Westir et Myddill, Lasingistoun, Gallohill, Quhitefeildis Estir et Westir, Wolfhill, Wodheid et Wodend, Reidstane, Blake-well, Stobhall, Quhiteleis, cum manerio de Stobhall, *lie* Myreside appellat. Newbiggin, Newmylne, Brontymylne, cum multuris, *lie outsettis*, silvis, pomeriis, et piscariis in aquis de Tay et Ilay tam salmonum quam aliorum piscium, tenentibus &c., vic. Perth ; terras de Smythistoun, Argarth et Laidcreiff, cum tenentibus &c., molendinis, multuris, silvis, piscariis, vic. Forfare; albe firme terras de Cultinbragane, Pettenze, Ouchtermuthill, North-Catkin, officia senescalli, coronatoris et forestarii de Stratherne, Glenartnay et Balquhiddir, cum eorum privilegiis &c., cum advocatione ecclesie collegiate de Innerpeffry et capellaniarum ejusdem, et altaris Sancti Nicholaii infra ecclesiam cathedralem de Dunblane, in senesc. de Straitherne, vic. Perth ; terras feodifirme et baroniam de Drummond, cum earundem *lie outsettis*, molendinis, multuris, piscariis, silvis, tenentibus &c., in dominio de Menteith, vic. Striveling ; feodifirme terras de Blanrowar, Glenlychhorne, Clauthik, in senesc. de Straitherne, vic. Perth ;—quas idem Dav. personaliter resignavit ; et quas (usque ad Laidcreif) rex, pro bono servitio dicti Dav. et ejus antecessorum, ac pro magnis pecuniarum summis solutis, incorporavit in liberam baroniam de Drummen; necnon dict. terras de Cultinbragane &c., cum dictis officiis et

advocationibus, in liberam baroniam de Ouchtermuthill; et terras &c. de Drummond, Blanrowar &c., in liberam baroniam de Drummond; et voluit quod partis dictarum terrarum alienatio vel in conjuncta infeodatione donatio nulla esset ruptio dicte unionis :—INSUPER declaravit quod dictus Johannes verus regis liegius diem clausit extremum; et ratificavit restitutionem dicti Joh. factam per quond. Joh. ducem Albanie gubernatorem Scotie :—TENEND. dicto Dav. et heredibus masculis ejus de corpore aut eorum corporibus legit. procreatis, quibus deficientibus, Joh. D. de Innerpeffry et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., And. D. de Bellyclone servitori regis et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Henrico D. de Richartoun et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Wil. D. de Smythistoun et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus dicti Dav. quibuscumque:—REDDEND. annuatim pro baronia de Drummen tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Perth, cum wardis, releviis, maritagiis cum contingerent; pro baronia de Ouchtermuthill unam martam valoris 30 sol. nomine albe firme; pro baronia de Drummond feodifirmas et devoria solita et consueta, cum duplicatione feodifirme in introitu heredis seu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxviii. 362.

2826. Apud Edinburgh, 25 Oct.
REX confirmavit GEORGIO COMITI DE ERROLE &c., et Domine MARGARETE ROBERTSOUN comitisse de Errole ejus sponse,—terras et villam de Errole vocat. Kirktoun de E.. et baroniam de Capeth *alias* Instuthill, cum turribus, fortaliciis, maneriebus, molendinis, piscariis, toftis, croftis, *lie outsetis*, columbariis, tenentibus &c., et cum advocatione ecclesiarum, capellaniarum et beneficiorum earundem, in baronia de Errole, vic. Perth; —quas idem Geo. resignavit :— TENEND. dictis Geo. et Marg. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Geo. in carta ejus tallie quibuscumque specificatis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 435.

2827. Apud Edinburgh, 25 Oct.
REX confirmavit familiari servitori ac thesaurario suo JACOBO KIRKCALDY de Grange, et JONETE MAILVILE ejus sponse,—terras de Grange, cum fortalicio, manerio, pomeriis, columbariis, toftis, croftis, pendiculis et terris cottagiis, dimedietatem de Tyrie, cum carbonariis, *lie outsettis* et pendiculis, vic. Fiffe;—quas idem Jac. personaliter resignavit :—TENEND. dictis Jac. et Jon. ac ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione pro eorum vite diebus, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti Jacobi quibuscumque; absque prejudicio unionis dictarum terrarum in unam liberam baroniam : —TEST. 80. 70. 71. 88. 81. 93. 110. 97. 104. xxxi. 17.

2828. Apud Fawlay, 26 Oct.
REX confirmavit WILLELMO MENTEITH de Kerse,—terras et baroniam de Kerse, cum turre et fortalicio earundem et salmonum piscaria super aqua de Carrone, viz. terras de Westir K., Ovir et Nethir Mongwaill, cum molendino, tenentibus &c. et piscaria super aqua de Carone, terras de Rannyfurd, cum tenentibus &c., vic. Striveling; terras de Uchiltre, cum manerie, molendino, carbonario, tenentibus &c., terras de Perdovin, cum manerie, molendino, tenentibus &c., vic. Linlithqw, et per annexationem infra vic. de Striveling; terras et baroniam de Alveth, cum turre, fortalicio, granorum et fullonum molendinis, ac piscaria super aqua de Dovane, terras de Cavirke, cum tenentibus &c., vic. Striveling; cum officio vicecomitis de Clakmannane, ac cum omnibus juribus, proficuis &c. nundinarum annuatim die S. Bartholomei apud villam de Clakmannane tenendarum;—quas idem Wil. personaliter resignavit; et quas rex, pro servitio dicti Wil. ac pro speciali favore, de novo incorporavit in liberam baroniam de Kerse, ordinando turrim de Westir Kerse fore principale messuagium ejusdem; et easdem ei de novo dedit : — TENEND. dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Rob. M. ejus patruo et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Jacobo M. in Saltcotis et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus

def., Joh. M. in Alveth et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Wil. M. filio et heredi quondam Patricii M. de Randyfurd, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Alex. M. apud Polmonth-mylne et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Wil. M. de Kerse quibuscumque, quibus def., ejus legit. et propinquioribus heredibus quibuscumque :—REDDEND. tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Striveling, cum servitio warde &c.:—INSUPER decrevit rex quod, si contingeret dictas terras &c. alicui heredum tallie de corpore dicti Wil. non procreato ratione hujus carte pertinere, dict. heres persolveret unicuique filiarum dicti Wil., viz. Helene, Eliz., et Jonete Menteith, summam 1000 librarum, ipsarum maritagiorum supportationi ;— et voluit quod si pars dict. terrarum &c. in conjuncta infeodatione daretur aut sub reversione alienaretur, terris redemptis aut domina conjuncte infeodationis decedente dicta pars dicte baronie reverteretur :—TEST. 80. 70. 71. 88. 81. 93. 106. 110. 97. 104.

xxix. 46.

2829. Apud Edinburgh, 2 Nov.

REX confirmavit cartam Willelmi Blakhall de Barrach,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti WILLELMO BLAKHALL, et KATHERINE GORDOUN ejus sponse,—terras suas de *lie tua-part* de Barrach, de latere solari ejusdem, in regalitate de Garreoch, vic. Abirdene :—TENEND. dictis Wil. juniori et Kath. in conjuncta infeodatione et eorum alteri diutius viventi, et heredibus masculis inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Wil. senioris propinquioribus et assignatis quibuscumque, de rege : — TEST. Wil. King portionario de Barrach, Gilberto Chalmer, Jac. Adam, Jac. Clerk, Wil. Knox, D. Wil. Proctur notario publico :—Apud Barrach, 24 Nov. 1541] :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 336.

2830. Apud Edinburgh, 5 Nov.

REX confirmavit cartam familiaris servitoris sui Patricii Bruce, — [qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit PATRICIO DOMINO GRAY, et heredibus ejus masc. quibuscumque,—tertiam partem terrarum et *lie* Manis de Huntlie, vic. Perth, extenden. in rentali regis ad 4 celdras victualium; —dicto Pat. Bruce per regem in feodifirma concessas :—SOLVEND. annuatim regi pro qualibet celdra farine et ordei 10 marcas, pro celdra frumenti 12 marc., extenden. in integro ad 42 marc. 3 sol. 4 den.; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politiis, orto, plantatione arborum (*ut in carta* 2463), et cum seminatione miricarum, sustentatione nemorum, seminatione lini et canapis extra ortum caulium ; nec alienando nisi cum consensu regis et per resignationem in regis manibus ; et parati essent ad accedend. cum rege in exercitibus :—TEST. Rob. Hart *alias* Rothissay heraldo, Rob. H. ejus filio, Rob. Gray, And. Gray, Joh. Portuus, D. David Watsoun notario publico : — Apud Edinburgh, 4 Nov. 1542]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 337.

2831. Apud Edinburgh, 5 Nov.

REX concessit MARIOTE REID sponse Thome Meynzeis de Petfodellis, in vitali redditu, et dicto THOME MEYNZEIS, heredibus ejus et assignatis, hereditarie,— terras de Estirtoun, Westertoun et Myddiltoun de Petfodellis, cum molendino de P. et piscariis dict. terrarum super aqua de Dee, vic. Abirdene ;—quas idem Tho. personaliter resignavit ; et quas rex, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit et de novo incorporavit in liberam baroniam de Petfodellis, ordinando *lie* Castell-hill de Myddiltoun de P. fore principale messuagium ejusdem :—TENEND. cum privilegio liberarum forestarum ubi silve fuerunt :—REDDEND. annuatim tres sectas in tribus curiis capitalibus vic. de Abirdene, cum wardis &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 338.

2832. Apud Edinburgh, 7 Nov.[1]

REX, pro bono servitio, confirmavit et de novo dedit familiari servitori suo WILLELMO MURRAY de Tuliberdin,—terras

[1] Dated in the Register 7 Sept. 1542, an. reg. 30. As this involves a discrepancy between A.D, and regnal year, the above date has been adopted from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xvi. fol. 76.

de Dalreoch, Balgoure, Dundovane, Clow, dimedietatem de Kintouchir et Ardoch, terras de Glenkoy, Quhiterig, Cowlis-know, Marhauch et Fawnehill, Donehill cum nemoribus earundem, Bordlandis de Dundovane, Petverris cum nemoribus, Gartquhynanis, Solisgirthis, Estir, Westir et Myddill Findoch cum forestis de F., terras de Cragalze et Corryvorgill (incipiend. ad torrentem de Corryvorgill et transeundo per aquam de Almond ad molendinum de Sanct Mavane et abhinc ad torrentem de Connochane), cum libertatibus ad liberas forestas pertinen., terras de Cultrany, cum molendinis, multuris, piscariis, forestis, nemoribus, *lie outsettis*, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum omnium dict. terrarum, in senescallatu de Stratherne, vic. Perth;—que fuerunt dicti Wil. et ejus predecessorum; et quas idem Wil. personaliter resignavit; et quas rex, pro speciali favore, de novo incorporavit in liberam baroniam de Glencoy:—TENEND. dicto Wil., et post ejus decessum Wil. M. ejus filio seniori et heredi apparenti, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Alex. M. filio secundogenito dicti Wil. senioris, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Jac. M. filio ejusdem Willelmi et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus masc. dicti Wil. senioris de corpore procreandis, quibus def., Andree M. fratri germano dicti Wil. senioris et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Davidi M. eorum fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Wil. M. filio Davidis M. de Awlich et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Davidi M. de Auchtirtire et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Alex. M. de Strowane et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Joh. M. de Wallestoun et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Wil. M. de T., cognominis de Murray ac integra arma de Murrayis de Tulibardin gerentibus quibuscumque:—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Perth, cum servitio warde &c.:—INSUPER voluit rex quod aliqua parte dictarum terrarum in conjuncta infeodatione donata aut sub reversione alienata de rege tenend., terris redemptis seu domina conjuncte infeodationis decedente dicta pars dicte baronie reverteret:—TEST. *in aliis cartis* &c. xxviii. 351.

2833. Apud Edinburgh, 7 Nov.

REX ad feodifirmam dimisit familiari servitori suo WILLELMO MURRAY de Tulibardin,—terras de Trewin extenden. ad 8 libratas antiqui extentus, cum lacu et insula de *lie* Dry-Ile, ac cum piscariis, turre et fortalicio earundem, cum communi passagio ad dict. locum et insulam per terras de Ochtertire, unam marcatam terrarum de Ochtirtire (per David Murray 31 Maii 1508 occupatam) extendentem ad quartam partem de Estir Ochtertire, in dominio de Straitherne, vic. Perth, extenden. in novo rentali ad 18 libras 6 sol. 8 den.; terras de Westir Thomknok cum prato et nemore, terras foreste de Corymuklaw, terras de Glenschervy, in dictis dominio et vic., extenden. ad 26 lib.; terras de Gask Westir, Downy et Petlandy, in dictis dominio et vic., extenden. ad 35 lib. 6 sol. 8 den. cum parte martarum debit. et consuet.; terras de Drumfyn, 6 marcat. ant. ext. de Casteltoun, wardam regis et nemus cum acris terrarum prope Casteltoun iisdem pertinen., in dictis dominio et vic., extenden. ad 30 lib. cum parte martarum; terras de Drumquharragane (excepta una marcata Monrusk nuncupata), in dictis dominio et vic., extenden. ad 18 lib. 6 sol. 8 den.; terras de Kersheid cum molendino et pratis, Lekcok et Dauleik, in dictis dominio et vic., extenden. ad 22 lib. 13 sol. 4 den. cum martarum moneta;—que per regem et regis patrem dicto Wil. et ejus predecessoribus respective pro firme suprascripte solutione in ingentem augmentationem regiorum rentalium in feodifirma assedate fuerunt; et quas rex, pro bono servitio dicti Wil., incorporavit in liberam baroniam de Trewin:—TENEND. *ut in carta* 2832:—REDDEND. annuatim firmas suprascriptas; ac duplicando dictam feodifirmam ad introitum heredum; necnon edificando mansiones cum politiis secundum formam acti parliamenti:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 357.

2834. Apud Edinburgh, 7 Nov.

REX, pro bono servitio, confirmavit et de

novo dedit familiari servitori suo WILLELMO MURRAY de Tuliberdin,—villam, baroniam et terras de Tulibardin, cum turre, molendino et fortalicio earundem, terras de Estir Gask, Kirkhill, Blairnegone cum ipsarum manerie, Lethindeis, Kynnecragane cum manerie earundem, ac cum molendinis, multuris, piscariis, *lie cruvis*, wardis, tenentibus &c., advocatione capellanie de Kildeis capellanie de Tulibardin collat., ac ceterarum ecclesiarum et capellaniarum dictarum terrarum, in senesc. de Straitherne, vic. Perth; —quas idem Wil. personaliter resignavit; et quas rex, pro speciali favore, de novo incorporavit in liberam baroniam de Tulybardin; et voluit quod si pars dict. terrarum in conjuncta infeodatione daretur aut sub reversione alienaretur, terris redemptis aut domina conjuncte infeodationis decedente dicta pars dicte baronie reverteret :—TENEND. *ut in carta* 2832; cum privilegio forestarum :—REDDEND. annuatim unum leporarium apud sedem de Colimuklo ad festum exaltationis S. Crucis, nomine albe firme: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 436.

2835. Apud Falkland, 12 Nov.

REX, pro servitio sibi impenso et impendendo, de novo infeodavit HECTORI M'CLANE de Doward (filio quondam Lauchlani M.) in vitali redditu, et HECTORI M'CLANE ejus filio et heredi apparenti in feodo, et heredibus in carta tallie baronie de Doward specificatis,—20 libratas terrarum antiqui extentus, viz., Oscwmwll, Corcomwr, Kilmychaell, Ardualeig, duobus Fannemoreis, Torlosk, Tostare, Ardesgenye, Burgbeg, Burgmore, Rewdill, Glaikewgarye, Ewinsay, Crosopollie, Langavill, Knokowir, Kildawie, Drumgiga, Duchoren, Aremolkeyne, Tunadill, cum toftis, croftis, molendinis, piscariis, partibus et pendiculis, in insula de Mwll, vic. Terbert; 20 librat. 6 sol. 8 den. terrarum ant. ext., viz. quarterias de Schynnerll, Cowll, Arehallich et Forland, Corspellane, Garrynsay et Kylnalen, Garbolse et Dowach, Dall, Robolse et Kepolse, Skanlastill, Killelegane et Skanlastill, dimedietatem octave partis de Meglyne et de Owo, octavam partem de Bolse, 6 solidat. 8 den. de Skanlastill, cum molendinis, piscariis, toftis, croftis &c., in insula de Ilay, vic. Terbert; —que fuerunt quondam Hectoris M'Clane, avi dicti Hectoris senioris, tempore ejus decessus; et evidentie earundem combuste et destructe fuerunt per quond. Angusium comitem magistrum Insularum tempore mortalis inimicitie inter ipsum et dictum Hect., sic ut dictus Lauchlanus introitum obtinere non potuisset :—et quas rex, pro compositione soluta, univit terras et baronie de Doward tanquam partes et pendiculas ejusdem :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 341.

2836. Apud Falkland, 13 Nov.

REX confirmavit cartam M. Jacobi Erskin, legitimi possessoris capellanie Trium Regum Colonie infra ecclesiam parochialem B.V.M. burgi de Dunde,—[qua,—cum consensu Georgii episc. Dunkelden., patroni seu collatoris sui, et capituli ecclesie Dunkelden.,—ad feodifirmam dimisit ROBERTO ANDERSOUN alias Piper, burgensi de Dunde, et HELENE IRNIS ejus sponse,—domum posteriorem veterem et caducam vocat. *lie* Corse-hous, cum una pecia terre vaste eidem contigua, per dictos Rob. et Helenam occupatas (inter domum suam posteriorem per Wil. Schippart occupatam, et domum pistrinam vocatam *lie Baikhous*, et terras quondam Tho. Spalding et quond. David Rollok), jacentes in burgo de Dunde ex parte australi vici regii :—TENEND. dictis Rob. et Hel. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Rob. quibuscumque, de rege; cum libero introitu et exitu ad fontem dicti Jac. infra dict. clausuram construct.: —REDDEND. annuatim regi servitium burgi, necnon capellano dicte capellanie pro domo 5 marcas 6 sol. 8 den., pro terra vasta 6 sol. 8 den., et in augmentationem rentalis 6 sol. 8 den.:—TEST. Malcolmo Lichtoun, Troilo Stewart, Edw. Wilsoun, M. Cuthberto Welche, Gilb. Cunynghame, D. Joh. Donaldsoun vicario de Kingorne, D. And. Bell vicario de Barro, canonicis :— Apud Edinburgh, 13 Mar. 1539]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Rob., dict. domum &c.

quitteclamavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 340.

2837. Apud Edinburgh, 18 Nov.[1]
REX, tanquam princeps et senescallus Scotie, ad feodifirmam dimisit ANDREE DOMINO UCHILTRE, — pro ejus bono servitio, ac pro compositione persoluta,— terras de Trabeauch, et Clonstange per Hectorem Dunbar occupat., cum turre, fortalicio, molendinis, piscariis, *lie outsettis*, tenentibus, tenandriis, liberetenentium servitiis (si que essent), dictarum terrarum, jacen. in Kingis-Kile, vic. Aire, extenden. in rentali antiquo ad 100 libras 13 sol. 4 den., et dicto And. in feodifirma prius concess. pro 4 marc. ultra;—quas incorporavit in liberam baroniam de Trabeauch; et voluit quod si pars dict. terrarum in conjuncta infeodatione daretur aut sub reversione alienaretur, terris redemptis seu domina conjuncte infeodationis decedente dicta pars dicte baronie reverteret :— TENEND. dicto And. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione: —SOLVEND. annuatim 103 lib.; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politiis secundum formam novi acti parliamenti: —INSUPER rex in primo parliamento per se tenendo hanc cartam confirmare se obligavit in verbo regio :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 380.

2838. Apud Edinburgh, 18 Nov.
REX ad feodifirmam dimisit JACOBO HAMMYLTOUN de Stanehous,—terras de Spittaleschelis, ac alias terras et acras prope burgum de Lanark, Sanct-Leonardis-landis nuncupat., vic. Lenark, extenden. in rentali suo ad 15 marcas :—TENEND. dicto Jac. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione: —SOLVEND. annuatim (in) sustentationem hospitalis S. Leonardi ac duorum pauperum apud dict. hospitale 20 marc. 6 sol. 8 den.; necnon edificando mansionem cum politiis: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxix. 160.

2839. Apud Edinburgh, 19 Nov.
REX concessit ALEXANDRO CREICHTOUN de Burnstoun in libero tenemento, et ejus filio et heredi apparenti JOHANNI CREICHTOUN in feodo, heredibus ejus et assignatis, — pro servitio per dictum Alex. sibi tam in Francie partibus quam infra regnum suum impenso,—occidentalem dimedietatem terrarum de Gilbertoun, cum manerie, ortis, pomeriis et molendino de G., necnon orientalem dimed. dict. terrarum, vic. Edinburgh;—quas idem Alex. resignavit :—REDDEND. annuatim pro occidentali dimed. unum den. albe firme (servitio warde pro speciali favore exonerato), pro orientali dimed. servitium warde et relevii ac maritagium cum contingeret :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 359.

2840. Apud Edinburgh, 19 Nov.
REX, pro bono servitio, concessit JOHANNI PUMFRAY de Hunchelwod, et ejus heredibus, — quatuor tenementa terrarum cum ortis et caudis, infra burgum de Lanark ex parte australi vici regii (inter terras Hugonis Were de Clowburne, Tho. Bannatyne, And. Atkin et Joh. Crawmont);— quorum tenementorum tria orientalia regi devenerunt ob forisfacturam quondam Jacobi Hammiltoun de Fynnart, occidentale tenementum regi devenit ob forisfacturam Archibaldi olim com. Angusie :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 432.

2841. Apud Edinburgh, 20 Nov.
REX confirmavit cartam Jacobi abbatis monasterii de Newbotill, et conventus ejusdem,—[qua, — cum consensu patroni sui Jac. V. regis,—pro gratitudinibus &c., ac pro 500 marcis sibi persolutis ad reparationem dicti monasterii,—ad feodifirmam dimiserunt ANDREE MURRAY de Blakbarony, et ELIZABETH LOKART ejus sponse,—terras de Pouerhow, ab omni decimarum solutione liberas, cum terris de Fortoun et Fentoun terris de P. adjacentibus, sicut per dictum Andream tenentem et ejus predecessores possesse sunt (inter

[1] Dated in the Register 18 Dec. 1542. James V. died on 16th December 1542 (Treasurer's Accounts), and therefore the above date has been adopted, on the authority of the confirmation of the above grant by Parliament in March 1542–43 (Acta Parl. Scot. II. 413).

West Fortoun ex orientali, Byris ex occidentali, Elstanefurde et West Fortoun ex australi, Congiltoun et Est Fentoun ex boreali partibus), in dominio de Newbotill, vic. Edinburgh et constab. de Hadingtoun; cum pastura 200 ovium, 20 bovum et 2 equorum in communia de Kingstoun; —que terre de P., decimis earundem inclusis, cum ceteris dict. terris ultra hominum memoriam insimul absque ulla separatione semper assedate fuerunt, et tunc se extenderunt in firma ad 12 libras, in grassuma &c. ad 2 libras 10 sol. 6 den.:—TENEND. dictis And. et Eliz. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti And. quibuscumque, de dicto monast.:—REDDEND. annuatim 16 lib., et ad pittantias dicti conventus 20 sol.; ac duplicando dictam firmam ad introitum heredum; ac presentiam prestando in tribus curiis capitalibus apud Newbotill; nec alienando dictas terras aut majorem partem earundem absque consensu dicti abbatis &c.:—Apud Newbotill, 7 Aug. 1542]:—INSUPER, pro bono servitio dicti And., voluit quod hec confirmatio tanti valoris esset ac si ante susceptionem sasine fuisset concessa:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 343.

2842. Apud Edinburgh, 26 Nov.

REX ad feodifirmam dimisit WILLELMO BARD,—terras de Balmaduthy et Sudy (extenden. in firma ad 14 libras 13 sol. 4 den., 2 celdras ordei, 2 martas, 2 mutones, 8 duodenas pultriarum), in dominio de Ardmannach, vic. Invernys: — TENEND. dicto Wil. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—SOLVEND. annuatim 22 lib., 2 celd. 8 bollas ordei, 8 bol. avenarum, 2 martas, 2 mutones, 8 duodenas pultriarum; ac duplicando dict. feodifirmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politiis, orto, arborum plantatione (*ut in carta* 2463), seminatione miricarum, sustentatione nemorum, seminatione canapis et lini extra ortum caulium; nec alienando nisi cum consensu regis et per resignationem in regis manibus; et essent prompti ad exeundum cum rege in exercitibus regis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 507.

2843. Apud Edinburgh, 28 Nov.

REX confirmavit cartam Johannis Drummond de Petzalloun,—[qua vendidit filio suo JOHANNI DRUMMOND, et ELIZABETHE DRUMMOND ejus sponse, filie David D. de Coqualze,—pro summa pecunie sibi per dict. Eliz. et Dav. persoluta,—terras de Petzalloune Ovir et Nethir, cum molendino granorum earundem, terras de Dunduff, cum dict. terrarum et molendini multuris, in senesc. de Stratherne, vic. Perth:—TENEND. dictis Joh. juniori et Eliz. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Joh. junioris quibuscumque, de rege:—TEST. Geo. Drummond in Fossuell, Joh. Drummond, Jac. Forester, Joh. Makleis, Wil. Clerk:—Apud Muthill, 24 Nov. 1542]:—SOLVEND. servitia debita et consuet. nomine warde et relevii:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 366.

2844. Apud Edinburgh, 1 Dec.

REX, tanquam comes Marchie, confirmavit et, pro servitio sibi tam pacis quam guerre temporibus impenso, ac pro pecuniarum summis persolutis, de novo dedit JACOBO KER de Mersyntoun, [heredibus ejus et assignatis,—terras de Mersyntoun, cum turre, fortalicio, manerio, partibus et pendiculis, in comitatu Marchie, vic. Berwik; —quas idem Jac. personaliter resignavit; —REDDEND. annuatim unum den. albe firme, ut prius:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 371.

2845. Apud Edinburgh, 1 Dec.

REX confirmavit HELENE KING, et JOHANNI MURRAY ejus sponso, — eorum terras de Leithheid, extenden. ad tertiam partem earundem, vic. Edinburgh;— quas eadem Hel. cum consensu dicti Joh. resignavit:—TENEND. dictis Hel. et Joh. ac ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicte Helene quibuscumque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 419.

2846. Apud Edinburgh, 3 Dec.
REX confirmavit cartam familiaris servitoris sui Willelmi Moncreif de eodem,—[qua concessit JOHANNI BONARE in Kilgirstoun, in vitali redditu, et ejus filio et heredi apparenti JOHANNI BONARE, heredibus ejus et assignatis quibuscumque, hereditarie,—8 marcatas terrarum de Kilgirstoun, per dictum Joh. seniorem occupatas et inhabitat., que olim fuerunt Alexandri Maleving, jacen. ex occidentali parte ville de K., in baronia de Moncreiff, vic. Perth;—quas idem Joh. senior (reservata post decessum suum rationabili tertia Agneti Grahame sponse sue) personaliter resignavit; et quas dictus Wil., pro bono servitio dicti Joh. junioris ac pro compositione per eum persoluta, dicto Joh. juniori de novo dedit:—REDDEND. annuatim dicto Wil. unum den. argenti nomine albe firme:—TEST. Tho. Balmannoch de eodem, Arch. Moncreif de Estir Moncrefe, David Dundas, Wil. Robertsoun, Tho. Cragy, Joh. Cristall, Rob. Brewhous, Donaldo Couper:—Apud Moncreife, 23 Jun. 1542]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxix. 136.

2847. Apud Linlithqw, 4 Dec.
REX,—cum villa de Hadingtoun per regis predecessores in libero burgo regio infeodata extaret, et sic ultra memoriam hominum tenta, et inhabitatores dicti burgi guerrarum et aliis tribulosis temporibus per generosos et alios circa eundem in defectu prepositi oppressi fuissent, et in ingentem devenissent paupertatem, — pro speciali favore &c., confirmavit ballivis, burgensibus, consulibus et communitati BURGI DE HADINGTOUN, et eorum successoribus,—moram eorum de Gladismure, jacen. prope libertatem dicti burgi, infra vic. Edinburgh et constab. de Hadingtoun; ac Rauf-Eglynnis-akeris et 2 acras vocat. Hangmannis-akeris, et portum de Abirlady in sinu aque de Pepher, cum ancorarum moneta ac ceteris privilegiis et devoriis liberi portus, cum ceteris eorum terris, annuis redditibus et possessionibus quibuscumque; cum potestate dictam moram frangendi, colendi et effodiendi, molendina, terras molendinarias et aqueductus desuper faciendi, lapicidia et carbones in eadem ad eorum maximam utilitatem perscrutandi et lucrandi, ac eandem in particatis burgalibus hereditarie seu in assedatione comburgensibus et incolis dicti burgi seu artium operariis ejusdem locandi; cum potestate prepositum, ballivos &c., annuatim eligendi, crucem foralem, pretorium, diem foralem hebdomidatim in die Sabbati, et nundinas publicas annuatim in die S. Petri (festum Divi Johannis Baptiste *Mydsimmer* nuncupat. proxime sequente) et per octavas ejusdem tenendi, cum tholoneis &c., curias burgales tenendi, vinum &c. emendi et vendendi:—INSUPER constituit prepositum et ballivos dicti burgi,—vicecomites de Hadingtoun infra dict. burgum, libertatem et territorium ejusdem:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 367.

2848. Apud Edinburgh, 4 Dec.
REX confirmavit cartam Johannis Maxwell portionarii de Polgavy,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit THOME MAXWELL burgensi de Dunde, et ISOBELLE DIK ejus sponse,—terras suas de Polgavy (per Jacobum Broun et Edmundum Jaksoun occupatas et laborat.), vic. Perth; cum domibus, edificiis, ortis, toftis et croftis, communi pastura, potestate focalia, vulgariter *petis*, *turvis* et alia necessaria fodiendi in moris, muris et marresiis earundem, cum *lie falis* et *duvattis* pro edificiis &c., et cum potestate brasinas construendi et privilegiandi: — TENEND. dictis Tho. et Is. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus eorum de corporibus legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Tho. et assignatis quibuscumque, de rege:—TEST. Geo. Cathrow pistore ac burgen. de Dunde, Alex. Swane clerico, D. Joh. Spens et D. Alex. Greiff capellanis ac notariis publicis:—Apud Dunde, 24 Nov. 1542]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Tho., dictas terras quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 370.

2849. Apud Edinburgh, 4 Dec.
REX confirmavit ALEXANDRO FRASERE de Phillorth, heredibus ejus et assignatis,—piscariam et piscium escula, vulgo *lie fische bait*, infra maris fluxum

infra terras de Carnbulg, Faithlie, Pitcarlie (Pittowlie?) et Cowburty, vic. Abirdene; — que fuerunt dicti Alex.: — REDDEND. annuatim unum den. albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxviii. 373.

2850. Apud Edinburgh, 4 Dec.
REX dedit literas legitimationis WILLELMO SCOTT et GEORGIO SCOTT bastardis, filiis naturalibus M. Jacobi S. xxix. 159.

2851. Apud Edinburgh, 5 Dec.
